J Moore

# CODICUM MANUSCRIPTORUM

## ECCLESIÆ CATHEDRALIS
## DUNELMENSIS

# CATALOGUS CLASSICUS,

DESCRIPTUS

A

**THOMA RUD,**

EJUSDEM ECCLESIÆ BIBLIOTHECARIO;

CUM

## APPENDICE

EOS CODICES CONTINENTE

QUI

POST CATALOGUM CONFECTUM DIVERSIS TEMPORIBUS
COMPARATI SUNT.

DUNELMIÆ:
EXCUDEBAT F. HUMBLE.
PROSTAT VENALIS APUD G. ANDREWS.
VENIT ETIAM LONDINI APUD PAYNE & FOSS.
1825.

# PRÆFATIO.

Quæras fortasse, lector benevole, quis fuerit hicce Thomas Rud, qui Catalogum nostrum MSS. tam diligenti curâ exaravit. Non multa profectò sunt quæ de illo colligere licet, neque ea quidèm admodùm notatû digna; quæ tamen enotuerint, vel ab aliis audiverimus, paucis accipe.

Filius erat natû secundus Thomæ Rud, Ecclesiæ de Longnewton in agro Dunelmensi Rectoris, anteà vero, ut a lapide ejus sepulchrali monemur, "quinquaginta annis Ecclesiæ Stocktonensis Ministri."

Natus est igitur Stocktoniæ super Teisam anno 1667. Quo ludo literario prima doctrinæ rudimenta hauserit, non patet; hoc tantùm pro comperto habemus, illum Collegii S.S. Trinitatis apud Cantabrigienses fuisse aliquando alumnum.

Quicquid bonarum literarum in Academiâ juvenis perceperat, id nimirùm haud longâ morâ interpositâ Reipublicæ reddidit; anno enim 1697 Scholæ Grammatices Dunelmensis Archididascalus constitutus est. Post duos annos, in Novocastrum profectus, simili officio in Regiâ Scholâ istius oppidi funge-

batur. Deinde, undecim annis exactis, Dunelmiam reversus, ipsi ibidèm Scholæ cui anteà præerat iterùm præpositus est.

1707. Interea, libellum, quem titulo tantùm cognovisse nobis contigit, Cantabrigiæ ediderat—"Syntaxis Anglicè & Latinè, & Prosodia. Editio altera. Adjicitur de Figuris Grammaticis et Rhetoricis Libellus in usum Scholæ Novocastrensis."

Insequenti anno, cum jam sacerdotium inivisset, et gradû A. M. fuisset insignitus, ad Vicariam Sancti Oswaldi a Decano et Capitulo Dunelmensi vocatus est.

Circa hoc tempus, Bibliothecæ Decani et Canonicorum in Collegio Dunelmensi fit Préfectus—nec lævo, ut videtur, omine; quippe qui multa potuit in lucem proferre, quæ diù inculta jacuerant, forsan et in posterum latuissent, nisi fortè oculis ejus fidelibus fuissent subjecta. Quo studio ad hoc munus obeundum se contulerit, testis est Catalogus ipse MSS., duplici serie, classicâ nempè, et alphabeticâ, dispositus; insigne, procul dubio, industriæ simul ac sagacitatis exemplum.

Satis erit fortasse si de hoc Catalogo, jam tandem typis mandato, dixerimus, autorem ejus non solùm trecentos codices Patrum, Commentatorum, Philosophorum, Jurisconsultorum &c. ab ævo Ælfridi Regis usque ad suum seculum, in ordines reduxisse, titulos & argumenta notasse, prima plerumque & postrema verba excerpsisse; verùm etiam, ubi plures in eodem codice tractatus compingerentur, singulos quosque indefesso labore descripsisse: Doctissimæ insuper de ætate MSS. adjiciuntur conjecturæ; quin et aliquando Scriptorum, vel Scribarum ipsorum, notitiæ asperguntur, quæ, qualicunque dudum fonte derivatæ, his saltem temporibus haud parvi faciendæ sunt.

Neque leviter sanè ille de MSS. prædicare consuetus est, sed literarum formationem, (sive rotundæ sive magis acuminatæ) atramenti colorem, membrana, picturas, orthographiam, cuncta hæc animo perpendens, judicia protulit—eo scilicet prosequens amore, eâ brevi sed exquisitâ partium enumeratione codicillum depingens, quo florem Linnæus demonstrare solet. Ne verò silentio prætereamus quod jure debitum videatur huic Ultimo Scribarum (si modò hoc nomine Nostrum indicare liceat) totum hunc Catalogum pulcherrimè perscriptum esse, suâpte manû, & penè sine liturâ.

Finem huic operi dedit Allertonæ, quò, iisdem usus patronis, anno 1725 se receperat.

Anno 1728 inter Prebendarios Riponienses numeratus est.

1732. Washingtoniæ demum in Rectoriam evectus, ibi mortem obiit sexaginta & quinque annos natus.

Eodem anno quo mortuus est, prodiit Symeonis Monachi Dunelmensis Libellus de exordio & procursû istius Ecclesiæ, quem è codice MS. perantiquo in Bibliothecâ publicâ Episcoporum Dunelmensium descripsit ediditque Thomas Bedford. Huic operi præmittebatur nostri Thomæ Rud Disquisitio, in quâ probatur, contra objectiones cl. Johannis Seldeni, non Turgotum, sed Symeonem, fuisse verum hujus Libelli autorem. Hanc fusè laudibus effert T. Bedford, "cui" ut ipsis Editoris verbis utar, "hoc opusculum ornamentum suum præcipuum refert acceptum."

Ingeniosa sanè nobis videtur hæc disquisitio, & quæ litem de re tali dirimere *valeat, non autem concinnâ oratione profluens. Condonabit tamen

* Abstulit omnem de veritate hypothesis Rudianæ controversiam, Reginaldi testimonium de hâc re nuperrimè indagatum.

lector *Philobiblio*, veteris ævi monimenta de die in diem pervolventi, si quidem Stylus ejus monachos potius et glossatores sapiat quam Ciceronem. Hoc certè negari potest, dicendi genus, materiæ quam illustrare statuerat, parum idoneum esse, tum in dissertatione de quâ loquimur, tum in nostro Catalogo.

Pauca hæc te commonere, lector, volumus, de homine, famæ prorsus Musisque ignoto, antiquitatis tamen studiosissimo, accurato, patienti, atque, in explicandis reconditioris cujusdam doctrinæ difficultatibus, præ aliis felici.

*Dunelmiæ, in Collegio,*
*A. D.* 1825.

# CODICES MANUSCRIPTI
## IN BIBLIOTHECA ECCLESIÆ DUNELMENSIS.

### A. I. IN FOLIO MAJORI.

1. Concordia Evangelistarum, cum Commentario prolixo: in Folio amplissimo.

Scriptorum nomina nec in initio, nec fine Codicis nostri adscribuntur: ex Codice vero Collegij Pembrochiensis in Academiâ Cantabrigiensi, cui inscripta sunt, discimus Concordiæ auctorem esse Clementem Lanthoniensem Presbyterum et Canonicum. Commentarij vero Guillelmum Nottinghamensem, Franciscanorum in Angliâ Provincialem.

Clementis quidem nomen ex ipso libro erui potest. In fine primæ partis hæc nota adscribitur. "Sic ergo terminatur caput $2^{um}$ Lucæ, & $1^{ma}$ pars Clementis." In fine partis $3^{a}$, 4, 5, 7, 8, 9, 10, 11, hæc nota apponitur. "Sic terminatur pars "totius processûs Evangelici secundum distinctionem Clementis." Similia in aliis locis leguntur. Hujus vero Scriptoris ab Ecclesiasticæ Bibliothecæ conditoribus Bellarmino, Cavio, Dupinio, nulla mentio fit. Quærendus est apud Bibliothecarios Anglos, Lelandum, Baleum, (ex quo sua transcripserunt Simlerus & Possevinus) et Pitseum. De eo sic Lelandus: "Clemens (quem, pro more suo inflectendi nomina "propria, Lanhondenensem vocat) scripsit Concordiam Evangelistarum. Quæris "qua fretus auctoritate."—[videntur hæc verba esse Exordium Epistolæ Dedicatoriæ; quæ in Codice nostro deest.] Floruit sub Henrico $2^{do}$." Cum eo consentit Balæus, qui ait eum claruisse anno 1170. Pitseus ad eundem annum, num. 230, sic scribit. "Clemens Langthoniensis scripsit Concordiam quatuor Evangelistarum, opus imperfectum, libris 12. Extat hæc Concordia MS. Oxonij in Coll. Trin. Cantabrigiæ in Aulâ Pembroch. Supplevit longo post tempore Guil. Nottinghamus." Non rectè autem videtur Clementinum opus imperfectum vocare: etsi enim multa a Clemente breviter dicta fusiùs explicaverit Guillelmus; (quod a Commenta-

A. I. 1. FOLIO.

toribus sæpe fieri solet,) argumentum tamen quod explicandum sibi sumserat Clemens, 12 libris absolvit.

Guillelmum Nottinghamensem Lelandus (qui eum Snotingamum vocat) "ait "(p. 288) scripsisse de Concordiâ Evangelistarum, et Commentarios operi adjecisse: "floruisse sub Innocentio 4to: et Munus suum (fuerat Franciscanorum per Angliam "Provincialis) in Concilio Metensi alteri tradidisse." Errat, quòd Concordiam Evangelistarum tribuit Guillelmo, qui Commentarij tantum Auctor fuit: Cæterum rectè statuit, eum floruisse sub Innocentio 4to, qui electus est Papa A. D. 1243: Siquidem Guillelmus factus est Franciscanorum per Angliam Provincialis, anno 1239, et mortuus est Genuæ A. D. 1253; non multò postquam Munus suum alteri tradidisset in Metensi Capitulo; non Concilio, ut Lelandus dixit per errorem, quem ipse in Collectaneis suis correxit, vol. 2. p. 348. Guillelmi vero ætatem discimus ex Chronico veteri apud Lelandum, ibid. Et Wadingi Annalibus Minorum. Proinde falsi sunt Baleus & Pitseus, qui eum ad annum 1336 retulerunt. Quodnam autem fuerit Guillelmi in hoc opere institutum, docet nos Jamesius in Catalogo MSStorum Cantabrigiensium: "Aul. Pembroch, num. 43. Concordia 4 Evangeliorum Clementis. Notandum quòd sequens Evangelicæ Historiæ Continuatio, quam primò "cum intentione redeundi, corrigendi, et completiùs exponendi, studiosè collegit "Fra. Gu. de Nottingham, observat in pluribus processum Clementis, ipsum auctoritatibus confirmando: in aliquibus tamen paucis rationabiliter ab eodem discrepat."

Codicis Pembrochiani descriptionem accuratam, ad me transmissam ab eruditissimo et amicissimo viro Georgio Smith, (qui Cantabrigiæ tum degens, à me rogatus, eum pervolvit) libro huic inserendam curavi: codicis vero nostri ordo hic est:

1. Præfatio [Guillelmi Nottinghamensis] sic incipit: "Da michi intellect." In Codice Pembrochiano præmittitur Clementis Præfatio: "Clemens Lanthoniensis Ecclesiæ Presbyter N. Salutem." Ita Amicum vel Patronum salutat. Eadem videtur fuisse in Codice Lelandino, qui Præfationis ipsius Exordium nobis exhibet: "Quæris quâ fretus auctoritate."

2. Index Capitum, cum Præfatione [Guillelmi Nottingamensis.] Sic incipit "Secundum beatum Augustinum."

3. Prologus Hieronymi in Joannem, cum Expositione [Guillemi N.] "Dividitur autem iste Prologus."

4. Clementis Concordia, Libris 12, cum [Guillemi Nottingamensis] Commentario, singulis Capitulis subnexo.
   Clementis Concordia sic incipit: "In principio erat Verbum."
   Guillelmi Commentarius sic: "In primis est sciendum quod totus processus."
   Concordiæ Methodus hæc est: Cum plures Evangelistæ rem eandem narrant, primo, Singulorum narrationes seorsim ponuntur; deinde, in unam Summam colliguntur; hoc modo: "Ex literâ prædictâ M. & M. talis est continuatio facienda."

5. Tabula omnium Capitulorum, sive, breviorum Sectionum in singulis Evangeliis; quales sunt in Matthæo 355, in Marco 234, in Lucâ 342, in Joanne 234.

A. I. 1. FOLIO. Habet hæc Tabula Columnas 5; in quarum

(1ª) Notatur numerus Capitum hodiernorum.
(2ª) —— Canon harmonicus, ad quem Capita singula revocari possunt.
(3ª) —— Numerus Capitulorum breviorum.
(4ª) —— Eorundem Capitulorum Exordia.
(5ª) —— Clementis Liber, & Caput, et (a manu recentiore) Folium, in quo Capitula ista explicantur.

6. Decem Canones harmonici, ab Eusebio confecti.

7. Ratio ordinis in his libris servati, paginis 3.

8. Totum volumen claudit (a recentiori manu adjecta) Tabula Evangeliorum Dominicalium et Festivalium; annotatis simul Evangeliorum Capitibus, & hujus Codicis foliis, ubi leguntur.

Codex hic grandis est et elephantinus, totius Bibliothecæ maximus; neque enim in eodem cum reliquis pluteo stare potest. Habet folia 380. Descriptus est lineis divisis in medio; literis acuminatis, accuratè admodum formatis; (ut inter Mstos pulcherrimos censeri debeat.) Textus quidem majoribus; (quarum tres lineæ pollicem unum æquant) Commentarius paulò minoribus. Sed hæc Textûs et Commentarij distinctio non deducitur ultra fol. 247: sequens enim scriba (elegans quidem, sed superiori non æqualis) utrumque eodem literarum genere exaravit. Scriptura similis est Nicolaï de Lyrâ Postillæ, quam Willelmus Stiphel descripsit Aº Dni. 1376, (vide infra Cod. 3.) et ejusdem videtur ætatis.

2. Concordantiæ Bibliorum Latinæ.

Singulæ paginæ habent tres columnas; Literæ mediocris sunt magnitudinis, nec malè formatæ.

In initio libri hæc adscribitur nota: "Liber Sancti Cuthbti ex procuratione fris Robti de Greystanes." Robertus hic electus est Episcopus Dunelmensis A.D. 1333: Sed liber hic antiquior est; non enim habet Particulas Indeclinabiles, quas, cum eas omisisset Hugo de Sancto Caro, (primus Concordantiarum Latinarum conditor) adjecit postea Conradus Halberstadius, circiter annum 1290. Scriptus itaque videtur hic Codex ante annum 1300.

3. Nicolai de Lyra Postillæ in Pentateuchum, et Libros Historicos.

In fronte libri nullum nomen a primâ manu legitur: Sed hæc Nota in fine adscripta ostendit et Libri titulum, et Scribæ nomen, et Codicis hujus ætatem. "Ex-"pliciunt Postille in isto Volumine contente super omnes libros Biblie a principio "Geneseos usque ad principium libri Job edite per magistrum Nicholaum de lyra "Sancte theologie doctorem Parisien. et scripte per manum Willelmi de Stiphol, "ex precepto domini Willelmi Blaklaw sacre theologie baccalarij et Supprioris "monasterij Dunelmie anno dni millesimo ccclxxxvi. die xiv. mensis Aprilis. le "Stiphel."

A. I. 3. FOLIO. Lineæ divisæ sunt; Literæ paulò majores, acuminatæ, accuratissimè formatæ; membranæ pulcherrimæ.

In initio libri: "e communi librariâ monachoꝝ Dunelm̃."

4. Nicolai de Lyra Postillæ in Jobum, Psalterium, Epistolas Canonicas, Actus Apostolorum, Apocalypsin.

Circiter tertiam partem hujus Codicis descripsit idem Stiphel, quod indicat tum Scriptura ipsa, tum etiam nomen ejus in fine Psalmi 41 adscriptum. Quod reliquum est libri, descripsit Scriba, superiori minimè par, non malus tamen; cujus nomen in fine libri apponitur: Borwby.

In fronte libri: "de communi librariâ monachorum Dunel."

5. Nicolai de Lyra Postillæ super Epistolas Pauli, 7 Canonicas, et Apocalypsin.

In initio libri: "Liber Sc̃i Cuthb̃ti de cõi librariâ mõchoꝝ Dunel. ex dono dñi "Thome Langley ep̃i ejusd."

Thomas Langley fuit Episcopus Dunelmensis ab anno 1406 ad 1438: sed liber iste videtur æqualis saltem superioribus. Scriptus est satis eleganter. In fine adscribitur "Wykingston Ion," Scribæ (ut videtur) nomen.

6. Postillator quidam super quinque libros Moysy, secundum diversos sensus sacre Scripture.

Postillæ hæ sic incipiunt: "Hic est liber mandatorum Dei, et Lex que est in "eternum: omnes qui tenent eam ꝑvenient ad vitam. Bar^c 4."

Satis sunt prolixæ; implent enim grande volumen. Explicantur primum Præfationes duæ Hieronymi; prior in Biblia universa, ad Paulinum; posterior in Genesin, ad Desiderium: deinde ad Genesin pergit.

In fronte libri: "Ex procuratione Mag̃ris Wiłłmi Ebchestre Sacre pagine Pro-"fessoris et Prioris Dunelm." Willelmus Ebchestre Prior fuit ab anno 1446 ad 1456: neque liber ipse multo antiquior videtur.

Lineæ sunt divisæ; Literæ acutæ, quales Secretarias vocamus.

Insignia gentilitia (f. Prioris) in prima pag. bis depinguntur.

7. Postilla Moralis super Pentateuchum, libros Josue, Judicum, Regum, Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, Prophetas minores 12, Proverbia, Ecclesiasten, Sapientiam.

Expositiones sunt Allegoricæ et Morales; in Pentateuchum longiores, breviores in libros reliquos. In initio libri Numerorum legitur. "Introitus super Numeros, "secundum P. Cancell. Parisien." Et postea: "Introitus super Numeros, secun-"dum S. Cardinalem." Quis fuerit hic Petrus Cancellarius Parisiensis, non invenio: quæ enim hic leguntur, diversa sunt ab iis quæ habet Petrus Comestor (qui

A. I. FOLIO. 7. Academiæ Parisiensis fuit Cancellarius) in Historiâ sua Scholasticâ. Per S. Cardinalem, designatur forte Stephanus Langton, Archiepiscopus Cantuariensis, et Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, qui Commentarium (adhuc ineditum) in Heptateuchum scripsit.

Liber sic incipit: "Volavit ad me unus de Seraphin, et tulit cum forcipe calculum "ignitum de altari ad purgandum labia mea. Verba sunt Ysaie."

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis minutis, at elegantibus: sed ab humore miserè deformatus est; nam folia ima nigrescunt, et adeo tenacitur cohærent, ut nisi lacerata non divellantur. Non potest esse vetustior Hugonis de S. Caro ætate; quia in nonnullis libris notantur in margine Capita ad eum modum distincta quem Hugo primus instituit, quemque nós hodie sequimur. Sed in aliis libris (in Genesi præsertim) omittitur: adeo ut ea distinctio non videatur, tum cum hic liber exaratus est in communem usum recepta fuisse. Æqualis igitur forte est Hugoni, qui anno 1260 obiit: quod et ex ipsâ Scripturæ formâ conjicere licet.

8. Postille super Isaiam, Jeremiam, Ezekielem.

Titulus in fine legitur. Sic incipiunt: "Habemus firmiorem sermonem propheti- "cum cui bene facitis attendentes, quasi lucerne lucenti in caliginoso loco, donec "illucescat dies, et lucifer exoriatur in cordibus vestris. Pet. 1."

Volumen crassum est; lineæ in medio folio divisæ; literæ parvæ et elegantes; sed folia summa magnâ parte humore conglutinantur; et in fine libri prorsus perierunt.

Cum hodierna Capitum distinctio in margine notetur, non potest hic Codex antiquior esse ejus distinctionis auctore, Hugone de S. Caro, (1260.) Sed nec multò recentior est.

9. Postille, sive (ut vocantur in fine libri) Glosse satis prolixæ, super 4 Evangelia, Epistolas Canonicas, Canticum Canticorum, Apocalipsin, Exodum.

Sic incipiunt: "Cum tota sacra Scriptura possit dici Evangelium." Pulchrè exaratus est; lineis dimidiatis; literis mediocribus, modicè acuminatis; sed ab humore in finè libri admodum corruptus est. Non habet hodiernam Capitum distinctionem; itaqȝ Hugone Carensi (qui obiit an. 1260) vetustior videtur.

10. 1. Omelie super Evangelium Mathei.

Titulus hic in folio primo est a manu primâ: sed non sunt Homiliæ, at Expositio perpetua hujus Evangelij, cujus verba ipsa (literis miniatis) Interpretationi inseruntur. Dividitur autem in Capita 100; quorum omnium argumenta libro præfiguntur. Ex gr. "Cap. (1 .) Introitus ad literam Libri.
"(2.) Liber Generationis Jesu Christi.
"(3.) Cum esset desponsata mater ejus.
"(4.) Cum natus esset Jesus in Bethlehem Jude."

Caput 1$^{m}$ sic incipit: "Cum post Ascensionem Domini Spiritus Sanctus cor-

A. I. FOLIO. 10. "da discipulorum illustrasset et illos ad predicanda que Christus fecit et docuit "pmovisset."

Scriptus est hic codex pulcherrimè, lineis in medio divisis: literis majoribus, rotundis; ante annos circ. 600. Habet folia 167.

Ab eâdem manu sunt duo sequentes tractatus:

2. BERENGARIJ SCRIPTUM SUPER APOCALIPSIM.

Titulus hic in principio adscribitur: in fine vocatur Apocalipsis Expositio, auctoris nomine non adjecto.

Solus (quod scio) è Bibliothecæ Ecclesiasticæ conditoribus, meminit hujus Scripti Caveüs; qui tamen ait, in nonnullis MSStis Berringwiddo tribui. Certè nomen Berengarij in hoc libro, si non ipsi Codici æqualis, non tamen multò recentior est: et hic Codex prope accedit ætatem Berengarij, qui mortuus est anno 1087.

Habet folia 64 [ab 169 ad 232] dividitur in 7 partes: sive, Visionum 7 totidem expositiones.

Sic incipit: "[v. 1. 2. Apocalypsis—ad—quecunque vidit] Beatum Johannem "Apostolum et Evangistam hunc librum Apocalipsim edidisse constat: quamvis "extiterunt aliqui, qui non ab eo, sed ab alio dixerint fuisse compositum. Sed "ejus fuisse sequentia manifestant."

Sit desinit: "Sit et nobiscum Gratia domini nostri Jesu Xti: et det nobis arma "virtutum, quibus muniti, ipso duce atque signifero, et ab interioribus et ab ex-"terioribus hostibus defendamur ut vite eterne participes esse mereamur ipso "prestante qui vivit et regnat cum Deo patre in unitate Spiritûs Sancti per im-"mortalia secula seculorum. Amen."

3. MAGNI AURELIJ CASSIODORI LIBER DE ANIMA.

Capitum argumenta (quoniam alia est in libris impressis divisio) hic describere non abs re fuerit.

1. Quid amici requisiverint.
2. Quid eis responsum sit.
3. Quare Anima dicatur.
4. de Diffinitione Anime.
5. de Qualitate Anime.
6. Formam Animam non habere.
7. de Virtutibus ejus moralibus.
8. de Virtutibus ejus naturalibus.
9. de Origine Anime.
10. de Sede Anime.
11. de Positione Corporis.
12. de Cognoscendis malis hominibus.
13. de Cognoscendis bonis hominibus.
14. quid agant Anime post hanc vitam.
15. de Futuro Seculo. 16. de Deo.
17. Recapitulatio. 18. Oratio.

A. I. FOLIO. 10. Sunt in libris editis Capita 20; è quibus 7um, et 8um, et 6tu pars, et folium ultimum, in hoc Codice desunt.

11. THOME AQUINATIS COMMENTARIUS IN MATHEUM ET MARCUM.

Lineæ divisæ sunt; Literæ satis elegantes, in Textu majores, in Commentario mediocres. In initiis Evangeliorum Literæ sunt pulchrè pictæ et deauratæ; in initiis Sectionum cæruleæ; nomina Patrum, è quibus Commentarius hic Collectus est, miniata sunt. Codex ipse videtur scriptus circiter annum 1300, non multo post Thomæ mortem, quæ incidit in annum 1275.

In fronte libri hæc nota legitur: "Liber Sci Cuthbti de Dunelm ex colacione "Magri Alani de Chirden Sacre pagine Professoris quondam Vicarij de Aluton [Al- "verton.]" Quando vixerit hic Alanus nescio. (Vixit A°. 1327. *a manu Randall.)*

12. HUGO DE VIHENNA SUPER VETUS TESTAMENTUM.

Titulus hic, in fronte libri positus, non est a primâ manu.

Sic incipit: "Principium Verborum tuorum Veritas, Deus Pater, sic et operum."

Hugo de S. Caro, Barchinonettæ, in Delphinatu Galliæ (in Viennæ, ut videtur, viciniâ) natus, Dominicanus, primúsque ex eâ familiâ Cardinalis, scripsit Postillas, sive, Glossas breves in omnes libros Biblicos, quæ editæ sunt 7 vel 8 voluminibus. Hæ a Genesi ad Hesteram pertingunt.

Lineæ divisæ sunt; Literæ paulo minores, non inelegantes.

In initio libro: "Liber Sci Cuthbti ex dono Bertmi de Middleton Poris Du- "nelms."

Bertramus iste Prioratum deposuit A. D. 1258: itaque scriptus est hic Codex Hugone adhuc vivo: obiit anno 1260.

13. HUGO DE VIENNA, SIVE, CARENSIS, CARDINALIS, SUPER PSALTERIUM.

Titulus hic est a manu hesternâ; neque ullus est alius.

Commentarius hic in Psalmos (prolixus sane, magnum ènim volumen implet) Venetiis editus est sub nomine Alexandri Halensis; sed Possevinus, et du Pin Hugonis potiùs esse putant; quòd ei ab Antonino Florentino adscribatur.

Sic incipit: "Egredimini filie Syon, et salutate Regem Solomonem in diademate "quo coronavit eum mater sua."

Scriptura præcedenti volumini similis est, et ejusdem videtur ætatis.

14. HUGO DE VIENNA SUPER PROVERBIA, ECCLESIASTEN, ECCLESIASTICUM.

Hic titulus in primo folio scriptus est a manu satis antiquâ: ab aliâ, in folio adverso, vocatur "Hugo de Vihennâ Cardinalis Ostiensis." In eodem folio; "Note in Prover- "bia ab alio tribuuntur Nicolao de Lyrâ; in Ecclesiasten, Fratri Hugoni de Vienna, "in Ecclesiasticum Ricardo de Sancto Victore." Sed ea nota confoditur. Paulò infra: "Postille sup. Prov. Salom. Eccles & Ecclesiasticum."

Sic incipit: "Dicit Eccus 39. b. Occulta proverbiorum exquirit sap." Ætate

A. I. FOLIO. 14. videtur superioribus æqualis, sed non scriptionis elegantiâ. In initio: "Liber Sci "Cuthberti assignatus Cōi armariolo."

15. HUGO DE VIENNA CARDINALIS OSTIENSIS POSTILLATOR SUPER IV EVANGELIA.

Titulus est a manu satis antiquâ.

Sic incipit: "Quatnor sunt minima terre, et ipsa sunt sapientiora sapientibus: "formice &c. Prov. 30."

Volumen crassum est; Scriptura superioribus est similis, et ejusdem videtur ætatis.

In initio: "E communi librariâ Monachorum Dunelm."

In fine adjicitur Tabula Evangeliorum Dominicalium.

16. EPISTOLE PAULI, ab aliâ manu: HUGO DE VIENNA CARDINALIS HOSTIENSIS, IN EPISTOLAS PAULINAS.

Sic incipit: "Benjamin lupus rapax mane comedet predam, et vespere dividet "spolia."

Præfigitur Tabula Epistolarum Dominicalium.

Ejusdem videtur cum superioribus scripturæ et ætatis: Præfigitur enim hæc nota: "Liber Sci Cuthbti ex dono Bertrami de Middelton Prioris Dun." Æqualis est igitur ipsi auctori (v. supra Cod. 12.) Probabile enim est libros celebriorum scriptorum, in majoribus saltem Monasteriis (ubi plures erant Scribæ) statim (postquam editi sunt) expetitos et descriptos fuisse. Hoc in multis hujus Bibliothecæ Codicibus observavi.

17. 18. 19. PETRI BERCHORIJ REPERTORIUM MORALE, 3bus maximis voluminibus.

Libri titulus (cum folium unum aut alterum in initio voluminis 1mi et 2di desit) ex notâ in fine 3ij voluminis à manu primâ appositâ discendus est. Ibi enim hoc legitur: "Explicit Reportorium morale cum suis additamentis et supplementis locis suis "ut decet ordinatis factum et compilatum a fre Petro Berchorij Priore Sti Elig Pari"siens. Monasterij Sti Mauri Fossarens' Monacho ordinis Benedicti de Pictavie par"tibus oriundo. Orate pro eo."

Scriptus est hic Codex a pluribus quidem (ut videtur) scribis, sed ab omnibus elegantissimè. Alphabetico ordine voces disponuntur: Singularum alphabeti literarum Exordia variis coloribus et auro exornantur: Primæ item literæ vocum singularum in serie alphabeticâ pictæ sunt.

De ætate libri judicari potest ex his versibus in fine voluminis primi positis:

"Anno milleno, ter centum, ter quoque deno. 1330
"Et ter sedeno, cum quinq; fuit duodeno. 65
"Codex completus hic a de Fonte Johanne 1395
"Possideat letus quapropter Sacra Dianne."

i. e. (ut ego interpretor) "Joannes de Fonte (Anglicè Fountain, vel, Well) de"scripsit hujus Repertorij volumen primum, Anno Domini 1395:" scil. annis 33

A. I. FOLIO. 17. post Auctoris obitum. Floruit enim Petrus Berchorius, [non Berthorins, ut Gesnerus, Sixtus Senensis, Possevinus, eum vocant; nec Bercherius, ut du Pin] sub Carolo 4^to^ Imperatore, & Innocentio 6^to^ Papâ; et mortuus est anno 1362; non 1260, ut Sixtus Senensis et Possevinus tradunt.

In Voluminis 2^di^ fine Subjicitur Index earum vocum, quæ extra seriem alphabeticam, in aliis vocibus quærendæ sunt.

## A. II. FOLIO.

1. Biblia Sacra, Latine; 4 grandibus voluminibus: quorum

1^m^ Complectitur Mosis libros 5, Jesu Naue, Judic. Samuel, Regum 2.
2. Prophetas 4 majores, et 12 minores; Jobum et Psalmos.
3. Proverbia, Ecclesiasten, Canticum Canticorum, Librum Sapientiæ, Ecclesiasticum, Paralipomenôn libros duos, Esdram, Hester, Tobiam, Judith, Maccabæorum libros 2.
4. Novum Testamentum.

Singulis libris præfiguntur Præfationes Divi Hieronymi.

Libri ipsi habent veterem capitum distinctionem, quæ in usu erat, priusquam Hugo de Sancto Caro novam instituit. Libris singulis præponuntur Capitulorum numerus et argumenta, et in fine notatur Versuum numerus, qui tamen in ipso textu non distinguuntur. Ex. gr. "Habet Genesis Capitula lxxxi; versus iii. DCCC."

*In Volumine Primo,*

Post librorum sacrorum Indicem subjiciuntur versus aliquot barbari, Librorum nomina et ordinem indicantes. Sic incipiunt:

"Genesis, Exodus, Levit^9^, Num. Deut.
"In hoc quinque libri retinentur codice Moysis.
"Bella ducis Josue, Seniorum et tempora Patrum.
"Ruth, et Job,* Regum bis bini namque libelli,"

Cæteros adscribere non est operæ pretium, præter duos novissimos,

* Job extra ordinem (versûs supplendi gratiâ) ponitur.

A. II. 1.
FOLIO.

"Hos legito Lector felix feliciter omnes.
"Ad laudem Christi, propriamque in Secla salutem."

In Indice librorum, ut Mosis libri quinque Pentateuchum vocantur, ita septem sequentibus libris (scil. Josue, Judicum, Ruth, Samuelis 2, Regum 2) Heptateuchi nomen tribuitur.

In recensione Capitulorum Exodi, ubi singula præcepta totidem faciunt Capitula, illud observatu dignum est, quod duo prima præcepta non in unum coalescunt, (quod Pontificiorum est commentum) sed plane distinguuntur; sic,

I. Non erunt tibi Dij alieni absque me.
II. Non facies tibi Idolum, neque ullam similitudinem.

Neque decimum præceptum in duo (quod ab illis factum est) discerpitur.

*In Volumine Secundo,*

Nihil singulare visum est, nisi quòd Libro Psalmorum, præter præfationem Hieronymi ad Paulam et Eustochium, præfigantur aliæ quædam Εισαγωγαι quæ novem folia implent: scil.

1. ORIGO PROPHETIÆ DAVID REGIS PSALMORUM 150.
   Sic incipit: "David filius Jesse, cum esset in regno suo, quatuor elegit qui "Psalmos facerent."

2. DE DIVISIONE PSALMORUM.
   Sic incipit: "In Hebreo libri Psalmorum citra numeri adjectionem descripti "sunt omnes; et diverse quidem, quidam conjuncti, quidam divisi."

3. PREFATIO BEATI IHERONIMI IN PSALTERIUM JUXTA HEBREOS, QUOD IPSE TRANSTULIT IN LATINUM.
   Sic incipit: "Eusebius IHERONIMUS Sophronio suo salutem. Scio quos-"dam putare Psalterium in quinque libros esse divisum."

4. QUOD OMNIS PROPHETIA AD CHRISTUM REFERATUR.
   Sic incipit: "Omnem Prophetiam ad Christum referendam esse non dubium "est."

5. INTERROGATIO ET RESPONSIO PERSONARUM DE NOMINE ET QUALITATE PSALTERIJ: ET UTRUM AD CHRISTUM ALLEGORICE, AN AD DAVID JUXTA LITERAM OMNES PSALMI REFERENDI SUNT.
   Sic incipit: "Interrogatio. Quare Psalmi dicuntur? Responsio. Quia "per Psalterium canebat David."

6. EPISTOLA BEATI IHERONIMI AD PAULAM DE ALPHABETO HEBREORUM.
   Sic incipit: "Nudiustertius, cum centesimum decimum octavum Psalmum tibi "insinuare conarer, et dicerem, omnem moralem locum esse in eo compre-"hensum"—

7. DE UNITATE INSCRIPTIONIS TITULORUM.
   Sic incipit: "Quasdam superscriptiones Psalmorum, per allusionem consimi-"lem constat spiritualiter intuendas."

8. CUR IN PSALMORUM TITULIS QUASI AUCTORUM NOMINA DIVERSA REPERIANTUR, EPISTOLA.

A. II. 1. FOLIO. Sic incipit: "In primo libro Paralipomenôn legitur, cum Propheta David de-"votâ Deo ætate senuisset.

9. Quod Esdras Propheta Psalmos titulaverit.
Sic incipit: "Notandum sane, quòd quatuor erant notarij David; Asaph, Eman, "Ethan, et Idithun."

10. De Diapsalmate.
Sic incipit: "Verbum Selah 70 Interpretes, Symmachus et Theodotion, Diap-"salma transtulerunt."

11. Quid sit Allelujah.
Sic incipit: "Est igitur Allelujah, Laus tibi soli."

12. Qualis fuerit Prophetia Davidica; Psalmorum qui cantores; et que cantandi ratio.
Sic incipit: "Prophetia est inspiratio divina, quæ eventus rerum vel per dicta, "vel per facta immobili veritate prænuntiat."

13. Argumenta singulorum Psalmorum.
Sic incipiunt: "Primus Psalmus ostendit quia Christus sit lignum vitæ."
Sunt Allegorica pleraque, ita ut ad Christum et Ecclesiam omnes pene Psalmi referantur.

14. Excerpta quædam de Psalmis ex Cassiodoro, Isidoro, Augustino.
Sic incipit Cassiodorus: "Psalterium est quedam celestis spera" [Sphæra].
Isidorus: "Oratio in presenti tantum vita."
Augustinus: "Qui diligit Canticum Psalmorum assiduè."

15. Oratio dicenda ante Psalterium.
Sic incipit: "Suscipe Sancte Pater, omnipotens eterne Deus."

16. Titulus Psalmorum.
"Hic incipit liber hymnorum vel soliloquiorum Prophetæ de Christo."

17. Post Psalmum 150 sequitur "Psalmus proprie Scriptus David cum pug-"navit Goliath." "Hic Psalmus in Hebreis codicibus non habetur; sed "nec 70 Interpretibus editus est; iccirco repudiandus." Sed editus est ex Codice Vaticano in editione Romanâ.
In fine Psalmorum, quibus Volumen Secundum clauditur: "Explicit liber "Prophetarum."

*In Volumine Tertio*

Nihil singulare observavi.

*In Volumine Quarto,*

Libris Novi Testamenti præfiguntur (post Hieronymi Epistolam ad Damasum Papam, et Eusebij Præfationem ad Carpianum) ejusdem "Eusebij Canones decem harmonici Historiæ Evangelicæ." Canones distinguuntur columellis pulchrè depictis et deauratis. Et ut hi Canones usui legentium magis inserviant, non solum in capite præponuntur, sed etiam in marginibus per singula Evangelia annotati sunt. Sed referuntur non ad Capitula, nec ad Versus; sed alias quasdam sectiones mediæ

A. II. 1. FOLIO. magnitudinis; quales sunt in Matthæo 350; in Marco 234: (cum sint Capitula tantum 47, at Versus 1700:) in Lucâ paulò plures quàm 340; (ultimum enim folium excisum est:) in Joanne 232. Hæ Sectiones singulæ in margine Evangeliorum annotantur, simùlq; loca parallela (si quæ sint) aliorum Evangelistarum: hoc modo, Mt. ccvi., Mr. cxvii., L. ccxxxii. i. e. Matthæi Sectioni 206[ta] respondent Sectio 117[ma] Marci, et 232[da] Lucæ.

Cæterùm, quod dictum est de Capitulis et versibus, non ubique observatur. Numerus enim eorum in omnibus libris non apponitur: sive quod ii libri non fuerint ab antiquis ad eum modum divisi; seu quia (quod in nonnullis saltem suspicor) distinctio ea scribarum incuriâ neglecta sit.

Epistola ad Hebræos tribuitur Paulo: Nam et in Indice librorum omnium, qui Volumini primo primo præfigitur, Epistolæ 14 Paulo tribuuntur: et in fine hujus Epistolæ hæc nota adscribitur: "Explicit Epistola ad Hebreos. Epistolæ Pauli numero 14."

Et hæc quidem pervolventi hæc volumina notatu maximè digna visa sunt; ex quibus eorum comparatio, vel cum libris editis, vel cum aliis codicibus MStis institui possit. Restat ut aliquid generalius de iis observetur.

In fronte volumnis primi hæc nota legitur: "Liber Hugonis Dunelm̃ Ep̃i." Hugo [de Puteaco, sive Pudsey] factus est Episcopus Dunelmensis A. D. 1153: obiit anno 1194. Superat igitur hic liber annos 500. Et quidem nullus dubito, quin illius jussu et impensâ descriptus fuerit. Longè enim privati hominis opes excedere videtur: et vero simile est, eum qui nil nisi magnum attentabat, (Comitatum enim Northumbriæ sibi, Sadbergæ etiam Successoribus suis comparavit: Ptochotrophium Sherbornense fundavit: Templum Darlingtonense, et Pontem Elvetensem Dunelmi extruxit) tot aliis magnificis operibus, hoc insigne opus Biblicum (quod nulli superiorum magnificentiâ cedit) adjicere voluisse.

Est enim egregius revera liber. Scriptus est siquidem literis majoribus, iisq; accuratè formatis; atramento nitenti; in membranis pulcherrimis. Capitulorum principia literis pictis exornantur: Librorum autem singulorum initia literis maximis, variis coloribus et auro depictis, illustrantur. Et sanè tanta est operis pulchritudo, tantus nitor, ut (nisi nota apposita, et ipsa scripturæ ratio et forma testaretur librum esse 500 annis vetustiorem) vix videri possit ad 100 annos assurgere. Equidem vix credo pulchriorem S. Bibliorum MStum Codicem posse in totâ Europâ inveniri.

Illud vero dolendum, quòd plures ex literis illis pictis et deauratis a sacrilegâ aliquâ manu excisæ sunt; et literarum gratiâ integra aliquando folia: non pauciora enim quàm 9 folia in initiis librorum deesse animadverti.

Habet volumen primum folia 220; secundum 187; tertium 160; quartum 146.

2. Bibliorum Sacrorum Pars secunda Latine. Prior deest.

Complectitur hoc volumen libros hos: Paralipomenôn 2, Proverbia, Ecclesiasten, Canticum Canticorum, Sapientiam, Ecclesiasticum, Lib. Tobie, Judith, Hester, Esdre, Maccabeorum 2, Psalmos, Novi Testamenti libros, ordine vulgato dispositos.

B. Hieronymi Prologi singulis libris præfiguntur.

Codex hic habet Veterem librorum divisionem in Capitula; quorum numerus et

A. II. 2. FOLIO. argumenta Libris ipsis (in Novo præsertim Testamento) præponuntur. Numerus iste cum Bibliis quæ proximè præcedunt (Hugonis Episcopi) nonnunquam convenit, sed sæpius diversus est: nec semper sibi constat. Aliquando enim numerus in initio libri positus, diversus est ab eo qui in libro ipso, per singula capita notatur: ut in Maccabæorum 1$^{mo}$ in principio notantur Capita tantum 53; at in ipso libro 58. Et cum numerus Capitum in veteri divisione librorum major soleat esse, quàm in recentiori, quam Hugo de S$^{to}$ Caro instituit, in hoc libro aliquando minor est. Habet enim liber Sapientiæ Capita tantum 15; Ecclesiasticus 26; Evangelium Marci 13; Lucæ 21; Joannis 12.

Versio Psalmorum aliquando a Vulgatâ diversa est; ut in hoc Specimine videre est.

| Psal. I. Ms. | Vulg. |
|---|---|
| 1. — in cathedrâ derisorum— | — in cathedrâ pestilentiæ— |
| 3. quod transplantatum est juxta rivos aquarum. | quod plantatum est secus decursus aquarum. |
| ib. — omne quod fecerit prosperabitur. | — omnia quæcunque faciet prosperabuntur. |
| 4. Non sic impij; sed tanquam pulvis quem projicit ventus— | Non sic impij, non sic; sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ— |
| 5. Propterea non resurgunt—in congregatione justorum— | Ideo non resurgent—in concilio justorum— |
| 6. — Via impiorum peribit. | — iter impiorum peribit. |

Pulchrè exaratus est hic Codex; lineis in medio folio divisis, literis rotundis, majoribus. Videtur Bibliis Hugonis Episcopi ætate æqualis, aut etiam vetustior. Videri etiam possit publicis in Monasterio lectionibus inserviisse; est enim contrectantium manibus sordidatus.

Habet folia 294.

3. Biblia Sacra Latine. Folio magno.

Distinctio capitum eadem est cum hodiernâ.

Singulis libris præfiguntur D. Hieronymi Prologi, sive, Præfationes. Præfationis vero generalis finis, et Capitis 1$^{mi}$ Geneseôs initium (literæ, ut videtur, pictæ gratiâ) excisa sunt.

Ordo librorum idem est qui in libris editis; nisi quòd Actus Apostolorum sequuntur Epistolas Pauli.

In libri fine subjicitur Index alphabeticus Nominum Propriorum, cum Interpretatione Latinâ, sed plerumque admodum absurdâ. Ecce Specimen! "Nichanor: "stans lucerna. Nichodemus: includens judicio; vel, effluxio terrenitatis." Cætera sunt similia.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis mediocribus, acuminatis, accuratissimè formatis; atramento nitente; in membranis tenuibus et pulcherrimis. Capitum literæ

A. II. FOLIO. 3. initiales coloratæ sunt: Librorum autem principia literis pulchrè depictis et deauratis exornantur: ut omnino inter MStos pulcherrimos censeri debeat.

Ex Capitum divisione hodiernâ, constat hunc librum recentiorem esse Hugone de Sto Caro, qui eam primus instituit, et anno 1260 mortuus est; et quidem vix videtur annos 400 superare.

4. BIBLIORUM PARS POSTERIOR LATINE. Pars prior deest.

5. MOSIS LIBRI QUINQUE GLOSSATI. In folio magno.

Habet hic Codex utramque Glossam, Ordinariam (quam vocant) et Interlinearem; sed non tam plenam quàm in libris editis. Scriptus est pulchrè; literis acuminatis, in textu majoribus, minoribus in glossâ; sed nonnihil ab humore deformatus est.

Cum habeat præsentem Capitum distinctionem, Hugone Cardinale recentior sit oportet: sed non multò, videtur enim seculo 14to ineunte exaratus.

6. LIBRI REGUM 4, PARALIPOMENON 2, JOSUE, JUDICUM, TOBIÆ, JUDITH, HESTOR, RUTH, ESDRÆ, NEEMIÆ, MACCABÆORUM 2, CUM GLOSSA ORDINARIA ET INTERLINEARI. In folio magno.

Glossa hæc brevior est quàm in superiori codice; nec Scriptura adeo pulchra est et accurata. Habet quidem hic Codex receptam Capitum divisionem; sed videtur assurgere ad initium seculi 14ti

7. LIBRI REGUM 4, PARABOLÆ, ECCLESIASTES, CANTICA, LIBER SAPIENTIÆ, ECCLESIASTICUS, LIBRI MACCABÆORUM, ET ESDRÆ, CUM GLOSSA ORDINARIA ET INTERLINEARI. In folio oblongo, non crasso.

Glossa plenior est in editis libris quàm in hoc.

Satis accuratè scriptus est hic Codex, Glossa præsertim; literis acuminatis, in Textu mediocribus, in Glossâ minoribus. Videtur ejusdem ætatis, cum superiori.

8. EPISTOLÆ 7 CANONICÆ, JOB, PROVERBIA, ECCLESIASTES, CANTICUM CANTICORUM, LIBER SAPIENTIÆ, ECCLESIASTICUS, APOCALYPSIS, 12 PROPHETÆ MINORES, CUM GLOSSA ORDINARIA ET INTERLINEARI.

Glossa hæc quandoque brevior est quàm in editis; nec eodem semper ordine disponitur.

Habet hic Codex hodiernam Capitum distinctionem; sed videtur scriptus circ. initium seculi 14ti

In initio libri leguntur hæ preces, ab aliâ manu, sed eodem (ut videtur) seculo scriptæ.

1. "Ecclesiæ tuæ preces quæsumus, Domine, placatus admitte, ut destructis adver-"sitatibus et erroribus universis, securâ tibi serviat libertate."

A. II. 8. FOLIO.

2. "Deus, in cujus manu corda sunt Regum, qui es humilium consolator, et fide-"lium consolator, et protector omnium in te sperantium, da Regi nostro et Re-"ginæ populoque Christiano triumphum virtutis tuæ scienter excolere, ut per te "semper reparentur ad veniam."

3. "Optime et invictissime Deus, da quæsumus famulo tuo, Regi nostro, Spiritum "consilij et fortitudinis, ut, te rectore, te Duce, temporalis hæreditatis adeptione "gaudeat et æterne, per Christum.

4. "Deus, qui Patri nostro Abraham Loth captivum, cum totâ familiâ suâ, pauco-"rum bellantium adjutorio restituisti, Regem nostrum exhæredatum oculo con-"suetæ et innatæ miserationis intuere; ut restitutus se tuæ restituat dominationi, "abjecto jugo adversariæ potestatis, per Christum.

5. "Deus ineffabilis potentiæ, et admirabilis misericordiæ, qui populo tuo peculiari "de captivitate reverso terram lacte et melle fluentem divinâ virtute restituisti, "famulo tuo, Regi nostro, quod suum est, eâdem virtute restitue, ut in eo laudes "tibi solvi faciat sempiternas, per Christum."

Sequuntur duæ aliæ Precationes, quæ in Liturgiâ nostrâ leguntur, scil. Collectæ pro pace.

Eo seculo quo Codex hic descriptus est, duo Reges in Angliâ captivi detenti sunt; David Scotorum, ab anno 1346 ad 1357; et Joannes Gallorum, ab anno 1356, ad 1360. Videntur hæ preces pro Rege Scotorum conceptæ fuisse, et hic codex e monasterio Coldinghamensi (quod Coenobij Dunelmensis Cella fuit) ut et alij plures, traductus fuisse.

9. PSALTERIUM GLOS [SATUM.]

Catena est in Psalterium e variis Patribus collecta; eadem quæ in Volumine proximè sequenti, (cod. 10.) Patrum nomina adscribuntur; in summis quidem foliis (per totum librum) Augustini, Cassiodori, Hieronymi; et aliorum etiam in margine. Sed marginalis ista nominum notatio non ultra Præfationem producitur. Sed defectus iste suppleri potest ex alio Codice [A. III. 7.] huic per omnia simili, nisi quod in eo desit (qui hic ultimus est) Psalmus 151 (scriptus, ut fertur, postquam pugnaverat cum Goliath) cum brevi Glossâ.

Scriptus est hic Codex pulcherrimè, lineis divisis; literis acuminatis; in Textu magnis, in Glossâ mediocribus; ante annos (ut videtur) circiter 500.

In folio primo: "de cōi libraria Mo^a^choꝝ Dunelm̄."

10. PSALTERIUM GLO [SSATUM.]

Titulus hic est a manu recentiori, a primâ nullum habet.

Gorrano tribuitur ab iis qui Codices hos MSS^tos^ priùs recensuerunt; quâ vero causâ id fecerint non video. Gorranus quidem scripsisse in Psalterium dicitur a Lelando, Gesnero, Sixto Senensi, Possevino, Bellarmino, Pitseo. Sed Sixtus Senensis et Pitseus dicunt eum scripsisse in Psalterium librum unum, qui sic incipiat: "Laudationem Domini loquetur os meum:" et hoc opus Gorrhani a Bellarmino Commentarius, in Catalogo MSStoř. Cantabrigiensium Postillæ dicitur.

A. II. 10. FOLIO. Sed hujus libri initium tale est. Post præfationem trium paginarum, (quæ sic incipit: "Cum omnes Prophetas Spiritûs Sancti revelatione constet esse locutos"—) Glossa ipsa ita exorditur: "Beatus, cui omnia prosperè succedunt: Vir, contra "prospera, et adversa firmus"—

Et sanè, hic Codex ipso Gorrano antiquior est; ut et alij duo huic planè gemini; alter ejusdem ætatis; [suprà Cod. 9.] alter utroque vetustior [A. III. 7.] Vixit enim ille seculo 14to vel exeunte, vel medio, vel (ut alii aiunt) ineunte: Scripti autem videntur Codex hic, et huic proximè præcedens, [n. 9.] circa initium seculi 13ii: tertius vero, [A. III. 7.] etiam seculo 12mo.

Patrum Nomina e quibus Glossa hæc excerpta est, quæ hic desiderantur, peti possunt ex Codice A. III. 7. cujus margini adscribuntur.

Cum conferrem hanc Glossam cum ordinariâ illâ et interlineari, quæ vulgata est, quanquam magis inter se discrepent, quam reliquæ Glossæ MStæ, tamen multa communia utramque habere deprehendi; ut ex iisdem fontibus derivatæ videri possint. Et quidem nullas duas Glossas, vel inter se per omnia, vel cum editis libris consentire observavi: adeo ut Editiones hæ non ex uno aliquo MSto descriptæ, sed ex pluribus excerptæ videantur.

In fine libri hi duo versus adscribuntur:

"Ter quinquagenos cantat David ordine Psalmos:
"Versus bis mille sexcentos sex canit ille."

Pulchrè scriptus est hic Codex; literis acuminatis; Textus quidem majoribus, Glossa vero minoribus.

11. 12. 13. PSALMI GLOSSATI GALLICE; 3 Voluminibus.

Nullus titulus adscribitur a manu primâ: titulus hic inscriptus est in fronte Vol. 1mi & 2di a manu admodum recenti. In fronte Vol. 3ii apponitur hic titulus a manu satis antiquâ, Tertia pars Psalterij in Gallico: et a manu nuperâ, Cassiodorus in 3am partem Psalterij gallicè. Eidem etiam tribuitur in Catalogis MStor. Anglicor. & Hibernicor. Bernardianis.

Quæ vero hic Glossa vocatur, est revera Commentarius prolixus, ut ex mole libri facile conjici potest. Sequitur vero hic Scriptor, quicunque demum fuerit, (nomen enim ejus invenire non potui) sensum plerumque Allegoricum, ita ut ad Christum omnia fere referat. Exempli gratiâ: ad Psalmi 1mi versum 1um sic commentatur. "Beatus vir: Adam nre premer Pere ne fu mie beatus vir. kar il alat al conseil des "feluns del serpent et de Eve." Et post 13 lineas: "Mes nre Sire Jesus Xpc se-"cundus Adam il fuit beatus Vir. kar il ne ala mie al cunseil des feluns Judeus"— eodem modo pergit per 120 lineas.

Quo vero jure Cassiodoro tribuatur hic Commentarius, non video. Præterquam enim quòd duplo longior est hæc expositio, quam illa Cassiodori, quæ paulò infra recensebitur; [B. II. 30.] nihil habet cum eâ commune, quantum loca nonnulla utriusque conferenti conjectare licuit.

Habent Volumina singula Psalmos 50.

Describuntur hi Codices literis acuminatis, satis accuratè formatis; in Textu majoribus, in Commentario minoribus; lineis in medio folio divisis; ante annos (ut vi-

A. II. FOLIO. 11 &c. detur) circiter 400. Volumen 1um et 2dum videntur esse a manu eâdem: tertij non admodum dissimilis est scriptura, et ejusdem videtur ætatis.

In initio voluminis 2di hæc nota legitur: "Iste liber constat Priori et Conventui "Dunelm̄ Eccl̄ie et liberat Dño Robto de Hilton." Sed quando vixerit Robertus iste nescio.

14. PROPHETE QUATUOR MAGNI GLO [SSATI.]

Titulus hic in fronte libri est a manu vetustâ.

Habet hic codex Isaiam, Jeremiam cum Threnis, Ezechielem, Danielem cum Glossâ ordinariâ et interlineari. Adscribuntur etiam in margine Glossæ aliæ literis minutioribus.

Pulchrè scriptus est, literis paululum acuminatis; sed ab humore admodum corruptus est. Habet hodiernam Capitum distinctionem; itaque recentior est Hugone Cardinale, istius divisionis auctore, qui obiit anno 1260: sed ad ejus ætatem prope accedere videtur.

In fronte libri: "de cōi libraria Moachoꝝ Dunelm̄."

15. EVANGELIA QUATUOR GLO [SSATA.]

Habet hic Codex Glossam ordinariam et interlinearem, et Scholia quædam brevia in margine apposita.

Præfiguntur in initio libri Oratio Dominica, et Symbolum Apostolicum, cum glossâ.

Oratio Dominica sic incipit: "Pater cui nos amorem debemus et honorem. In "Malach. 1. Si ego Pater ubi amor meus? item, Pater—cujus est misereri filiorum"—

Symbolum sic incipit: "Ut dicenda melius eluceant, sciendum est, triplex esse "symbolum, quadripartitum Concilium sive Synodum, sive mavis octavum esse nu- "merum Synodorum."

Sequuntur Versus 104 de Pœnitentiâ et Confessione: qui sic incipiunt:

"Peniteat cito peccator, cum sit miserator
"Judex: et sint hec quinque notanda tibi."

Versus item 6 de causis Matrimonium impedientibus:

"Votum, Conditio, Violentia, Spiritualis
"Proximitas, Error, Dissimilisque Fides"—

Postea recensentur Lectiones Evangelicæ in diebus Dominicis et Festis recitandæ; annotatis simul Capitulis ex veteri divisione. Sed notatur simul et in margine, et in summis paginis, recentior illa Capitum distinctio, quæ ab Hugone Cardinale instituta est. Adjungitur etiam in margine vetus illa divisio in Capitula; (qualia sunt in Matthæo 355, in Marco 234, in Lucâ 343, in Joanne 232) et Sectionibus istis subjiciuntur Evangeliorum reliquorum (si quæ sint) loca parallela; ut in Bibliis Hugonis Episcopi [supra Cod. 1. Vol. 3.] Exempli gratiâ: "Mat. 23. Mar. 27. Luc. 17. Joan. 16. 42." i. e. cum Sectione Matthæi 23a concordant Sectiones Marci 27ma, Lucæ 17ma, et Joannis 16ta et 42da; ut videre est in Canone Eusebiano primo.

A. II. FOLIO. 15. Canones autem isti, qui in Bibliis Hugonis Episcopi columellis pulchrè dispositi inveniuntur, in hoc Codice desiderantur.

Cum plura sint in hâc Bibliothecâ Evangeliorum glossatorum exempla, habent quidem multa communia, sed nulli duo codices per omnia conveniunt. Codex vero hic magis quàm cum reliquis, convenit cum Matthæo et Marco glossat. [infrà A. III. 25.]

Evangeliorum textus (uti vocatur) describitur literis majoribus, paululùm acuminatis; Glossa minoribus; Scholia marginalia minutis, sed pulchris. Liber scriptus fuisse videtur circ. an. 1260, quo Hugo Cardinalis obiit; priusquam vetus divisio in desuetudinem prorsus abiit, aut nova passim obtineret. Conjecturam hanc confirmare videtur nota hæc in initio libri adscripta: "Liber Sc̃i Cuthb̃ti de Dunlm. ex dono Mag̃ri Heñ de Melsaneby." Henricus hic de Melsaneby, sive Melsamby (ut vocatur in alio codice A. III. 22.) fuit fortasse cognatus et æqualis Thomæ de Melsamby, qui hujus Coenobij Prior fuit ab anno 1233 ad 1244.

Ab aliâ manu: "de cõi libraria Mo^echo₹ Dunelm̃."

16. Evangelia 4 Latine, formâ quadratâ.

Codex hic literis quadratis, ante annos mille scriptus, mutuo datus est viro doctissimo Ricardo Bentleio novam N. Testamenti editionem paranti.—Mem. reddidit Anno 1735, cum Cod. sequentibus 17 & 19.

17. Joannes, Lucas, et Marcus, Latine.

Et hic codex eidem Bentleio commodatus est: ejus itaque descriptionem ex accuratissimi Wanleij Catalogo MStorum Saxonicorum transcribam.

" Codex membranaceus in 4^to, literis rotundioribus, ante annos mille exaratus; " (utpote qui mihi videtur paulo antiquior Codice Evangeliorum Cottoniano, qui in- " scribitur NERO, D. 4.) in quo continetur Evangelium D. Joannis, D. Lucæ, us- " que ad versum 2^um Capitis 22^di, et Pars Evangelij D. Marci, Latinè, secundum " Beatum Hieronynum; non tamen absque Lectionibus quibusdam differentibus ob- " servatu dignis. In unius cujusque folij superiore margine, scribitur nomen Evan- " gelistæ, quemadmodum in aliis codicibus plurimis. In Evangelio autem D. Lucæ " superscribitur secundum Lucanum; sicut et semel in Codice Cottoniano: more " scilicet majorum nostrorum; qui nomen illius Evangelistæ legentes scriptum Luca, " (sicut videre est in vetustissimo Codice C.C.C.C.) ex Luca, pro ingenio sui sermonis " fecerunt in obliquis casibus Lucan; et deinde (additâ terminatione Latinâ) Luca- " nus, i, o, um.

" Hoc in Codice, miserè truncato, cernuntur quædam vestigia sive otij, sive devo- " tionis cujusdam sanctimonialis, (invenusti enim atque irregulares literarum ductus " feminæ manum esse ostendunt) quæ scriptitavit Latinè "Nolite judicä et non judi- " cabicämini:" et Anglo-Saxonicè, "Boȝe Meȝe-ꝑeoꞃꞇ ȝoꝺ ꝑꞃeoꞃꞇ manꞇaꞇ" f. " maneat."

" In hoc etiam codice compingitur fragmentum alius Codicis Evangelici literis " capitalibus ab Antiquario satis diligenti scriptum, incipiens a versu 33 Capitis 21

A. II. 17. FOLIO. "Lucæ, et desinens versu 44to Capitis 23ii ejusdem Evangelistæ, in cujus foliis scrip-
"titavit eadem femina vernaculo idiomate: "Boȝe Meȝȝe-ꝑꝛeoꝑꞇ ȝoꝺ ꝑꝛeoꝑꞇ. Alꝺꝛeꝺ ȝoꝺ Biꝑcop." qui quidem Aldredus factus est Episcopus Dunelmensis, anno Dom. 946.

Hactenus Wanleius.

18. Matheus et Marchus glo [ssati.]

Habet hic Codex Evangelistas Matthæum et Marcum cum Glossâ ordinariâ et interlineari. In margine exteriori habet alicubi notulas paucas, à manu aliâ adscriptas.

Scriptus est pulcherrimè: Textus quidem literis majoribus, quarum tres pollicem unum implent; Glossa ordinaria minoribus, interlinearis minutis. Acuminatæ sunt omnes, et accuratè adeo formatæ, ut in eo scribendi genere nihil venustius viderim.

Cum habeat hodiernam Capitum distinctionem, idque à manu primâ, non potest esse antiquior Hugone Cardinale istius divisionis auctore [obt 1260]: sed neque multò recentior videtur.

In folio primo: "de cõi libraria Dunelm̃. Lib̃ Sc̃i Cuthb̃ti cujus usus concedit̃ f̃ri Rob̃to de Hexham." De hoc viro nihil compertum habeo.

19. Pauli Epistolæ glossatæ.

Fuit hic Codex Hugonis Episcopi, qui obiit anno 1195. Et iste doctissimo Bentleio mutuo datus est.

20. Guil. Britonis, vel, Bretoni tractatus duo metrici.

1. Super Prologos Biblie.

Titulus hic in folio primo est a manu non quidem recenti, sed non primâ. At Britonem, vel Bretonum hujus esse libri auctorem testantur Baleus et Pitseus.

Sic incipit: "Partibus expositis textûs nova cura perangit." Hic versus ostendit librum hunc scriptum fuisse post Lexicon proximè sequens. Partes enim textûs sunt quas ibi vocat "Difficiles partes quas Biblia gestat."

Commentarius est in Epistolam Hieronymi ad Paulinum, de Sacræ Scripturæ libris; et in ejusdem Prologos in singulos libros Biblicos. Cum Hieronymus nihil præfatus sit in Apocalypsin, in ejus locum substituit Gilberti Pictaviensis Introitum in Apocalipsin.

Habet hic tractatus folia 100. Scriptus est lineis divisis; literis paulò majoribus, acutis, et benè formatis.

2. Lexicon Biblie interpres: ita vocat Lelandus, pag. 357.
vel, Vocabularium Biblie: ut vocatur a Baleo, pag. 437.
vel, Summa, vel, Expositiones Vocabulorum Biblie: ita Pits. p. 481.

Nullum neque Libri, neque Auctoris nomen adscribitur: sed eum esse quem dixi ostendunt tum libri argumentum; tum initium quod Baleus et Pitseus habent idem quod hic legitur: scil.

"Difficiles studeo Partes quas Biblia gestat
"Pandere"—

A. II. 20. FOLIO. Et hic versus in fine libri "egenorum numero quia dego minorum" ostendit auctorem fuisse Franciscanum: quod et Baleus et Pitseus de nostro affirmant.

Habet hic Codex folia 159; præter Indicem Vocabulorum foliis 18. Scriptus est lineis divisis: literis acutis, non inelegantibus, sed minoribus quam tractatus superior.

Guil. Brito [Lel.] vel. Bretonus [Bal. Pits.] obiit anno 1356: neque liber ipse multò recentior videtur.

21. TRACTATUS TRES.

1. TRACTATUS IN TURONENSI CONCILIO COMPOSITUS, DE VERITATE HUMANE NATURE IN CHRISTO, ET DE HOMINE ASSUMTO; CUM SOLUTIONE HERESIUM CONTRARIARUM.

Titulus hic adscribitur in principio libri à manu recentiori, sed de tempore quo scriptus est, ostendit vel prima sententia: "In Concilio Turonensi [anno 1163] "quod dudum (convocatis plerisque omnibus tam Anglicane, quam Gallicane "Prelatis Ecclesie) auctoritate vestra celebratum, et presentiâ illustratum." Scriptus est igitur aliquot annis post Concilium istud: et quidem in Concilio Lateranensi, [anno 1179] vel paulo etiam seriùs; adeoque pluribus annis post Petri Lombardi (contra quem Scriptus est) mortem, quæ incidit in annum 1164.

In Concilio enim Lateranensi querelæ delatæ sunt ad Alexandrum 3um Papam, de erroribus Petri Lumbardi circa Jesu Christi humanam naturam; (ut scribunt Matthæus Paris ad annum 1179, pag. 95. Edit. Paris; et Baronius ad eundem annum, Sectione XIII; et Labbeus in Conciliorum tomo 10, Col. 1529.) De eâ re scripsit Alexander Epistolam ad Willelmum Archiepiscopum Senonensem, ut errores istos comprimeret. Hujus Epistolæ mentio fit in initio hujus tractatûs, [lin. 15.] et ipsa Epistola in fine subjungitur: legitur etiam apud Matthæum Paris, p. 96, et in Conciliis Labbeanis Col. 1529. Alexandri autem mandatum tam diligenter executus est Willelmus, ut eam ob causam in ipso Concilio ad Archiepiscopatum Rhemensem translatus videatur. Eo enim nomine appellatur inter hujus Concilij Subscriptores; alio [Guidone] in Archiepiscopatum Senonensem suffecto. Factus est Ecclesiæ Romanæ Cardinalis, teste Rogerio in Annalibus, apud Baronium, ad annum 1179, Sect. XIII.

Hinc de hujus scripti ætate conjectura fieri potest. Non scriptum fuisse ante Concilium Lateranense 3tium superiùs dicta ostendunt: et quidem nullam video hujus Concilij in eo mentionem. Suspicor igitur scriptum fuisse post Concilium finitum, sed ante Alexandri mortem, (eum enim alloquitur) anno forte 1180: nam Alexander obiit A.D. 1181.

Scriptus est hic liber (ut supra dixi) contra Petrum Lumbardum, [v. Col. 2. l. 1.] qui asseruerat "quod Christus non est aliquis homo; et quòd Christus, secun- "dum quod homo, non est aliquid." [v. Col. 1. lin. 3. 4.]

Scriptus est hic tractatus non ineleganter; lineis dimidiatis; Literis minoribus, acuminatis; ante annum (ut videtur) 1300.

Habet folia 5½.

A. II. 21. 2. SERMONES SUPER PSALTERIUM.
FOLIO.

Hic titulus in fine libri adscriptus est a manu primâ.

Sunt observationes allegoricæ et morales (quales eo seculo pleræque erant) in totum librum Psalmorum.

Sic incipit: "Exurge Psalterium et Cithara; Exurgam diluculo." Prov. 11. "Bene consurgit diluculo, qui querit bona. Que sunt hic bona?"

Scriptura non dissimilis est superiori tractatus, & ejusdem videtur ætatis.

Folia sunt 123½.

3. QUÆSTIONES THEOLOGICÆ.

In initio libri: "Quæstiones paucæ in fine." Et ab aliâ manu: "Questiones "et note quedam multum Theologicalia."

Sic incipiunt: "Queritur utrum voluntas et opus sint vel peccatum, vel diversa "peccata"—

Scriptura a superioribus diversa est; sed ejusdem videtur ætatis.

22. ALEXANDRI DE HAL'. [HALES] POSTILLE, vel, TRACTATUS SUPER EVANGELIA.

Nullum habet hic Codex titulum vel in initio vel fine libri: sed ante Marcum et Lucam vocatur Postille Magri Alexd'. ante Joannem, Tractatus Magistri Alex de Hal'.

Alexander iste de Hales, vel Halensis, vel Halesius dictus est, quòd in Hales (Glocestrensis agri Monasterio) literis operam juvenis dedisset; (judice Pitseo) vel potiùs quod in oppido cognomine natus fuit. Monasterium enim Halense non ante annum 1246 fundatum fuit: Alexander vero anno præcedente [1245] obiit. Magnum inter Theologos Scholasticos nomen est, ut vulgo Doctor irrefragabilis vocatus fuerit. Erat Thomæ Aquinatis et Bonaventuræ Præceptor. Plurimos scripsit libros: nam præter Summam Theologicam, (tribus magnis voluminibus jussu Innocentij 4ti compositam) aliosque libros, publici juris factos; magnus est etiam ineditorum numerus quorum nomina recensent Baleus, Pitseus, Possevinus, alij: adeo ut merito inter Scriptores polygraphos numerari debeat.

Postillæ hæ nondum editæ sunt: grande volumen implent.

Sic incipiunt: "Implete quatuor ydrias aqua"—

Scriptæ sunt lineis dimidiatis; literis mediocribus, acuminatis, bene formatis; non multo (ut videtur) post Alexandri ipsius ætatem.

In initio libri hæc adscribitur nota: "Liber Sancti Cuthberti de Dunelmo ex dono "Magri Gilberti Aristotil. Cujus anime ppicietur Deus. Amen."

Codici huic inseruntur folia sex (tria in initio, totidem in fine) Novi Testamenti Lat. (Evangelij Sti Matthæi finis, et initium D. Marci) ante mille annos exarati. Fragmenti hujus lectiones a vulgatâ editione diversas, ad virum doctissimum R. Bentleium misi.

## A. III. FOLIO.

A.III. 1. GENESIS PER SE GLO [SSATA] PRO PARTE. Titulus est a manu 2[da]

FOLIO MINORE.

Bedæ hanc Glossam tribuit Elias Smith, sed non rectè: est enim Glossa ordinaria et interlinearis. Sed non producitur Glossa ultra Capitis 5[ti] versum 8. Adscribuntur vero in margine ab aliâ manu brevia quædam scholia usque ad Cap. 27 vers. 46.

Scriptus est hic Codex literis rotundis, satis accuratè formatis; in Textu majoribus, in Glossâ minoribus: ante annos circiter 600. Sed Glossa non videtur eodem tempore scripta quo Textus: præterquam enim quod non ultra Caput 5[um] perducitur; etiam atramento dilutiore exarata est.

2. LEVITICUS, NUMERI [GLOSSATI.]

Habet hic Codex Leviticum et Numeros, cum Glossâ ordinariâ et interlineari.

Pulchrè scriptus est, literis modicè acuminatis: Textus quidem majoribus, Glossa vero minoribus. Eadem scribendi ratio servatur in reliquis libris glossatis; ut id semel de omnibus moneam.

Cum non habeat præsentem Capitum distinctionem, vetustior sit oportet, ejusdem divisionis auctore Hugone de Sancto Caro, qui obiit anno 1260. Et sane ad annum 1200 assurgere videtur. Quod ex hâc etiam notâ in fronte libri adscriptâ conjicere licet: "Lib̄ Sc̄i Cuthb̄ti de Dunl̄o ex dono Magr̄i Rob̄ti de Adigton[a]." Robertus hic de Adigton occurrit etiam infra in Codicibus 19 & 24: Vocatur etiam de Adingtona in Codd'. 5. 16. 17. Et videtur idem cum Roberto de ednt. [Aediton] cujus mentio fit in codice 16. Si is est, ætatem ejus invenisse videor. Robertus enim de Edinton testis fuit in chartâ Fundationis Prioratûs de Lythum, vel Lythom in agro Lancastrensi, [cella fuit Coenobij Dunelmensis] ante annum 1199, quo Joannes (qui in eâ Chartâ Comes de Morton appellatur) Rex Angliæ factus est.

Ab aliâ manu est hæc nota: "e cōi [i. e. communi librariâ] Dunelm. in le Spendement." Vox hæc Spendement pluribus hujus Bibliothecæ libris præfigitur: et aliquoties (errore, ut puto, scribæ) splendement. Est vox Gallica vetus, frustra mihi in pluribus Dictionariis quæsita, quæ (ut monuit me vir doctus) Dispensatorium significat. Et sane deducitur a verbo despendre, spendre, unde Anglicum, to spend.

3. 1. DEUTRON [OMIUM] GLOS [SATUM.]

Habet hic Codex Deuteronomium cum Glossâ ordinariâ et interlineari.

A. III. 3. FOLIO MINORE. Scriptus est literis rotundis, satis accuratè. Videtur superare annos 500.

In initio, a manu antiquâ: "Liber Sči Cuthbti đ Dunel." Et in folio adverso: Deuteronomium, Lib. Johĩs de Rand. Plures sunt in hâc Bibliothecâ libri hujus Johannis. Qua ille ætate vixerit nescio: sed libri ejus omnes sunt vetusti.

2. JOB GLOS [SATUS.]

Habet hic Codex Jobum, cum Glossâ ordinaria et interlineari. Nihil in eo singulare video, nisi quod in initio et fine libri adjiciantur observationes quædam allegoricæ et morales; quæ tamen ad Jobum non spectant.

Scriptus est literis rotundis, accuratè formatis; ut ad annos 600 propè accedere videatur.

In initio libri: "Liber Sancti Cuthbti de Dunelm. de le Spendement. Lib "Magri Joh. de Rand." Cum hæc nota non multùm recentior videatur libro ipso, ex eâ de Joannis de Rand ætate judicium fieri potest.

4. 1. REGUM LIBRI 4 EX PARTE GLOSATI.

Habet hic Codex Glossam ordinariam et interlinearem, breviorem quidem quam est in editis, sed per omnes libros. In initio libri, post Hieronymi Præfationem, præfiguntur argumenta duorum librorum priorum.

Descriptus est pulchrè; literis paululum acuminatis. Nulla ætatis nota apponitur: Sed videtur superare annos 500.

2. DE SAPIENCIE STUDIO ET EJUS COMMENDATIONE LIBELLUS.

Immediatè sequitur libros Regum; ab eâdem manu, eâdem saltem ætate scriptus, literis bene formatis, lineis divisis. Argumenta capitum miniata sunt.

Nullus titulus vel in initio, vel in fine libelli legitur. Iste Titulus, qui in primo Codicis folio adscribitur, sumtus videtur ex argumento primi Capitis, quod sic incipit. "Caput 1um De studio Sapiencie et ejus commendatione. Benja-"min adolescentulus in mentis excessu." In reliquo enim libro vix quicquam de Sapientiâ dicitur; nisi quatenus omnes virtutes ad Sapientiam revocari possunt.

Multa habet Capita: quorum 1um agit "De Studio Sapiencie et ejus Commen-"datione. 2um De desiderio Justicie et ejus Proprietate. 3um De Gemino boni "totius fonte, Ratione videlicet, et Affectione. 4um Quomodo per studium "Sapiencie animus latenter sepe inducitur ad exercitia Justitie. 5um Quomo-"do Imaginatio subserviat Rationi; Sensualitas Affectioni. 6um De vitio Ima-"ginationis, et Sensualitatis. 7um Qui sunt Affectûs principales; et quomodo "redigantur ad Virtutes. 8um Quomodo, vel unde oriatur ordinatus Timor." In sequentibus agitur de Dolore, Spe, Amore, &c.

An hic tractatus editus fuerit nescio. Implet folia 19.

Tractatus hic occurrit infra, hoc Titulo: Ricardus de Contemplatione: sive de 12 Patriarchis: in Classe B. Pluteo IV. Cod. 27. Tract. 7. fol. 56. b.

A.III. 5. PARALIPOMENON [libri 2] ORATIO MANASSÆ REGIS JUDE [Libris Paralipomenôn subjuncta] ESDRAS ET NEEMIAS GLOSSATI.
FOLIO MINORE.

Exhibet hic Codex Textum Biblicum cum Glossâ ordinariâ et interlineari. Videtur habere nihil singulare.

Scriptus est literis rotundis bene formatis; ante annos (ut conjicio) circiter 600.

In initio libri: "Liber S. Cuthb̄ti de dono Mag̃ri Rob̄ti de Adington[e]." De Roberto hoc de Adingtonâ vide quæ dixi Supra ad Codicem 2.

6. JOB GLOS [SATUS.]

Cum Codex hic Compactus fuerit unà cum Deuteronomio (suprà Cod. 3.) postquam hic Catalogus primùm descriptus est, ibi eum quære. Ne numerorum ordo turbaretur, nomen ejus in loco pristino omittere nolui.

7. PSALTERIUM GLO [SSATUM.]

Exhibet hic Codex Psalmos cum Glossâ. In eo autem non distinguitur ea quæ Ordinaria vulgo dicitur, ab Interlineari; sed simul confunduntur. Glossæ excerpuntur magnam partem ex Augustino et Cassiodoro; nonnullæ ex Ambrosio, Hieronymo, et aliis Patribus Latinis, quorum nomina in margine adscribuntur. Per omnia consentire videtur hic Codex cum duobus aliis, quos paulò supra descripsi, in pluteo II. Codd. 9, et 10: quorum alter [10[us]] Gorrano non rectè tribuitur: (nisi quòd Patrum nomina iis in margine non adscribuntur) ut fortasse ij ex hoc descripti fuerint: antiquior enim hic est; scriptus utpote literis (non acuminatis, ut illi, sed) rotundis. Et quidem Seculo 12° exaratum fuisse hunc Codicem ostendit hæc nota folio primo inscripta: "Liber Hugonis Ep̄i." Obiit enim ille an. 1195.

In initio libri aliæ duæ notæ leguntur: altera, a manu (ut videtur) primâ, aut certè æquali libro ipsi: "Liber Sc̄i Cuthb̄ti:" ut videri possit hic Codex in usum hujus Cœnobij (jussu fortasse Hugonis Episcopi) descriptus fuisse: altera a recentiori manu: "Liber Rob̄ti de Brakenbiri ex dono Emerici de Lumlei." Fuit autem hic Emericus de Lumley Prior de Lythinne, et unus è Compromissariis, qui elegerunt Robertum de Graystanes Episcopum Dunelmensem, A.D. 1333. [vide Angliam Sacram. vol. 1. pag. in Historicâ Roberti de Graystanes. Dugdale vero in Monastici vol. 1. pag. 499, vocat (idque, ut videtur, rectiùs) Lythom, vel. Lythum. Oppidulum est in agro Lancastrensi, ubi Cella fuit Coenobij Dunelmensis, quod hodie etiam Lethum dicitur, juxta æstuarium fluvij Ribble positum.] Ex hâc notulâ conjici potest, librum hunc, cum priùs ad Monasterium hoc pertineret, postea furto vel casu sublatum in privati hominis possessionem devenisse; ex quá tandem ad pristinam sedem postliminio reversus sit.

8. PSALMI GLOSSATI.

Deest in hoc codice Psalmus 1[us], et 2[di] versus sex. Habet vero Præfationem eam, quæ in aliis MStis legitur, et sic incipit: "Cum omnes Prophetas S. Spiritûs

A.III. 8. FOLIO MINORE. "revelatione constet esse locutos." Glossæ paucæ interlineares sunt, plures marginales. Quæ vero in margine hujus libri adscribuntur, non diversæ sunt ab eis quæ in libris impressis interlineares sunt: Glossa exterior, sive ordinaria hic desideratur.

Psalmos sequuntur Precationes quædam Biblicæ, atqꝫ Ecclesiasticæ, et Hymni; sed sine Glossa: Scil. "Isaiæ Caput 12$^{um}$ Confitebor tibi Domine." Ezechiæ Regis "Oratio. Isai. 38. v. 10. "In dimidio dierum meorum." Annæ gratiarum actio "pro filio nato. 1. Sam. 2. 1. "Exultavit Cor meum in Domino." Mosis Canti-"cum Ægyptiis submersis. Exod. 15. 1. "Cantemus Domino; gloriosè enim." "Habakkuk Prophetæ Oratio. Hab. 3. 1. "Domine audivi auditionem tuam." "Mosis Canticum paulò ante mortem. Deuter. 32. 1. "Audite Coeli quæ lo-"quor." Canticum trium Puerorum. Dan. 3. 57. "Benedicite omnia opera Do-"mini Domino." Hymnus Sti Ambrosij. "Te Deum laudamus." Canticum "Zachariæ. Luc. 1. 61. "Benedictus Dominus Deus Israel." Hymnus Eucha-"risticus. "Gloria in excelsis." Canticum B. Mariæ Virginis. Luc. 1. 47. "Magnificat anima mea Dominum." Symeonis Canticum. Luc. 2. 29. "Nunc "dimittis servum tuum Domine." Symbolum Sti Athanasij "Quicunque vult sal-"vari." Litania.

Claudit librum Canticum Canticorum glossatum—cujus tamen Capitis primi versûs novem priores desunt. Præfatio hujus libri sic incipit: "Notandum quod "Sponsa semper vel in Domo, vel in lectulo, vel in aliquo interiori loco cum sponso "manere concupiscit." Implet sesquipaginam: brevior est quam in editis.

Superat hic Codex annos 500.

9. Psalmi glossati.

Habet hic Codex Glossam ordinariam et interlinearem. Glossa autem hæc brevior est eâ quæ in editis libris exhibetur: Quæ quidem non videtur fuisse ex uno libro transcripta; sed ex pluribus collecta. Quanquam enim omnes libri glossati multa habeant communia, paucissimi tamen per omnia inter se conveniunt. Quò vetustiores enim sunt, eo pauciores habent Glossas; quæ in recentioribus multum auctæ sunt: Adeo ut fortasse non maxima pars Glossarum, quæ in Vulgatis libris leguntur, Walafrido Straboni Fuldensi (primo earum collectori) debeatur.

In initio hujus libri nulla est præfatio: in fine adjiciuntur (ut in libro præcedente, num. 8.) Precationes quædam, et Hymni partim glossati: Sed amissa sunt folia aliquot.

Scriptus est hic Codex literis rotundis, bene formatis; et videtur assurgere ad annos 600.

In initio et fine libri adjiciuntur ab aliâ manu (literis malè formatis et inter se implexis) Preces aliquot, (quarum specimen hic apponam.) "Benedictione perpetuâ "benedicat nos Pater æternus. Christus perpetue da nobis gaudia Vite. Spiritûs "Sancti gratia illuminet corda et corpora nostra—et post 6 vers. In omni tribula-"tione nostrâ succurre nobis Virgo Maria, &c." Et in fine libri: "Ego dixi, Do-"mine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi"—

In fine totius Codicis inseruntur Exempla duo Conventionis factæ A.D. 1204, inter Willelmum Episcopum Sancti Andreæ in Scotiâ, et Priorem et Conventum

A. III. 9. FOLIO MINORE. Dunelmensem, et Ecclesiam de Coldingham, super Jurisdictione in Ecclesias quasdam ad Coldingham pertinentes, de quâ Contentio inter eos orta fuerat.

N. B. Coldinghamense Monasterium iu Scotiâ non procul ab Anglico limite, positum, Dunelmensis Cœnobij Cella fuit.

In initio libri: "Liber Sc̃i Cuthb̃ti de Dunelm̃. de le Splendement."

10. PSALTERIJ PARS GLOSSATA [a Psalmo 80 ad finem.]

Glossa Textui immixta et interspersa est; singulásque Sententias, et sæpe etiam dictiones, immediatè sequitur. Multis in locis Glossâ Vulgatâ longior est, aliquando etiam brevior; sed multa utrique sunt communia, ut ex eodem fonte fluxisse videantur.

Specimen hujus Glossæ subjiciam: "Exultate Deo. Titulus: In finem, pro tor-" culeribus, Psalmus ipsi Asaph, quintâ Sabbathi. Quinto die creata sunt de aquis" volatilia, atque natantia; per quod intelligitur Sacramentum Baptismi." Post lineas" 27 sequitur: "Exultate vos aves, vinum, et oleum, non quidem Mundo deceptori," sicut alij, sed Deo adjutori nostro. Quod si verbis explicare non potestis unde" gaudetis, tamen jubilate Deo Jacob, quia vos quoque estis Jacob, i. e. minor po-" pulus, cui servit major" &c.

Scriptus est hic Codex pulchrè, literis rotundis, majoribus, atramento nitenti, lineis in medio folio divisis. Textus Psalmorum minio, Glossa atramento exaratur.

In fronte libri: "Lib̃. Sc̃i Cuthb̃ti de Dunelmo." Manu ipsi libro æquali; unde conjici potest in hoc Monasterio Scriptum fuisse.

Sequuntur Psalmos Hymni Biblici, et Precationes, quotquot in Veteri Testamento leguntur, cum simili Glossâ: ab eadem manu.

11. TRACTATUS 17, a variis Scribis, et diversis ætatibus Scripti.

1. PARAPHRASIS IN PSALTERIUM.

Titulus hic est a manu Eliæ Smith, hujus Ecclesiæ Præcentoris et Bibliothecarij, an. 1677 defuncti. Est autem Commentarius, magnâ ex parte allegoricus, in Psalmos priores 79, et partem 80$^{mi}$. Pro Præfatione præfigitur Commentatio quædam in Versum 11$^{um}$ Capitis 3$^{tii}$ Cant. "Egredimini filiæ Sijon—Ad" vos, viri literati, et contemplativi, sermo iste dirigitur." Psalmus 1$^{us}$ sic inci-" pit: "Beatus Vir—Quare ergo sic ordinatum est? Quod eo ordine quo ista" fuerunt in primo homine, removenda fuerunt a secundo"—

Reliqua libri pars post Psalmum 79 interiit.

Scriptus est hic Codex literis paululùm acuminatis, minutis, bene formatis: lineis in medio divisis; ante annos circiter 500.

1. Nota in primâ paginâ adscripta ostendit, eum fuisse è "Librariâ infra Capellam" Prioris Dunelm̃."

Implet folia 38.

2. GLOSE SUPER JOHM. Fol. 39.

Glossa Textui immixta est.

Præfatio (ut in Psalmis) incipit a versiculo Cantici Cant. (Cap. 7. v. 13.) "Om-

A.III. 11. FOLIO MINORE. "nia poma nova et vetèra servavi tibi, dilecte mi." Solet Scriptura sacra pomorum nomine censeri. Implet tres paginas.

Evangelium ipsum sic incipit: "In principio erat verbum— In principio hujus "Evangelij ponuntur iiij^or^ cotta [cola] et iiij^or^ Clausulæ, sive Distinctiones"— Post initium Capitis 17^mi^, idem fatum passus hic liber, quod Psalmis accidit; reliqua enim amissa sunt.

Scriptura hujus libri similis est Psalmis præcedentibus; Literæ autem paulò sunt majores. Ejusdem videtur ætatis cum Codice sequenti [num. 12] annorum circiter 500. Nullam habet Capitum distinctionem.

3. DIALOGORUM GREGORIJ PAPE URBIS ROME LIBRI NUMERO QUATUOR. Fol. 71.

Titulus hic a primâ manu Indici Capitum præfigitur.

Nihil ab editis libris discrepat, quantum ex Capitum argumentis conjicere licet.

Scriptus est literis non malè formatis, (quæ in initiis Capitum rubræ sunt aut cæruleæ; sed atramento subalbido, et pene evanescente. Videtur Superioribus hujus voluminis tractatibus paulo recentior.

4. EXCERPTA EX SERMONIBUS BEATI PETRI EPI RAVENNATIS. Fol. 100.

Titulus hic præfigitur Homeliæ primæ. Sunt Excerpta ex Sermonibus Petri Chrysologi.

Præmittitur Præfatio brevis Felicis Pape: "Incipit Prefatio Felicis Pape in "Omelias, vel Sermones beati Petri Ravennatis. Beatus Pontifex Petrus "Ravennatis Ecclesie prefulgidum decus"— Sequuntur Tituli Sermonum "175: [sunt in Editis 176.]

Excerpta sic incipiunt: "Pater da mihi—Quantum pius Pater, impatiens heres "tantum; qui Patris fatigatur ad Vitam; qui Patri, quia tempus adimere non "potest, nititur auferre substantiam."

N. B. Pro adimere editur audire: sed rectius est adimere, quia respondet τῷ auferre.

Scriptus est hic codex lineis divisis; scripturâ (nisi vocum compendia crebra obstarent) satis planâ et apertâ. Videtur habere annos circiter 400.

5. SENTENTIE NOTABILES CONTENTE IN OMELIIS CRISOSTOMI IN INPERFECTO [opére super Matthæum.] Folio 149.

In fine harum sententiarum (quæ 3 tantum folia implent) Scribitur: "Explicit "numerus et ordo Omeliarum Crisostomi in inperfecto, cum Sententiis nota- "bilibus in eis contentis; que sententie ponuntur in Tabulâ sequente." Sequitur

Tabula alphabetica rerum in his Homiliis contentarum, a folio 152 ad 171. N. B. In editis libris sunt Homiliæ tantum 54, at in hoc 56.

Videtur hic tractatus descriptus fuisse ab eodem Scribâ, a quo Excerpta ex Petro Ravennate; ut etiam sequens.

6. ENCHERIDEON [Augustini Enchiridion ad Laurentium.] Fol. 171.

Sic incipit: "Augustinus Laurentio scribens ejus eruditione delectatur cupiens "illum sapientem esse secundum Scripturas sacras. Dici non potest dilec- "tissime fili quantum"— N. B. In editis est—"dilect. fili Laurenti"—

A.III. 11. FOLIO MINORE. Nihil peculiare video in hoc Codice, nisi quod habeat Capita 135, cum in libris editis sint tantum 122.

7. AUG⁹ [TINUS] DE LAUDIBUS DEI & PENIS PURGATORIJ. Fol. 183.

Unum tantum implet folium.

Tractatus hic non editus est inter Augustini opera: nec inter Scripta ejus recensetur, ne dubia quidem aut suppositia.

Sic incipit: "Resurrectio et clarificatio Domini nostri Jesu Christi."

Sic desinit: "hic vitam vite meritis comparemus."

Scriptura diversa est à superioribus, et (ut videtur) paulo recentior.

8. AUG⁹ [TINUS] DE VISITATIONE INFIRMORUM. Fol. 183. b.

Primus tantum est liber; Secundus rejicitur (alio tractatu interposito) ad folium 192.

Ab Editoribus Benedictinis dicuntur esse incerti auctoris.

Tractatus hic et sequens habent eundem Scribam cum præcedenti [num. 7.]

9. LIB. BI AUG⁹ [BEATI AUGUSTINI] DE MODO VIVENDI. Fol. 185. b.

Sic incipit: "Primum omnium querendum est homini quid sit vera scientia"—

Sic desinit: "quam nobis prestare dignetur Deus, qui est benedictus per omnia "Secula Seculorum. Amen."

Liber hic non editus est inter Augustini opera. Diversus enim est a libris de Vitæ Christianæ institutione; et, de veræ vitæ cognitione, qui in Appendice Tomi 6[ti] [edit. Benedict.] leguntur.

Habet Capitula 30. 1[m]. de Fide. 2[m]. de Caritate. 3. de Fide. [rectiùs de Spe; de eâ enim in hoc Capite agitur.] 4. de divinâ Scripturâ. 5. de Pace. 6. de Mia [Misericordia.] 7. de Indulgentiâ—&c.

10. AUG⁹ [TINI] DE VISITATIONE INFIRMORUM LIBER 2[us]. Folio 192.

v. Supra tract. 8.

11. Tractatus sequens nullum habet titulum; neque an perfectus sit scio. Videtur esse Florilegium quoddam, ex uno pluribúsve Scriptoribus decerptum. Constat Capitulis 390; quorum primum est, de Innocentiâ verâ— "Innocentia "vera est que nec sibi nec alteri nocet"— Ultimum, de Divitiis— "De Di-"vitiis, floribus [forte, honor—] et majorum nobilitate—memor autem eris, si "teipsum respexeris. Explicit." a folio 195 ad 203.

Scriptura diversa est à præcedenti; sed ejusdem (ut videtur) ætatis.

12. AUG⁹ [TINI] LIBER DE ASSUMPTIONE BEATE MARIE. Fol. 203.

In fine: "Explicit tractatus de assumptione beate Virginis."

Hunc duorum foliorum tractatulum Editores Benedictini dicunt esse incerti auctoris, qui vixisse videtur circ. ætatem Caroli Magni; forte Alcuini.

Scriptura similis est tractatui 4[to], et ejusdem videtur ætatis ut et sequentes tractatûs Chrysostomi et Augustini.

13. SERMO IOHIS CRISOS [TOMI] DE ASCENSIONE DNI. Fol. 205.

Sic incipit: "Hodiernâ die, dilectissimi fratres, Deo sumus mirâ reconciliatione "sociati"—

Sic desinit: "ut justorum choro sociati cum debita reverentia Imperatorum sus-

A.III. 11. FOLIO MINORE. "cipiamus Angelorum, et illa beatitudine perfruamur, qua nos omnes liceat "promereri gratiâ Dñi nñi Jħu Christi, qui vivit et regnat in secula seculo-"rum. Amen."

Diversa est hæc Homilia ab iis quæ leguntur in operum Chrysostomi editionibus, Græcâ Savilij, aut Latinâ Ducæi.

14. OMELIA AUG⁹TINI DE IGNE PURGATORIO. Fol. 207. b.

In fine vocatur Tractatus beati Aug⁹—

Sic incipit: "In lectione Apostolicâ que nobis paulo ante recitata est"—

Sic desinit: "Eleemosinarum largitate possimus redimere prestante Dño Jħu "Cħō qui cum Patre &c. Explicit tractatus."

Non invenio inter edita Augustini opera.

15. AUGUSTINUS DE LAUDE CARITATIS. Fol. 209.

In editione Benedictinâ est Sermo 2us de Charitate: scilicet Tomi 5ti 350mus.

16. TABULA SUPER LIBROS BEATI AUGUSTINI SUPER GENESI AD LITERAM. Fol. 210.

17. TABULA DE LIBELLO QUI VOCATUR TRACTATUS DE PROFESSIONE MONACHORUM. Fol. 240.

Hi duo tractatus sunt Indices alphabetici rerum in libris istis contentarum. Superioribus recentiores videntur: sed de iis plura quærere (cum nulli hodie sint usui) non visum est operæ pretium.

12. TRACTATUS 21.

In hoc Volumine plures conjunguntur tractatûs, Varii (sed Theologici omnes) argumenti, et a variis librariis descripti; sed omnes ante vel circa ætatem Bertrami de Middleton Prioris Dunelm. Ab anno 1244 ad 1258; ut patet ex hac notâ in fronte libri adscriptâ: "Liber Sc̃i Cuthb̃ti ex dono Bertᵃmi de Midiltoñ Prioris "Dunelm̃."

Ab eadem manu præmittitur libro Indiculus hic tractatuum in eo contentorum.

1. Quedam notabilia super Psalterium.
2. Quedam uotabilia super misterio Crucis, cum quibusdam divisionibus de Trinitate.
3. Sententie super Psalterium.
4. Quedam divisio Virtutum.
5. Quedam divisio Orationis.
6. Tractatus de aversione a summo bono.
7. Notabilia super quibusdam collectis.
8. Quedam questio scripta in quodam rotulo.
9. Sermo qui sic incipit Omnipotens itaque.
10. Libellus de Stematibus.
11. Duo Sermones super Terra illa et Vidi.
12. Quaternus de divisione septem Vitiorum.
13. Duo folia de notabilibus.
14. Duo folia contra Monachos proprietarios.
15. Quidam Sermones et Notabilia.

A. III. 12. FOLIO MINORE.

16. Sermones qui continent decem quaternos.
17. Quidam quaternus de Sententiis super Evangelium.
18. Concordantie Biblie per quinque libros distincte.
19. Sententie super Ecclesiasticum et Exodum.
20. Tractatus de Sacramentis Ecclesie.
21. Quedam Sententie litterales.

Cæterum Index hic parum juvat ad inveniendos tractatus ipsos. Nulli enim tituli plerisque libris præfiguntur: neque ulla est Tractatuum distinctio, nisi quam Scripturæ diversitas aliquando indicat: et tractatio ipsa argumentorum adeo vaga et incohærens est, ut frustra plerumque legendo quæras, quis Titulus Libro cuilibet affigendus sit. Et sane, quanquam Codicem hunc non indiligenter pervolverim, non potui tamen invenire Libros omnibus his Titulis respondentes. Quod Eliæ etiam Smith accidisse video, qui Codicem hunc pervolvit, et contentorum in eo tractatuum Indicem confecit, sed (eâ quam dixi causâ) imperfectum. Singulorum qualem possum notitiam hic exhibebo.

Sed observare priùs debeo, Codicis hujus (si numeratio foliorum spectetur, quæ eidem Eliæ debetur) partes esse duas, vel potius tres: Quarum prima habet folia 32; et 2 præterea minora, post folium 27^um^ inserta, et alia duo post 31^mum^: Secunda pars habet folia 143: Sed huic etiam inseruntur (post folium 105) Concordantiæ Biblicæ, foliorum 42: quorum numerus in summis paginis a primâ manu notatur.

1. Quedam notabilia super Psalterium. Fol. 1.

Sunt discursus Morales, et plerumque Allegorici, quorum argumenta sumuntur ex Psalmis. Eorum Tituli hi sunt.

| | |
|---|---|
| de Beato viro; ex Psalmo 1. v. 1. "Beatus vir"— | Fol. 1. Col. 3. |
| de Folio; ex versu 3: "Et folium ejus non defluet"— | ib. col. 4. |
| de Ligno; ex versu eodem: "Et erit tanquam lignum"— | fol. 2. col. 1. |
| de Paupertate: non invenio locum unde sumitur. | ibid. |
| de Verme; ex Psal. 27. 1. "Ego sum vermis et non homo." | ibid. col. 3. |
| de Monte; ex Psal. 2. 6. "Super Sion montem Sanctum ejus." | ibid. col. 4. |
| de Nocte; ex Psal. 5. 4. "Mane exaudies vocem meam." | fol. 3. col. 2. |
| de Mendacio. Locus Psalm. non apponitur. | ibid. |
| de Recordatione proprie miserie: ex Ps. 6. 3. "Miserere mei "Deus." | fol. 3. col. 3. |
| de Leone: locus non apponitur. | 4. col. 1. |
| de Nocte: repetitur hic quod supra dictum est, | fol. 3. col. 2. |
| sed scriptura diversa est. | 4. col. 2. |
| de Luna: ex Cantic. 6. 9. "Pulchra ut Luna." | ibid. |
| de Pupilla: ex Psal. 16. 8. "Custodi me ut pupillam oculi." | 5. col. 4. |
| de Avaritia: locus non apponitur. | ibid. |
| de Vapore: } neq; his capitibus loci Psalmorum apponuntur. | 6. col. 1. |
| de Igne: } | ib. col. 2. |
| de Cervo: } | ib. col. 3. |
| de Timore: } | fol. 7. col. 1. |

A. III. 12. FOLIO MINORE. DE REGE: ex Psal. 22. 2. "Domine in virtute tuâ lætabitur "Rex." Fol. 7. col. 2.

DE AQUA: ex Psal. 21. 15. "Sicut aqua effusus sum." ib. col. 4.

Huc usque pertingunt Notabilia in Psalmos; quæ non omnia videntur ab eâdem manu, licet eâdem forte ætate descripta. Prior enim pars literis minutis, sed non malè formatis; posterior paulo majoribus exaratur. Capitum Tituli plerique miniati sunt.

Passim adscribuntur in margine, et hic, et in reliquis hujus voluminis tractatibus, Observationes nonnullæ ab aliâ manu, literis (ut vocant) cursivis, et inter se implexis; adeo ut non facile legantur.

Horum Notabilium Præfatio sic incipit: "Psalmorum liber Græcè Psalterium, "Ebraicè Nablon, Latinè Organum dicitur. Vocatus est autem liber Psal-"morum, quia uno Prophetâ canente cordâ consonante respondent."

Psalmus 1[us] sic incipit: "Beatus vir—Solus Christus mediator Dei et hominis "non abiit; unde nec reditionem huic abitioni contrariam non rediit."

Observationum marginalium Specimen hoc esto: fo. 1. co. 1. ubi agitur de Psalterio: "ƀ [ex Bedâ, ut opinor] Deus caritas est: quid pretiosius? Et qui "manet in caritate in Deo manet: quid securius? et Deus in eo: quid jocun-"dius?"

Et statim post: "ĀG. [ex Augustino]. Quotienscunque me plus delectat vox "cantûs quàm id quod canitur, me graviter peccasse confiteor."

2. QUEDAM NOTABILIA SUPER MISTERIO CRUCIS; CUM QUIBUSDAM DIVISIONIBUS DE TRINITATE. Fol. 9. col. 3.

In Codice ipso hic incipit non novus Liber, sed aliud tantum Caput Libri præcedentis; cujus titulus est, de Cruce Christi.

Observationes sunt ejusdem generis cum superioribus. Sic incipit: "Crux Do-"mini nostri Jesu Christi signum appellatur frequenter in Sacrâ Scripturâ"— Desinunt sic: "Pax expectatur nobis tribui de supernis."

Sequuntur Capita hæc:

DE PRELATIS. Fol. 11. col. 1.

Sic incipit: "Prelati et Doctores Ecclesie in corpore Christi comparantur oculis"— Post comparationem Prælatorum cum oculis, digreditur ad aliud argumentum, de Dulcedine: fol. 11. col. 3. quod sic incipit: "Dulce est sub-"stantiæ grossæ, terreæ"— Sed post dimidiam paginam redit ad argumentum prius; fol. 12. col. 1. iterumque agit de Oculo.

DE VIRTUTE. Fol. 12. col. 2.

Sic incipit: "Bonitas que opponitur malitie vel vitiositati est amor ordinatus seu "voluntas ordinata"—

DIVISIONES QUEDAM DE TRINITATE. Fol. 13. Col. 3.

Scutum est triangulare; in cujus tribus Angulis scribuntur, tres in SS. Trinitate Personæ: scil. 1. "Pater." 2. "Filius est Deus et Homo." 3. "Spiritus "Sanctus." In Centro, "Divina Essentia." Lineis ductis ab Angulis tum ad Centrum, tum ad reliquos angulos, ostenditur Relatio quam habent tres hæ Personæ, et inter se, et ad divinam Essentiam: hoc modo; "Pater non est

A.III. 12. FOLIO MINORE.

"Filius:—non est Spiritus Sanctus:—est Divina Essentia. Filius non est Pa-"ter:—non est Spiritus Sanctus:—est Divina Essentia. Spiritus Sanctus "non est Pater:—non est Filius:—est Divina Essentia."

In paginâ adversâ duo sunt Scuta; alterum rotundum, alterum quadratum. In rotundo, inscribitur in Centro. "Bona voluntas:" in quatuor lineis ad Circumferentiam ductis: et in ipsâ Circumferentiâ, Sententia hæc quinquies repetita—"Volo me habere ad omnia sicut habere debeo."

In Scuto quadrato, scribitur in Centro "Amor ordinatus:" in quatuor Angulis, "1. Deus. 2. Amicus. 3. Inimicus. 4. "Bona temporalia." In Lineis ductis tum a Centro ad Angulos, tum inter ipsos Angulos, proponuntur Leges quibus Amor ordinari debet.

a Deo ad Amorem ordinatum; "Amat talem qualis est; amat ut fruatur se."
ad Amicum: "Amat talem qualis est: ut fruatur se."
ad Inimicum: "Odit talem qualis est; amat ut sit alter."

ab Amico ad Deum: "Amat ad fruendum."
ad Bona temporalia: "Amat ad utendum."
ad Amorem ordinatum: "Amat ut se in Deo."

ab Inimico ad Deum: "Odit punitorem: diliget ad utendum."
ad Bona temporalia: "Amat ad fruendum."
ad Amorem ordinatum: "Odit."

ab Amore ordinato ad Deum: "Amat ad fruendum."
ad Amicum: "Amat ut se in Deo."
ad Inimicum: "Amat ut se propter Deum."
ad Bona temporalia: "Amat ad utendum."

In imâ paginâ est Globus cum lineis transversim ductis, in cujus extremâ orâ circumscribitur: "Textura irradiationis cujus pulchritudo hac figurâ descri-"bitur."

Sequuntur Observationes quædam:

De Jejunio: Fol. 14. c. 3.

Sic incip[t]: "Jejunium a cibis corporalibus parum aut nichil prodest, nisi sic in-"formatur illo magno jejunio et generali"—

In Luc. 11. 14. Et erat Jesus eiciens demonium, et id erat mutum. Fol. 14. col. 4.

Sic incip[t]: "Legitur in fine Evangelij quod quedam mulier in predicatione Do-"mini amore ejus accensa dixit"—

In Jerem. 18. 18. Venite cogitemus contra Jeremiam. Fol. 15. col. 2.

Sic incip[t]: "Et est vox Judeorum ad interfectionem Christi conspirantium."

In Malac. 4. 2. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol Justitie et Sanitas in pennis ejus. Fol. 16. col. 1.

Sic incip[t]: "Excecatis non est Sol in Solatium"—

In Luc. 2. 28. Accepit Simeon puerum Jesum in ulnas. Fol. 16. col. 2.

Sic incip[t]: "Sciendum est quod sicut ille accepit eum ad literam sic et nos pos-"sumus eum spiritualiter."

In Luc. 2. 25. Erat expectans consolationem. Ibid.

Sic incip[t]: "Ita et nos delicata"—

A. III. 12. FOLIO MINORE.

IN JOEL. 2. 12. CONVERTIMINI AD ME IN TOTO CORDE VESTRO. Fol. 16. col. 4.
Sic incipt.: "Omne enim peccatum reducitur ad aliquod istorum trium"—

3. SENTENTIE SUPER PSALTERIUM. Fol. 17.

Sunt observationes quædam allegoricæ et morales ad varias Psalmorum Pericopas. Videntur autem non unius esse auctoris; sed ex variis Scriptoribus excerptæ: apud quos cum nullæ invenirentur, omissi sunt versus, vel etiam Psalmi aliquot. Ut a Psalmi 53[li] versu 13[o] ad 20[m]: et ad versum 23[m] ejusdem Psalmi hæc nota apponitur; "deest morale usque ad versum Et in umbrâ, scil. versum 2[m] Psalmi 56[ti].

Incipiunt hæ observationes a versu 11[mo] Psalmi 48[i], et producuntur ad versum 7[um] Psalmi 72[i]; ordine recto, nisi quòd Psalmi 55[ti] versus 4[s] et 5[us] collocentur ante Psalmum 48.

Non satis liquet an hic tractatus sit ab initio perfectus; nullum enim habet titulum: sed is defectus huic cum reliquis fere in eodem volumine contentis communis est.

Adjiciuntur ab aliâ manu in fine [folio 31, col. 2, et folio 32] Observationes in alia S. Scripturæ loca.

Post folium 27[m] inseruntur folia 2 in 4[to] Observationum similium in Psalmum 68; in Caput 6[m] libri 2 Regum, et in Caput 43 Ecclesiastici. Inseruntur et 2 alia folia ejusdem formæ (post folium 41) Observationum in Epistolam ad Romanos.

4. QUEDAM DIVISIO VIRTUTUM. Fol. 1. ex numeratione secundâ.

Post Præfationem (quæ sic incipit: "Nichil fit in terrâ sine causâ dicit Job") notat in genere 7 effectus virtutis; qui sunt Humiliatio, Fructificatio, Mentis alienatio a terrenis, Imaginis Dei plena reformatio, Boni communicatio, Gratiæ augmentatio, Gloriæ prælibatio. Deinde Virtutem dividit in Activam, et Contemplativam; et quærit utra alteri præferenda sit. Postea utriusque partes singulas distinctè et copiosè in Tabulis exponit.

5. QUEDAM DIVISIO ORATIONIS. Fol. 2. col. 3.

Pars est superioris tractatûs. Virtutis Contemplativæ partes tres facit, Lectionem, Orationem, Meditationem. Orationis singulas partes hic recenset.

6. TRACTATUS DE AVERSIONE A SUMMO BONO. Folio 4.

Sic incipit: "Primum à viâ mali est actualis aversio a summo bono"—

Sic desinit: "Hanc excecationem tangit Job dicens"— Hinc patet imperfectum esse.

Dividitur in plures Sectiones, (minio plerasque notatas) quæ causas hujus aversionis indicant. In his agitur de Contemtu generali: fol. 5. col. 3. Omissione; ibid. col. 3. Voluptate: fol. 6. col. 3. Voluptate vituperabili: fol. 7. col. 2. Deliciis. ib. Delectatione: fol. 8. col. 1. Consensu in peccato: ibid. Vitiis naturæ: ibid. col. 2. Imbecillitate: ibid. Fragilitate: fol. 9. col. 2. Mollitie quæ venit ex Fragilitate: ib. col. 3. Mollitie quæ est contraria Duritiei: fol. 10. col. 1. Lassitudine: ibid. col. 2. Pronitate: ib. col. 4. Malitia: fol. 11. col. 1. Nequitia: ibid. Rebellione: fol. 11. col. 1.

Scriptus est literis paululùm acuminatis; minutis quidem, sed bene formatis.

A. III. 12. FOLIO MINORE.

7. Notabilia super quibusdam Collectis. Fol. 12.

Sunt observationes variæ è Sacrâ Scripturâ ductæ, quarum exemplum sit: "Caro "est aliquando nomen Substantiæ, ut Isai. 40. videbit omnis caro salutare "Dei: aliquando nomen corruptibilitatis; ut 2 Cor. 5. Et si cognoverimus "secundum carnem."

In fine harum Observationum adjicitur Disquisitio (ut mihi videtur) de Gratiâ et Libero arbitrio. Fol. 17. col. 3. Literæ enim ita perplexæ sunt et inter se implicatæ, ut non facile legi possint; nec visum est operæ pretium multum temporis ei impendere.

Sic incipit: "Queritur de libero arbitrio, primò an sit. "Quidam enim negant "esse liberum arbitrium, ut audeant excusare peccatum."

Sic desinit: [fol. 19. col. 4.] "Item utrum gignens, et genitum, et procedens: "Item quomodo seipsum movens"—

Imperfectus est hic tractatus in fine.

8. Quedam questio inscripta in quodam rotulo.

Inseritur inter fol. 19 et 20, membrana longa et angusta, (in modum rotuli) in qua breviter excutitur hæc Quæstio; An naturæ consentaneum sit peccatum.

Sic incipit: "Quod nullum peccatum sit nature consentaneum videtur posse "probari tum auctoritate tum ratione. Auctoritate sic"—

In fine adscribitur Sententia ex Leone Magno, de supremo Judicio; et alia ex Augustini meditationibus (cap. 6.) de Christo patiente; cujus partem cum versione vetustâ Anglicâ hic adscribam

"Candet nudatum pectus:
"rubet cruentum latus:
"tensa arent viscera:
"decora languent lumina:
"regia pallent ora:
"Procera rigent brachia:
"crura pendent marmorea:
"rigat terebratos pedes
"beati sanguinis unda."

Anglica versio sequitur, quæ tamen paulò laxior est.

"Wyth[1] was his nakede brest, & red of blod[2] his syde: 1. White. 2. blood.
"Bleye[3] was his fair handled[4] his wnd[5] dop[6] & wide: 3. Blew. 4. hands. 5. wound. 6. deep.
"and his arms ystreich[7] hey up hon pe rode: 7. Stretched high upon $y^{e}$ roode, i.e. crosse.
"on fif[8] studes on his body $p^{e}$ stremes ran o blode." 8. Five studs, i.e. pricks or wounds.

9. Sermo qui sic incipit: "Omnipotens itaque."

Hunc sermonem in hoc codice non invenio.

10. Libellus de Stemmatibus.

Et hunc frustra quæsivi.

11. Duo sermones super "Terra illa: et Vidi." Fol. 20. et 22.

Prior est sermo in Festo Mariæ Magdalenæ. Sic incipit; "Terra illa inculta "facta est ut hortus voluptatis. Ezech. 36." Scriptus est in formâ 4[to], literis minutis, et bene formatis. Sic desinit: "prestante ortolano nostro Jesu "Cristo."

Secundus Sermo est in assumptione beate Marie Virginis." Sic incipit: "Vidi "et ecce super firmamentum quod erat imminens capiti"— Sic desinit: "filius ejus qui nos ad celestia perducat. Amen."

A. III. 12. FOLIO MINORE. Scriptus est hic Sermo lineis continuis; literis majoribus quàm superior.

Sequuntur [folio 24. b.] Sententiæ aliquot è Bibliis sacris (sed nullo, ut videtur, ordine) excerptæ: et [fol. 25. b.] Sententiæ aliæ e Patribus, ut videtur, collectæ.

12. QUATERNUS DE DIVISIONE VII VITIORUM.

13. DUO FOLIA DE NOTABILIBUS.

14. CONTRA MONACH PROPRIETOR FOLIA DUO.

Quærendi sunt hi tractatus in 8 foliis, [a 30 ad 38] quæ diversæ sunt a reliquo libro scripturæ, sed nullam habent tractatuum distinctionem: et sane imperfecta sunt in fine, et fortasse etiam in initio. Cum nulli essent Capitum tituli, necesse fuit tractatum totum percurrere. Nihil autem inveni de divisione septem vitiorum; aut, contra Monachum proprietarium: adeo ut totus referendus sit ad Notabilia; quæ tamen implent folia, non 2, (ut est in Indiculo) sed 8.

Sunt Quæstiones quædam Theologicæ scholasastico more; i. e. satis subtiliter, disputatæ. Argumenta singulis capitibus in libro ipso adscripsi.

Sic incipit: "Christus majori motu charitatis dilexit matrem quam alios."

15. QUIDAM SERMONES ET NOTABILIA. Folio 38.

Sermones longiores discursus sunt in aliquot loca Scripturæ Sacra: scilicet in

Joel 2. 12. "Convertimini ad me."

Sic incipit: "Omne enim peccatum reducitur"—

Job. 7. 1. "Militia est vita hominis"—

Sic incipit: "Miles dura sustinet, et tamen de duris gaudet"—

1 Timoth. 4. 12. "Exemplum esto fidelium"—

Sic incipit: "Apostolus doctor sollicitudinem"—

Reliqui ex ipso libro peti possunt.

Notabilia sunt breviores Observationes in loca quædam SS. Sermonibus intermixtæ.

Literæ minutæ sunt, sed distinctæ et bene formatæ.

16. SERMONES QUI CONTINENT DECEM QUATERNOS: i. e. folia 40. a folia 48 ad 88.

Scripti sunt ab eâdem manu quâ superiores, quibus sine sine ullâ distinctione conjuncti sunt.

Sermo 1us est in die Sancti Martini.

Sic incipit: "Simon Onie filius Sacerdos magnus"—

2us in Mat. 22. 16. "Magister scimus quia verax es."

Sic incipit: "Vere vocat ipsum magistrum"—

Quibusdam Sermonibus nomen auctoris præponitur: ut,

1. Sermo fratris Jordanis. 5. Jordanis fratris Predicatoris.

6. Magistri Jordanis. 4. Magistri Rogeri Sacellani.

Immiscentur autem his Sermonibus Notabilia quædam, ut vocantur, sive Observationes miscellaneæ; Scripturâ partim eâdem, partim diversâ.

17. QUIDAM QUATERNUS DE SENTENTIIS SUPER EVANGELIUM. Fol. 88.

Initio tractatûs adscribitur hic Titulus literis miniatis: "Incipiunt allegorie novi "Testamenti." Sunt autem Allegoriæ Hugonis de Sancto Victore in quatuor Evangelia. In eo autem discrepant ab editis, quod non eodem cum illis ordine

A.III. 12. FOLIO MINORE. disponuntur; nec numero tot sunt: Sunt enim hic tantum 71; in libris vero editis leguntur 98.

Allegorias sequitur, [fol. 96. col. 3.] sed sine titulo, Admonitio quædam pia quasi Patris ad Filium; foliis 2 cum quadrante, constans capitibus 22. Sic incipit: "Audi fili admonitionem Patris tui"— Sic desinit: "que preparavit Deus "diligentibus se."

Sequitur [folio 98. col. 4] Tractatus brevis (dimidiæ Scil. paginæ) argumenti non dissimilis, sed diversus a superiori. Admonitio est enim quasi Patris ad Filium allocutio: Hæc vero est generalis Hortatio ad Vitam piam.

Sic incipit: "Tres infelices leguntur in Lege"—

— desinit: "In presentiâ Patris et Filij et Spiritus Sancti in Secula seculorum. "Amen."

Sequuntur [folio 99. col. 2. usque ad finem folij 105] Scripturâ simili, sed atramento pallido, Sermones in aliquot Epistolas et Evangelia Dominicalia: scilicet in Galat. 4. vers. 22 ad 30. Joan. 6. 1 ad 4. Hebr. 9. 11. Joan. 8. 46. Philip. 2. 5. Mat. 21. 1. et 26. 2.

Sic incipiunt: "Dominica hæc septima est ab illâ qua."

— desinunt: "Nec ferri duritiâ solvitur sed sanguis"—sunt autem imperfecti.

18. Concordantiæ Biblicæ quinque libris distinctæ. a folio 1 ad 42.

Numeratio foliorum est a primâ manu, et huic tractatui peculiaris, ut supra monui.

Concordantiæ vero hæ non sunt Verborum sed Rerum. Distinguitur enim Theologia in certa quædam capita; et unicuique Capiti Subjiciuntur loca Scripturæ quæ illud confirmant, vel illustrant.

Sic incipit: "Incipiunt tractatûs Concordantiæ Bibliæ distinctæ per 5 libros. "Primus videlicet agit de his que pertinent ad depravationem primi hominis, "cum suis oppositis; cujus quatuor sunt partes. [Postquam recensuit partes istas earumque membra et articulos minores, sic pergit:] "Secundus liber "agit de his quæ pertinent ad revertentem ad Deum, cum suis oppositis; cu- "jus duæ sunt partes. [Post similem itidem divisionem ita pergit:] "Tertius "liber agit de vitiis, que pertinent ad bene pugnantem, et succumbentem in "bello spirituali, cum aliquibus oppositis; cujus duæ sunt partes. Quartus "liber agit de his que pertinent ad perfectam virtutem, cum suis oppositis; "cujus quatuor sunt partes. Quintus liber agit de Personis et quibusdam "aliis que ad eos pertinent, cum aliquibus oppositis."

Concordantiarum ipsarum hoc sit specimen: "Contra peccatum simpliciter:— "Job. 26. c. [v. 13] obstetricante manu. Prov. 13. e. [v. 21.] Peccatores "persequitur malum." Alia 5 loca adjiciuntur. Scriptura satis est distincta. Capitum tituli miniati sunt.

19. Sententie super Ecclesiasticum et Exodum. Folio 106.

a Sunt observationes allegoricæ et morales in Capita 12 priora, et 13[i] versus tres Ecclesiastici.

Sic incipiunt: "Hoc nomen Ecclesiastes interpretatur Concionator, et refertur "ille liber Solomonis ad Deum. Hoc autem nomen Ecclesiasticus interpreta-

A. III. 12. FOLIO MINORE "tur Collector vel Congregator, ideo liber iste refertur ad Predicatorem."

Literæ minutæ sunt sed bene formatæ.

Cum latiora sint folia hujus tractatûs quàm reliquorum in hoc volumine, voces in exteriori margine ita deteruntur, ut sæpe legi non possint.

β Sententiæ in Exodum incipiunt a folio 111.

Sunt Observationes (similes superioribus) in Exodum; a Cap. 16. ver. 23. ad Capitis 24. vers. 26. Imperfectæ sunt et initio et fine.

Scriptura diversa est a præcedenti: Margines integri sunt.

20. Tractatus de Sacramentis Ecclesie. A folio 115 ad 139.

Imperfectus est in initio.

Si de omnibus Sacramentis actum est in hoc tractatu, satis fuit prolixus. In hac enim parte quæ superest, agitur tantum de duobus; de Ordine scilicet, et Pœnitentiâ. Et quidem magna pars tractatûs de Ordine deest; quicquid scilicet præcessit Impedimenta Ordinationis.

Discutiuntur hic ex Jure Canonico, pleræque Quæstiones quæ ad hæc Sacramenta Spectant: Ostenditur scilicet, "Quinam non sunt ordinandi; scil. Servi, "Corpore vitiati, Illegitimi, Baptizati in morbo, Peregrini et ignoti, nimis "Juvenes." Agitur deinde "de furtim ordinati pœnâ; de Temporibus et "Loco ordinandi; de Ordinum numero; de Ordinatione per Saltum &c." Simili curâ reliquæ quæstiones de Sacramentis proponuntur, et satis accuratè (ut mihi quidem videtur) perpenduntur et determinantur: adeo ut nunc etiam utiliter legi possit. Solus sane ex omnibus hujus Voluminis tractatibus (si unum aut alterum demas) pervolvendi tædium aliquo fructu compensavit.

Sic incipit Caput primum integrum: "Sequitur de Corpore vitiatis tractatum "subiciamus, inquirentes, Qui dicantur corpore vitiati; Quare repellantur "a promotione; Qui admittantur ad ordinationem, Qui non"—

Sic desinit: "et per confessionis cantilenam mereamur audire in die Domini "dulcem et ineffabilem jocunditatis vocem illam, Venite benedicti, percipite "regnum. Amen."

Scriptura satis pulchra est; Literæ sunt mediocris magnitudinis.

21. Quedam sententie literales. A folio 140 ad 144.

Imperfectus est hic tractatus et initio et fine.

Sunt breves Observationes morales in aliquot Sacræ Scripturæ loca hinc inde sine ullo ordine collecta.

Literæ minutæ sunt sed non invenustæ.

Quod dixi supra, Librum hunc scriptum fuisse ante annum 1258; id collegi ex notâ in fronte libri adscriptâ, quæ indicat; "donatum eum fuisse Monas-"terio Dunelmensi a Bertramo de Midiltonâ, Priore Dunelm." Bertramus autem Prioratum deposuit anno 1258. Et Index Tractatuum in hoc volumine ab eâdem manu videtur, quâ Nota illa. At non multum antecedere potuit eum annum; quia quæcunque Sacræ Scripturæ loca in eo laudantur, eam sequuntur Capitum distinctionem quæ nunc in usu est; quæque primum auctorem habuit Hugonem de Sancto Caro, Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, qui obiit Anno Domini 1260.

A. III. 13. NICOLAI DE GORRA POSTILLE SUPER PSALTERIUM.

FOLIO MINORE.

In fronte libri legitur hic titulus a manu recentiori: "Frat^r^ Nichō⁹ Gorram super Psalterium." Sed in fine hæc nota a primâ manu adscribitur: "Expliciunt Postille super Psalterium a Fratre Nicholao de Gorra."

Præfatio sic incipit: "Laudationem Domini loquetur os meum." Ut in Baleo et Pitseo.

Postilla in Psalmum 1^um^ sic incipit: "Beatus vir—secundum glossam prohemialem totalis liber iste"—

Scriptura satis pulchra est: Literæ modice acuminatæ; in Textu majores, in Postillâ minores: Lineæ divisæ, Atramentum splendens. Videtur Scriptus hic Codex circiter, vel etiam ante annum 1300: Vetustior est enim codicibus Augustini de Mendacio &c. [C. II. 19. 20] donatis Monasterio ex procuratione Fratris Roberti de Graystan, qui electus est Episcopus Dunelmensis anno 1333. Adeo ut, cum alij putent Gorranum vixisse A.D. 1400, alij 1304, alij 1294, verissima eorum videatur opinio, qui eum in seculo 13° collocent.

In fronte libri: "de com̃ libraria Mo^a^choꝝ Dunelm̃.

14. PROVERBIA, ECCLESIASTES, CANTICUM CANTICORUM, ECCLESIASTICUS, SAPIENTIA, CUM GLOSSA ORDINARIA ET INTERLINEARI.

In margine adjiciuntur ab aliâ manu (literis minutis, malè formatis, et inter se implexis) Observationes bene multæ; in quibus (ut notavit quidam in fine libri multa sunt non contemnenda: quod ipse etiam observavi.

In Capite libri hæc nota apponitur: "v libri Solomonis, ex dono Mag̃ri Alani de Wakerfeld, extra commune armariolum nulli accommodand." Quo tempore vixerit Alanus iste nescio: Sed Codex hic, cum habeat receptam hodie Capitum distinctionem, non potest esse superior Anno Dom. 1260: sed ad eam ætatem accedere videtur. Scriptus est literis acuminatis, bene formatis, sed ab humore deformatus est.

15. PROVERBIA, ECCLESIASTES, CANTICUM CANTICORUM, ACTUS APOSTOLORUM, APOCALIPSIS, EPISTOLE CATHOLICE, CUM GLOSSA ORDINARIA ET INTERLINEARI. Item CONCORDANTIA QUEDAM SUPER BIBLIA.

Glossa eadem est cum vulgatâ. Capitum distinctio diversa est a præsenti: habet enim liber Proverbiorum Capita 58; Ecclesiastes 31; Canticum Canticorum 12; Actus Apostolorum 64; Apocalypsis 38; Epistola Jacobi 12; Ep. Petri prior 13; posterior 8. Joannis prima 14;—secunda 3;—tertia 3; Judæ 4.

Concordantia non est Verborum, sed Rerum: Sub certis Theologiæ capitibus colliguntur ea loca S. Scripturæ, quæ Capita ista illustrant. Sequitur hodiernam Capitum distinctionem. Implet folia 10.

In initio libri: "Liber Sc̃ti Cuthberti de Dunelm. Ex dono Mag̃ri Henrici de Melsaneby ad commune armarium, et nulli homini accommodandus." Fuit forte

A.III. 15. Henricus iste Cognatus Thomæ de Melsamby, qui Prioratum deposuit an. 1244.
FOLIO MINORE. v. Supra A. II. 15. et infra cod. 22.

Scriptura Glossæ pulchra est; literæ paululùm acuminatæ. Cum non habeat præsentem Capitum distinctionem, antiquior sit oportet Hugone de S. Caro, ejus auctore, qui obiit A.D. 1260. Et quidem Scripta videtur circa finem Seculi duodecimi.

Concordantia scripta est literis minutis, bene formatis, circiter annum 1260.

16. ECCLESIASTICUS, LIBER TOBIE, JUDITH ET HESTER GLOSATI.

Habet hic liber Glossam ordinariam et interlinearem; sed (quod in codicibus vetustioribus fieri solet) breviorem quàm in recentioribus. Sed imperfectus est: desinit enim in Capite 13 Hesteræ.

Pulchrè scriptus est hic Codex, literis rotundis: ut ad annos 600 assurgere videatur.

In initio: "ex dono Mag̃ri Rob. de Adingtonâ." De Roberto de Adingtonâ dixi supra ad Codicem 2.

In paginâ proximâ post Titulum Index est librorum aliquot hujusce Roberti, cum hâc notâ præfixâ: "Hii sunt libri Mag̃ri Rob̃ti de Edñt. repositi apud Sc̃m Victorem." Recensentur ibi circiter 40 Codices, plerique Biblici; intérque eos hic qui jam in manibus est; atque etiam Codices hujus plutei 2us, 17us, 19nus, et 5tus, qui videtur eundem cum hoc libro habuisse descriptorem.

Confirmare videtur hæc nota suspicionem meam de Roberto de Adington; (supra, Cod. 2.) fuisse scilicet eundem cum Roberto de Edinton, qui vixit ante annum 1200. Et sane omnes libri ab eo donati eam ætatem superare, vel saltem æquare videntur.

De Sancto Victore nihil certi habeo quod statuam. Lutetiæ Parisiorum nobile est monasterium, quod Sancti Victoris nomen præfert: forte Robertus noster Codices Mstos in exteris regionibus undecunque collectos, in hoc Monasterio (ut in loco tuto) deposuit, donec eos in Angliam transferre posset.

In tergo hujus libri hæc nota adscribitur, literis rotundis, majoribus: "Jesus "filius Syrac lib̃ Magistri Rob̃ti de Dunelmo, conta Bibliothecā." Emtus'ne fuit hic Codex de Roberto quodam Dunelmensi? An forte Robertus noster, pro more istius ætatis, rerum Secularium pertæsus, in Monasterium se condidit? et nomine priore repudiato (quod in Religionis ingressu facere solebant) novum sibi adscivit?

17. YSAIAS GLOSATUS.

Glossam habet ordinariam et interlinearem: in quâ nihil singulare video.

Pulchrè admodum descriptus est hic Codex; literis modicè acuminatis, et accurate formatis, atramento nitenti.

Videtur assurgere ad finem vel etiam medium seculi duodecimi.

18. YSAIAS, JEREMIAS, TRENI, GLOSATI.

Habet hic Codex Glossam ordinariam et interlinearem; et multas præterea notas

A. III. 18. in margine exteriore adscriptas, literis minutis; non multo (ut videtur) post ipsam
FOLIO MINORE glossam.

In fine Threnorum hæc nota apponitur: "Sufficiant hec ad expositionem La- "mentationum Jeremie, que de Patrum fontibus hausi ego gilib. autissiodorensis "Ecclie diaconus." Hæc ergo Expositio in Threnos (quæ eadem est in Bibliis glossatis) auctorem habet Gilabertum, (vel, ut aliter scribitur, Gillibertum, cod. 19. vel Gilbertum) Autissiodorensis Ecclesiæ Diaconum. Caveus autem in Vol. 2do. et Whartonus in Historiâ Episcoporum Londinensium, dicunt Gilbertum hunc fuisse etiam Canonicum Lugdunensem, et Episcopum Londinensem, A.D. 1128. mortuum vero 1134. Et quidem Florentij Wigorniensis Continuator (ad annum 1128) ait, "Gilebertum, cognomine Universalem [ob eruditionem multiplicem ita dictum] Ca- "nonicum Lugdunensem, Ricardo Londinensi Episcopo subrogatum fuisse." At auctor Vitæ Sancti Erkenwaldi (Gilberti nepos) ait, "cum [Gislebertum vocat] ab "Autissiodorensi Ecclesiâ traductum fuisse ad Londinensem." [Vide Whartonum ibid.]

Pulchrè Scriptus est hic Codex, literis acuminatis, atramento nitenti. Habet hodiernam Capitum distinctionem, quæ tamen an à primâ manu sit subdubito: quia literæ pictæ, quibus non solum Capita, sed Sectiones etiam minores, distinguuntur, in Capitum initiis nonnunquam desiderantur. Si Capitum numeratio est a manu primâ, Codex hic non potest esse anno 1260 multo vetustior: at nec recentior videtur. Sed Scholia marginalia, in laudandis S. Scripturæ testimoniis, præsentem divisionem sequuntur: at libro ipso paulo videntur recentiora.

19. JEREMIAS ET THRENI GLOSSATI.

Codex hic habet Glossam ordinariam et interlinearem; & eandem quæ est in libro superiore, notam de auctore Expositionis in Threnos, quem vocat Gillibertum Altissiodorensis Ecclesiæ Diaconum.

Nihil singulare in eo observavi, nisi quod pulcherrimè Scriptus est, literis rotundis, solito majoribus, et accuratè formatis: circiter medium 12mi Seculi, adeoque non multo post ipsum Gilbertum.

In fronte libri: "Lib. Sci Cuthbti de Dunlo de dono Mgri Rob de Adington*." De eo vide supra Cod. 2.

20. JEREMIAS GLOSATUS.

Exhibet hic Codex Glossam ordinariam et interlinearem.

Pulchrè scriptus est, literis acuminatis; sed ab humore ita corruptus et deformatus est, ut nulli pene usui esse possit. Non habet Capitum distinctionem hodiernam; itaque vetustior videtur anno 1260.

Threni in hoc libro desunt.

21. 1. POSTILLE SUPER CANTICA, SAPIENTIAM, ET ECCLESIASTICUM.

Iste titulus libro præfigitur. Fuit autem Codex hic olim multo amplior quam nunc est; complectebatur enim Jobum, et omnes libros Solomonis. Nunc autem

A. III. 21. FOLIO MINORE. incipit a versu 13$^{io}$ Capitis 4$^{ti}$ Cant. "Cypri cum nardo. Cyprus arbor est aro-"matica, cujus semen est candidum"—

Postilla hæc, sive Glossa, Textui immiscetur. Diversa est a Glossâ ordinariâ, sed multa ex eisdem fontibus hausit.

Habet hodiernam Capitum distinctionem. Videtur scriptus circa finem centuriæ 13$^{ae}$.

2. Lamentationes Hieremie glosate.

Eadem est glossa quæ in superioribus MSStis et in vulgatis Codicibus legitur; ea scilicet quam compilavit Gilbertus, primum Altissiodorensis Ecclesiæ Diaconus, et demum Episcopus Londinensis. Nomina auctorum e quibus Glossæ hæ excerptæ sunt, plerumque in margine adscribuntur.

Scriptus est hic codex literis acuminatis, bene formatis, eâdem (ut videtur) ætate quâ præcedentes Postillæ.

22. Ezechiel et Daniel glosati cum descriptione summaria civitatis Jerusalem, cum figuris in principio.

Hic Codex exhibet, unà cum Textu, Glossam ordinariam et interlinearem. Nullam habet in libro ipso Capitum distinctionem: et in fine notatur vetus Capitulorum distinctio: in Ezechiele scil. sunt 120; in Daniele 32. Quare numerus Capitum ex hodiernâ divisione, qui ab Ezechielis Capite 2$^{do}$ in summis foliis notatur, (partim literis Romanis, partim notis Arithmeticis,) est à manu secundâ; quod et diversa scribendi ratio satis indicat.

Scriptus est hic liber satis pulchrè, literis paulùm acuminatis.

Præfigitur libro ipsi Descriptio summaria Civitatis Jerusalem, cum figuris aliquot.

Sic incipit: "Locuturus de Ezechielis ædificio"—

Sic desinit: "erit ad altitudinem altaris complendam necessaria adjectio."

Literis minutis exarata est, et implet sex folia.

In initio: "Liber Sc̃i Cuthb̃ti de Dunelmo, ex dono Mag̃ri Heñ. de Melsamby, "ad Commune armariolum, et nulli accommodandum."

Thomas de Melsamby huic Henrico cognominis, fuit hujus Cœnobij Prior ab anno 1233 ad 1244. Henricus hic, in Evangeliis 4 glossatis, [A. II. 15.] vocatur de Melsaneby.

Videtur Codex hic Scriptus fuisse circiter medium Centuriæ 13$^{ae}$.

23. Daniel et Esdras glosati.

Exhibetur hic, una cum Textu, Glossa ordinaria et interlinearis.

Esdras complectitur libros duos, Esdræ scil. et Neemiæ.

Scriptus est hic Codex satis pulchrè, circiter annum 1200, ut videtur. Non habet hodiernam Capitum distinctionem. In fine Esdræ Capitulorum numerus [Scil. 37.] et argumenta notantur.

Præfigitur Catalogus Librorum Biblicorum certis classibus dispositorum hoc ordine: [v. B. I. 1.]

Divina Scriptura.

A. III. 23. FOLIO MINORE. Vetus Testamentum:

Primus Ordo—Lex:

Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium.

Secundus ordo—Prophetæ:

Josue, Judicum, Samuel 1, 2. Regum 1, 2. Isaias, Jeremias, Ezechiel, Thareasra, 12 Prophete, qui pro brevitate in unum colliguntur.

Agiographa:

Job, Psalterium, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Paralipomenon 1, 2. Esdras, Hester, Cinoth, Ruth.

Apocripha:

Liber Sapientie, Ecclesiasticus, Thobias, Judith, Pastor, Maccabeorum. Hos licet Judei inter Apocripha separent, Ecclesia tamen Christi inter divinos libros et honorat et predicat.

Novum Testamentum:

Evangelium:

Matheus, Marcus, Lucas, Johannes.

Apostoli:

Paulus in 14 Epistolis, Petrus in 2, Johannes in 3, Jacobus in 1, Judas in 1. Actus Apostolorum, Apocalipsis.

Sequitur folium unum, idque ultimum, tractatûs imperfecti, argumenti Theologici. Fuerant (ut videtur) miscellaneæ observationes in Scripturam Sacram.

Sic desinunt: "Petere in nomine Jesu vel Domini, est petere eo effectu quo ipse "vult, et id quod ipse vult. Et qui sic petit, ei fiet quicquid petet: unde quod- "cunque petit in nomine meo fiet. v." forte ver. [13. Cap. 14. Joan. ubi hæc sententia legitur.]

In eodem codice sequitur Libellus cujusdam ad Fratrem Ramerum Corde benignum qui Columba deargentata inscribitur. Incipit de tribus columbis.

Præfatio sic incipit: "Desiderij tui karissime petitionibus satisfacere cupiens"—

Tractatus ipse allegoricus est, & duo tantum folia implet. Sic incipit: "Si dor- "miatis inter medios cleros, penne columbe deargentate"— Locus est Psal. 67. v. 14. Sic desinit: "Sed cum revertitur [columba] eâdam corrigiâ quam priùs seipsam firmiùs ligat."

24. Prophete 12 glosati.

Exhibet hic codex 12 Prophetas, quos Minores vulgo vocant, cum Glossâ ordinariâ et interlineari; et alias etiam notas margini adscriptas a manu recentiori quidem, sed tamen antiquâ.

Scriptus est pulchrè, literis paululùm acuminatis, (non dissimilibus iis quibus Hugonis Episcopi Biblia [A. II. 1.] exarata sunt) ante annum (ut videtur) 1200.

In initio: "Ex dono Magri Rob. de Hadingtonâ." Robertus iste plures libros huic Bibliothecæ dono dedit: sed vocatur alibi de Adigton, [supra, cod. 2, et 19.] de Adingtonâ; [cod. 16, et 17.] et fortasse non alius est a Roberto de Edington. [v. supra, cod. 2, et 16.]

A. III. 25. MATHEUS ET JOHANNES CUM GLOSSA ORDINARIA ET INTERLINEARI.

FOLIO MINORE.

Præmittitur (unico folio) Præfatio (quæ in aliis duobus exemplaribus deest) quâ Lex et Evangelium inter se conferuntur. Sic incipit: "Fecit Deus duo magna luminaria in firmamento." Sic desinit: "Huic autem libro Jeronimus Prologum "facit ꝑmittit in quo ostendit ubi Evangelium scripserit et de quo imo statu ad "quàm dignum assumtus et de quibus et quo ordine in hoc Evangelio tractet."

In imâ parte paginæ primæ Consanguinitatis gradus versiculis 9 describuntur:

"Pater est qui me genuit: Mater quæ me concepit:
"Socrus est mater Uxoris mee: Socer pater Uxoris mee"—&c.

In fine libri adjiciuntur Sententiæ quædam et Observationes Theologicæ: inter quas 10 Præcepta Decalogi his 4 versibus expressa:

"Unum crede Deum: Ne jures falsa per ipsum.
"Sabbata sanctifices: et Venerare Patres.
"A te vitentur cedes, lacivia, furta, pro lascivia.
"Falsa: Nec alterius rem sociamve petans." pro petas.

Literæ acuminatæ et satis pulchræ. Cum hodiernâ Capitum divisione hic liber careat, anno 1260 non videtur recentior.

26. POSTILLE IN LIBROS ALIQUOT VETERIS TESTAMENTI.

Sunt observationes allegoricæ et morales.

1. IN PENTATEUCHUM, JOSUE, & alios (ut videtur) libros, foliis 24.
Observationes hæ breves sunt; et desinunt in initio Josue: Imperfectus enim est hic tractatus.
Sic incipit: "Fluvius egrediebatur de loco voluptatis."
Lineæ in mediâ paginâ divisæ sunt: Literæ minutæ, acuminatæ, elegantes. Nulla Capitum distinctio est; ut videatur ad medium Centuriæ 13æ ascendere. Et sane videtur æqualis Hugonis Cardinalis Commentariis in Pentariis in Pentateuchum &c. a Bertramo de Middleton Cœnobio donatis, qui Prior fuit ab anno 1244 ad 1258.

2. OBSERVATIONES IN EXODUM prolixiores, [foliis 45] Sed et initio et fine mutilæ. Quod in initio deest, videtur Præfationis pars fuisse: habetur enim Capitis primi expositio. Desinit in Capite 39. Lineæ divisæ sunt; Literæ minutæ: Scriptura satis est venusta; et superiore tractatu paulo antiquior videtur.

3. IN NUMEROS, a Capitis 8vi versu 5to ad Capitis 33ii versum 35um [foliis 23.] Reliqua desunt.

4. IN DEUTERONOMIUM, ab initio Capitis 12mi ad finem libri [foliis 17.) Capita prima 11 desunt.
Postillæ in Numeros et Deuteronomium ab eâdem sunt manu. Scriptura similis est Postillæ in Pentateuchum; et ejusdem videtur ætatis.

5. IN LIBROS JOSUE, JUDICUM, RUTH, LEVITICUM, REGUM 1, 2, 3, ad Capitis 7mi versum 48vum.

A. III. 26. FOLIO MINORE. Scriptura eadem est cum superiori. Sed Codex mutilus est: fuerant enim in eo (ut indicat Nota in fronte libri adscriptâ) Postillæ in omnes libros Regum, Esaiam, et Jeremiam.

In Parabolas Salomonis.

Scriptura hæc a superioribus multum diversa est: Lineæ enim continuæ sunt; Literæ malè formatæ, et inter se implicatæ. Videtur assurgere ad annos 400.

Hodierna Capitum distinctio in margine a manu primâ notatur.

27. POSTILLA ET LECTURA FR'IS, ROB'TI HOLKOTE DE ORDINE FR'M P'DICATOR' SUP' LIBRUM SAP'IE [sapientie.]

Titulus hic in fine libri Scribitur a manu primâ.

Scribitur literis cursivis, acutis, (quas Secretarias vulgo vocant;) in columnis, quæ sunt in toto libro 890. Intercolumnia, sive Spatia inter columnas, distinguuntur literis a, b, c, &c. in usum Indicis qui in fine libri subjicitur.

In initio libri hæc nota legitur: "Liber Dom̃ni Willi Ebchestr' Moachi Dunelm̃, "ex empc̃oe. Pretium iiij Marc'."

Et infra literis minoribus:

"Holcot sup librũ Sap̃ie."

"Iste liber assignatur Librarie Moachoꝝ Dunelm̃. p Ven̄abilē P'rem Magr̃m Willm Ebchestre P'orem Dunelm̃."

Willelmus Ebchestre factus est Prior anno 1446; Prioratu cessit anno 1456. Hunc autem Codicem emit cum Monachus adhuc esset: adeo ut scriptus fortasse fuerit circ. annum 1400; 50 scilicet annis post Holkoti mortem, quæ incidit in annum 1349. Nota igitur in fine libri adscripta, quæ librum hunc Holkoto tribuit, videtur eorum sententiam refutare, qui eum Reginaldo de Alna, Monacho Cisterciensi, adscribunt. v. Whart.

28. TRACTATUS D'NI STEPHANI CANTUARIENSIS ARCHIEP'I S'R ECC'ASTICU' [super Ecclesiasticum.]

Stephanus Langtonus, Archiepiscopus Cantuariensis, qui obiit anno Dñi 1228. Commentarios scripsit in plerosque tum Veteris, tum Novi Testamenti libros: quorum titulos Lelandus, Baleus, et Pitseus indicant. Eorum nullus in lucem publicam editus est: sed plerique latent Msti in Angliæ bibliothecis, quas Pitseus memorat.

Hunc autem librum Baleus vocat IN ECCLESIASTICUM NOTULAS LIB. 1. Pitseus NOTAS ECCLESIASTICUM LIB. UNUM: ex quibus titulis librum esse modicæ magnitudinis conjicere licet. At hic Commentarius non parvæ molis est: Scriptus est enim literis minutis, et implet folia 209, i.e. paginas 418: adeo ut, si typis exscriberetur, efficerit Volumen in folio (ut vocant) 600, ad minimum, aut 700 paginarum: compendia enim scribendi in singulis pene dictionibus occurrunt.

Baleus ait, (eiqꝫ assentit Godwinus in Commentario de Præsulibus Anglicanis pag. 126) Stephanum hunc omnes Bibliorum libros in Capita distinxisse quibus Ec-

A. III. 28. FOLIO MINORE. clesia hodie utitur. Sed ea Capitum distinctio in hoc codice non comparet. Sunt enim in toto libro Capita 126, nullâ ratione habitâ divisionis Capitum hodiernæ. Verior itaque eorum sententia videtur qui hanc Capitum distinctionem Hugoni de Sancto Caro Cardinali tribuunt, qui anno 1260 mortuus est.

Scriptus est hic liber literis acuminatis, minutis, non invenustis; lineis divisis. Videtur æqualis libris huic Cœnobio datis a Bertramo de Middleton, qui Prior electus est A.C. 1246: adeo ut fortasse descriptus fuerit ipso Stephano adhuc superstite.

Præfiguntur libro Præfationes (1) Hieronymi, (2) Rabani.

Sequuntur Capitum Singulorum tituli, vel argumenta. Ex. gr. (1.) "Omnis Sa-
" pientia a Domino Deo est. (2.) Initium sapientiæ timor Domini. (3.) De concu-
" piscenda Sapientiâ, et servand*a* mandat*a*. [pro—*dis*—*tis*.]
" [126.] Oratio Jesu filij Sirach. (127.) Oratio Salomonis."

Deinde incipit Introductio in librum ipsum. "Summi Regis palatium in iiij consummatur; hoc est, in fundamento, et parietibus, tecto, et ornatu interiori."

Post 3 folia sequitur Ecclesiastici Expositio, cui præfigitur hæc nota, literis miniatis, a manu primâ: "Tractatus Domini Stephani, Cantuariensis Archiepiscopi, super Ecclesiasticum."

Expositio autem ipsa sic incipit:

" Hoc nomen Ecclesiastes interpretatur Concionator; et refertur ille liber Salo-
" monis ad Dm̃. Hoc autem nomen Ecclesiasticus interpretatur Collector, vel Con-
" gregator; idcirco liber iste refertur ad prædicantem."

Sic desinit:

" Egressæ sunt aquæ e Sanctuario a tumulo sabuli orientalis. Peccatores per sabu-
" lum designantur qui sunt in opere steriles, licet quandoque sint per hipocrisin com-
" planati. Unde Draco stetisse legitur super harenam. Antiquus enim hostis ille ves-
" tigia sue pravitatis imprimit, qui per sterilitatem operis sabulo comparantur. Sig-
" nificatur ergo per cumulum sabuli congregatio peccatorum."

Cæterum locus qui hic explicatur, non in Ecclesiastico legitur, sed in Ezechielis Capite 47, vers. 8 et 12. Sed in toto hoc libro frequentes sunt ac sæpe prolixæ digressiones. Neque hæc expositio ad finem perducta videtur.

In fronte libri nota hæc adscribitur literis majoribus a manu antiqua: "Liber
" Eccl̃ie Sc̃i Cuthb̃ti cõi armariolo ꝯvent⁹ Dunelm̃ in ꝑpetuū assignat⁹ ex dono
" Fr̃is Godfredi de Kyppier c⁹ aĩe ꝑpiciet' D's Am̃."

Fuit hic Frater Godefridus de Kyppier unus e Monachis (ut videtur) Dunelmensibus: quando autem vixerit nescio.

29. OMELIE DIVERSORUM SUPER DIVERSA EVANGELIA.

Hic titulus a manu recentiore adscribitur in imâ parte folij 1$^{mi}$.

Exhibet hic Codex Patrum diversorum Homilias in Evangelia Dominicalia, a Paschate ad 25$^{am}$ Dominicam post Pentecosten: et Festivalia, a Natali Philippi et Jacobi, ad Natalem Thomæ Apostoli. Et plures etiam habuisse videtur: est enim et in fine, et in medio etiam, imperfectus.

A. III. 29.
FOLIO MINORE.

Scriptus est lineis continuis; literis majoribus, rotundis, bene formatis; ante annos 600. Videtur enim fuisse unus ex istis libris, quos Willelmus de S[to] Karilefo (Episcopus, anno 1096 mortuus) huic Cœnobio dedit; in quorum Catalogo occurrunt Omeliarum et Sermonum libri duo: unus scilicet Dominicalium, alter Festivalium; qui hìc uno volumine crasso simul compacti sunt. Nisi forte alter Tomus fuerit Codex 2[us] in Classe B. Pluteo II. qui huic æqualis est, et complectitur Sermones a Natali Domini ad Pascha. Adeo ut hi Duo Codices integrum pene totius anni Homiliarium sint. Aliud etiam est Homiliarum similium volumen, (sed his 200 minimum annis recentius) B. II. 31.

At (quod dolendum est) Codex hic, cætera egregius, magnum ab humore detrimentum accepit; præsertim in foliis summis, in initio et fine libri: et folia etiam intermedia decolorantur.

Cæterum Homilias ipsas, et Auctorum nomina, sigillatim designare operæ pretium fuerit: neque enim (quod scio) hoc ordine editæ unquam fuerunt.

## INDEX HOMILIARUM.

| FESTUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ. AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|
| Præfatio | | | 1. |
| Sic incipit: "Juxta Matheum, Vespere" | | | 1. b. |
| In Paschate "Vigilias nobis hujus sacratissime noctis" | Mat. 28. 1. | Beda | 1. b. |
| De die Pasche "Non immerito fratres hodiernâ die" | | Maximus | 4. b. |
| De die Pasche Homilia alia. "Magnum fratres et mirabile donum" | | Maximus | 5. b. |
| De Resurrectione. "Multis vobis lectionibus fratres"— | Mar. 16. 1. | Gregorius | 7. b. |
| De Festi Paschalis Feriâ 2. "Exultandum in hac die quam fecit Do." | | Maximus | 9. b. |
| Homilia altera. "In cotidiana nobis solennitate" | Luc. 24. 13. | Gregorius | 12. |
| 3[a] "Gloriosam sue resurrectionis" | Luc. 24. 36. | Beda | 13. |
| 4[ta] "Lectio Sancti Evangelij" | Joan. 21. 1. | Gregorius | 15. b. |
| 5[ta] "Maria Magdalene que fuerat" | Joan. 20. 11. | idem | 18. |
| 6[ta] "Evangelica lectio fratres kariss." | Mat. 28. 16. | Beda | 22. |
| In Sabbato. "Fractus longâ molestiâ" | Joan. 20. 1. | Gregorius | 25. |
| In Dominicâ 1[ma] post Albas. "Prima lectionis" | ——— 19. | idem | 28. b. |
| 2[da] "Audivimus Dominum Jesum" | —— 10. 11. | Augustinus | 32. b. |
| Alia homilia. "Audivimus fratres karissimi" | eadem | Gregorius | |

| | FESTUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| A. III. 29. FOLIO MINORE. | 2da post Octavas Pasche "Læta Domini et Salvatoris nostri" | Joan. 16. 16. | Beda | 37. b. |
| | 3tia "Sicut ex lectione Evangelica" | ——— 5. | idem | 39. b. |
| | 4ta "Potest movere infirmos auditores" | ——— 23. | idem | 42. b. |
| | In Feriâ 2da, in Litaniâ majore. "Quoniam Jejuniorum tempus est" | | Augustinus | 45. |
| | In eadem Feriâ. "Audivimus nos exhortatum Dominum" | Luc. 11. 5. | idem | 46. |
| | In Feriâ 3tia "Legimus in Prophetis, cum Ninive" | | Maximus | 49. |
| | In eâdem. "Rogatus a Discipulis" | Luc. 11. 5. | Beda | 50. |
| | In Feria 4ta, de Jejunio Ninivitarum. "Clementissimus, Omnipotens Deus" | Jonæ 3. 7. | B. Joan. Episc. Chrysostomus | 53. b. |
| | In eâdem, Vigilia Ascensionis. "Glorificatum a Patre Filium" | Joan. 17. 1. | Augustinus | 55. |
| | In Ascensione Domini "Post beatam et gloriosam Resurrect." | | Leo Papa | 57. b. |
| | In eâdem. "Sacramentum dilectissimi salutis" | | idem | 58. |
| | In eâdem. "Hodie Dominus Jesus Christus ascendit" | | Augustinus | 59. b |
| | In eâdem. "Quod Resurrectionem Dominicam" | Mar. 16. 14. | Gregorius | 61. |
| | In Sabbato post Ascensionem. "Sacramentum dilectissimi" v. suprà | | | |
| | In Dominicâ post Ascensionem. "Ex multis Sancti Evangelij locis" | Joan. 15. 26. | Beda | 64. |
| | In Vigiliâ Pentecostes. "Quia Sancti Spiritus hodie celebramus" | —— 14. 15. | idem | 68. |
| | In die Pentecostes. "Hodiernam solennitatem dilectissimi" | | Leo | 72. |
| | In eâdem. "Hodiernam dilectissimi festivitatem" | | idem | 75. |
| | In eâdem. "Libet fratres karissimi Evangelice lect." | Joan. 14. 23. | Gregorius | 76. |
| | In Feriâ 2da. "Nosse credo vos fratres que sit ratio" | | Maximus | 79. b. |
| | 3a. "Non incommodè, ante dies complures" | | idem | 80. b. |

| | FESTUM. INITIUM HOMILIÆ. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ. AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| A. III. 29. FOLIO MINORE. | Dominica $1^{ma}$ post Pentecosten: de Goliâ a Davide victo. | 1 Sam. 17. | Chryostom' | 81. b. |
| | " Dominus Deus, cum David Regem" | | | |
| | Dominica $1^{ma}$ post Pentecosten. | Joan. 3. 1. | Beda | 83. |
| | " Sicut ex lectione Sancti Evangelij" | | | |
| | In $2^{da}$, de Absalone | | Chrysostomus | 88. b. |
| | " Perdidit Absalon scelestissimus mentem" | | | |
| | In eâdem. " In verbis sacris eloqui" | Luc. 16. 19. | Gregorius | 89. b. |
| | Dominica $3^{a}$ " Hoc distare fratres" | —— 14. 16. | idem | 95. |
| | Dominica $4^{ta}$ " Estivum tempus, quod corpori" | —— 15. 1. | idem | 100. b. |
| | Dominica $5^{ta}$ | —— 6. 36. | Beda | 107. |
| | " Misericors est Deus super ingratos" | | | |
| | Dominica $6^{ta}$ | —— 5. 1. | idem | 108. b. |
| | " Stagnum Genesaret idem dicunt esse" | | | |
| | Dominica $7^{ma}$ | Mat. 5. 20. | idem | 110. |
| | " Qui putant precepta veteris Test." | | | |
| | Dominica $8^{va}$ | Mar. 8. 1. | idem | 112. b. |
| | " In hac lectione fra. car. consideranda est" | | | |
| | Dominica $9^{na}$ | Mat. 17. 16. | Origenes Catholicè correctus | 114. b. |
| | " Quod paulo superius fratres, kmi" | | | |
| | Dominica $10^{ma}$ | Luc. 16. 1. | Hieronymus | 118. |
| | " Quis sit villicus iniquitatis" | | | |
| | Eadem. | —— 19. 41. | Gregorius | 120. |
| | " Lectionem brevem Sancti Evangelij" | | | |
| | Dominica $11^{ma}$ | —— 18. 19. | Beda | 124. b. |
| | " Quia Parabolam Dominus quâ semper" | | | |
| | Dominica $12^{ma}$ | Mar. 7. 21. | idem | 125. b. |
| | " Surdus ille et mutus quem mirabilit'" | | | |
| | Dominica $13^{ia}$ | Luc. 10. 23. | idem | 128. |
| | " Non oculi Scribarum & Phariseorum" | | | |
| | Dominicæ $14^{ta}$, et $15^{ta}$ Homiliæ hæ desunt: et defectus iste (ut nota adscripta indicat) recens non est. | | | |
| | Dominica $16^{ta}$ post Pentecosten | Luc. 7. 11. | Beda | 129. b. |
| | " Naim civitas est Galilee" | | | |
| | $17^{ma}$ post Pentecosten | —— 14. 1. | idem | 130. b. |
| | " Hydropis morbus ab aquoso humore" | | | |

| | FESTUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ. AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| A. III. 29. FOLIO MINORE. | In Jejunio Septimi mensis. "Scio quidem, dilectissimi, plurimos" | | | 131. b. |
| | In eodem die Sabbati mensis 7[mi]. "Dominus et Redemtor noster" | —— 13. 6. | Gregorius. | 132. b. |
| | "De arbore ficulnea quæ triennium" | In lect. eand. | Augustinus | 134. b. |
| | 18[va] post Pentecosten. "Convenerunt ut multitudine vincerent" | Mat. 22. 34. | Chrysosto. | 136. b. |
| | 19[na] post Pentecosten. "Christum in humanis actibus divina" | —— 9. 1. | idem. | 139. b. |
| | "Marcus non hoc in civitate ejus" | In lect. eand. | | 141. |
| | 20[ma] post Pentecosten. "Textum Evangelicæ lectionis" | Mat. 18. 23. | Gregorius | 142. b. |
| | 21[ma] post Pentecosten. "Lectio Sancti Evangelij quam modo" | Joan. 4. 46. | idem. | 149. |
| | 22[da] post Pentecosten. "Cum Evangelium frēs kmi ammonet" | Mat. 18. 23. | Augustinus. | 150. b. |
| | 23[ia] post Pentecosten. "Querentes Dn̄um comprehendere Principes" | —— 22. 15. | | 153. |
| | 24[ta] post Pentecosten. "Matheus Archisinagogum" | —— 9. 18. | | 154. |
| | 25[ta] post Pentecosten. "Hec secunda parabola est" | —— 13. 14. | | 157. |
| | Exordium idem est cum præcedenti, sed Homilia ipsa est diversa. | In lect. eand. | Hieron. | 159. b. |

## HOMILIÆ DE SANCTIS.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Maij. Kal. | In Natali Philippi et Jacobi. "Erigenda nobis est fratres major" | Joan. 14. 1. | Augustinus | 161. |
| | "Ne mortem tanquam homines timerent" | In eand. lect. | | 163. |
| Non. 5. | In Inventione Sanctæ Crucis. "Quantos ego et quales fructus" | | | 164. |
| 2. | In Natali Sc̄i Johannis Evangeliste. "Hodie fratres carissimi." | Joan. 3. 1. | | 165. |

| | FESTUM. | INITIUM HOMILIÆ. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ. AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|---|
| A. III. 29. FOLIO MINORE. | Idus 6. | In Nat. Gordiani et Epimachi martyrum.<br>" Dominus et Salvator noster." | Mat. 10. 3. | Hieron. | 166. |
| | Jul. Kal. 14. | In Natali Potentianæ Virginis.<br>" Cœlorum regnum, fratres carissimi" | —— 3. 14. | Gregorius | 170. |
| | 7. | In Natali Augustini Anglo℞ Archiepi.<br>" De seipso Dominus hæc loquitur." | Luc. 11. 33. | Beda | 172. b. |
| | 1. | In Natali Nicomedis martyris.<br>Quia Dominus ac Redemptor noster." | —— 9. 23. | Gregorius. | 173. b. |
| | Non. 4. | In Nat. Marcellini et Petri martyrum.<br>" Quia longius ab urbe digressi" | —— 21. 9. | idem. | 177. |
| | Idus 5. | In Nat. Primi & Feliciani Martyrum. | Joan. 15. 12. | v. Sti Thomæ | 337. b. |
| | —— 2. | — Basilidis, Cirini, Naboris, Nazarij. | Luc. | v. Jo. & Pauli | 194. b. |
| | Jul. Kal. 14. | — Marci et Marcelliani. | Joan. 15. 12. | v. Sti Thomæ | 337. b. |
| | 13. | — Gervasij et Protasij. | Luc. 29. 18. | v. Marc. & Pe. | 177. |
| | 11. | — Leuteredi Abbatis. | Luc. | v. Urbani. | deest. |
| | 10. | — Albani martyris. | Mat. | v. Ciriaci. | deest. |
| | —— | Atheldrythæ Virginis.<br>" Que sint 10 Virgines fratres kmi." | —— 25. 1. | Augustinus. | 181. |
| | [8] | In Natali Sti Johannis Baptiste.<br>" Solempnitates nobis." | | Maximus | 186. b. |
| | | In eodem.<br>" Cunctorum quidem Prophetarum" | | | 188. b. |
| | | In eodem.<br>" Post illum Sacrosanctum Domini natalem diem." | | Leo Papa | 189. |
| | | In Natali Sci Johannis Baptiste,<br>" Precursoris Domini nativitas" | Luc. 1. 57. | Beda | 191. b. |
| | 6. | —Johannis et Pauli.<br>" Qui Sanctorum merita religiosa carita." | | Maximus | 194. b. |

| | FESTUM. | INITIUM HOMILIÆ. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|---|
| A.III. 29. FOLIO MINORE. | Jul. Kal. 4. | In Natali Leonis Pape. | Mat. 24. 32. | v. Urbani. | deest. |
| | | In Vigiliâ Sancti Petri. "Virtutem nobis perfecte dilectionis." | Jo. 21. 15. | Beda | 195. b. |
| | 3. | In Natali Petri et Pauli. "Omnium quidem sanctarum sollempn" | | Leo Papa | 198. b. |
| | | In eodem. "Gloriosissimos Christiane fidei Princ." | | Maximus | 199. b. |
| | | In eodem. "Apostolici natalis gaudio" | | Idem | 201. b. |
| | | In eodem. "Beatissimorum Apostolorum Petri & P." | | Idem | 202. |
| | | In eodem. "Beatissimorum Apostolorum Passio." | | Idem | 202. b. |
| | | In eodem. "Cum omnes beati Apostoli parem grãt." | | Idem | 203. |
| | | In eodem. "Lectio Sancti Evangelij quam modo" | Mat. 16. 13. | Beda | 203. b. |
| | | In Natali Pauli. "Beatus Paulus qui tantam vim" | | Crisostom' | 206. |
| | | In eodem. "Grandis fiducia : Petrus piscator erat." | Mat. 19. 17. | Hieronimus | 207. |
| | Non. 4. | In Natali Swithuni Confessoris. "Ad Sc̃i & beatissimi Patris nostri Swithuni." N. B. Maximus floruit anno 420; at Swithunus obiit an. 862: ergo hæc homilia non potest esse Maximi. | | Maximus. | 208. |
| | | In eodem. "Dominus et Salvator noster Jesus Chr." N.B. Gregorius Papa obiit anno 640: itaque Homilia hæc, si Gregorij est, accommodatur tantum huic Festo. | Luc. 10. 1. | Gregorius | 210. |

| | FESTUM. | INITIUM HOMILIÆ. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|---|
| A. III. 29. FOLIO MINORE. | Jul. Non. 2. | In Octavâ Petri et Pauli. "Filioli mei, audite nos, & liberate vos." | | Augustinus. | 216. b. |
| | | In eâdem. "Sicut ex lectione Evangelicâ, fratres." | Mat. 14. 22. | Rabanus. | 217. b. |
| | Idus 6. | In Natali sanctorum sept. fratrum. "Sancti Evangelij, fratres carissimi" | —— 12. 46. | Gregorius. | 221. |
| | 5. | In Sacrâ Benedicti celebritate. "Festiva beatissimi Benedicti solempn'." | | | 222. b. |
| | 1. | In translatione Svithuni. "Lectio Sancti Evangelij fratres kmi." N. B. Vide supra Julii Non. 4. | —— 25. 14. | Gregorius. | 227. |
| | Aug. Kal. 12. | In Natali Praxedis Virginis. | —— 3. 14. | v. Potentianæ. | 170. |
| | [8] | — Jacobi Apostoli. "Herent sibi divine lectionis" | —— 20. 20. | | 229. b. |
| | 1. | In Festo Sancti Petri ad Vincula. Homilia nulla est. | Act. 12. v. 1. 25. | | 230. b. |
| | | In eodem. | Mat. 16. 13. | v. Petri. | 230. b. |
| | | In Natali Sanctorum Maccabeorum. "Temporibus Machabeorum" | | | 231. |
| | [Id. 4.] | — Laurentij Martiris. "Sanctum est fratres et deo placitum." | | Maximus. | 233. |
| | | In eodem. "Sicut Patrum nostrorum, fratres" | | | 234. b. |
| | | In eodem. "Hortaturus Dominus discipulos" | Joan. 12. 24. | | 235. |
| | Sept. Kal. [18] | De Assumptione Sancte Marie. "Cogetis me o Paula et Eustochium" | Epistola Hieron. ad Paulã & Eustochiũ. | | 236. b. |
| | | De eâdem. "Sanctum Evangelium fratres mei" | Luc. 10. 39. | Augustinus | 249. b. |

| | FESTUM. | INITIUM HOMILIÆ. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ. AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|---|
| A. III. 29. FOLIO MINORE. | Sept. Kal. 16. | In Octavâ Laurentij Martiris "Beatissimi Laurentij fratres iterata." | | | 251. |
| | 8. | In Natali Bartholomei. "Sicut bonis esse moris solet" | | | 252. |
| | 5. | In Natali Aurelij Augustini Hipponensis Episcopi. "Sanctorum Patrum memorias" | | Maximus | 253. |
| | | N.B. Inter Maximi homilias hæc non legitur. | | | |
| | | De quolibet Sancto Confessore. "Ad Sancti ad beatissimi Patris nostri" | | Idem | 254. b. |
| | | Alia homilia. | Luc. 11. 33. v. | Augustiñ. Can. | 170. |
| | [4] | In decollatione Johannis Baptiste. "Hodie nobis Johannis virtus, Herodis feritas." | | Chrisostom'. | 156. |
| | | Homilia alia. "Heu me! quid agam? unde sermones exordiar?" | | | 257. b. |
| | | Homilia alia. "Natalem, frẽs k̄mi, beati Johannis diem." | Mat. 14. 1. | Beda | 258. |
| | 1. | In Natali Prisci Martiris. "Cum Dominus et Salvator" | —— 10. 26. | Hieronim. | 261. |
| | Jd. 6. | De Nativitate Sancte Marie. "Petris à me petitiunculam" | Libellus S̄ti | Hieronim. | 262. b. |
| | | Homilia alia. "Omnes anime motiones universitatis" | Cant. Cant. | Idem | 266. |
| | | Homilia alia. "Expositionem Scripturus in Evangelium." | Mat. 1. 1. | Hrabanus. | 272. b. |
| | | Homilia alia. Luc. 1. 39. v. Beda in Ebdomad̄. Ante Natalem Dñi | | | deest. |
| | | Homilia alia. "Morale est omnibus, ut qui fidem exigunt" | Luc. 1. 39. | Ambrosiꝰ. | 283. |
| | | Homilia alia. "Novit sermonem suum Spiritus Sanctus." | —— 1. 41. | | 283. b. |

| | FESTUM. | INITIUM HOMILIÆ. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|---|
| A. III. 29. FOLIO MINORE. | Oct. Kal. 16. | In Natali Sancti Cipriani. "Sancti Cipriani festivitatem sicut omnib." | | Maximus | 284. b. |
| | | Homilia alia. "In martirio beatissimi Cipriani" | | | 285. |
| | 11. | Mathei Apostoli. "Legimus, Apostolo dicente, quia omnes peccavt." | Mat. 9. 9. | Beda | 286. |
| | [3] | In Festo Michaelis Archangeli. "Si diligenter audistis Evangelicam lectioñ." | —— 18. 1. | Maximus | 289. b. |
| | Oct. Id. 7. | In Natali Sancti Dionisij "Etsi generaliter omnibus loquitur" | Luc. 6. 20. | Beda | 290. b. |
| | Nov. Kal. 15. | In Natali Justi Martiris. "Si consideremus fratris ƙmi quæ" | —— 14. 22. | Gregorius | 292. b. |
| | | In Natali Luce Evangeliste. "Plures fuisse qui Evangelia scripserunt" | | | 296. |
| | | Homilia alia. "Lucas Sirus Antiochensis" | | | 297. a. |
| | | In Natali unius Martiris. "Se dicebat Dominus granum mortif." | Joan. 12. 24. | | 297. b. |
| | | In Dedicatione Ecclesie. "Natalem hujus templi diem fratres" | | | 299. |
| | | Homilia alia. "Quia propitiâ divinitate fratres ƙmi | Luc. 6. 43. | Beda | 301. |
| | [5] | In Natali Simonis et Jude Apostolorum. "Hec inquit mando vobis ut diligatis me" | Joan. 12. 17. | Augustin. | 305. b. |
| | 1. | In Solempnitate omnium Sanctorum, lectiones 11. "Legimus in Ecclesiasticis historiis" | | | 308. b. |
| | | Homilia. "Si queritur quid significet mons." | Mat. 5. 1. | Smaragd' | 312. b. |

| | FESTUM. | INITIUM HOMILIÆ. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|---|
| A. III. 29. FOLIO MINORE. | Nov. Id. 3. | In Festo Martini Confessoris, vel alterius. "Dominicus sermo quem debemus" | | Fulgentius | 313. b. |
| | Dec. Kal. 10. | In Natali Sancte Cecilie Virginis. "Sepe vos fratres k̃mi admoneo" | Mat. 25. 1. | Gregorius | 316. b. |
| | | In Dedicatione Ecclesie "Quotiescunque fratres k̃mi Altares vel T." | | Augustin' | 319. b. |
| | | Homilia alia. "Rectè Festa Ecclesie colunt, qui se" | | Idem | 320. |
| | | Homilia alia. "Audivimus ex lectione Evangelicâ" | Joan. 10. 22. | Beda | 321. b. |
| | | Homilia alia. "Que impossibilia sunt apud homines possibilia sunt apud Deum." | Luc. 19. 1. | Idem | 326. |
| | 3. | In Vigiliâ S[ti] Andree Apostoli. "Tanta ac talis est Scripture divine" | Joan. 1. 35. | Beda | 328. |
| | 2. | In Natali Sancti Andrëe. "Audistis fratres k̃mi qui ad unius" | Mat. 4. 18. | Gregorius | 331. |
| | | De St̃o Byrino Occidentalium Saxonum Apostolo. "In illo tempore, hoc est, Anno Dominicæ Incarnationis DCXXXIV" | | | 332. b. |
| | | Homilia in ejus Festo recitanda. "Gaudete in Domino dilectissimi fr." | | | 333. b. |
| | | Homilia alia. "In similitudinibus quas ad nostram" | Mat. 29. 14. | | 335. b. |
| | Jan. Kal. 12. | In Natali Sancti Thome "Cum cuncta Sacra Eloquia" | Joan. 15. 12. | Gregorius | 337. b. |
| | | Homilia alia. "Hoc est preceptum meum ut diligatis" | Lectio ead. | Augustin' | 340. |

| | FESTUM. | INITIUM HOMILIÆ. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ. AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|---|
| A. III. 29. FOLIO MINORE | Jan. Kal. 12. | In Natali plurimorum Martyrum. " Psalmus qui cantatur Domino" | | Idem | 342. b. |
| | | Homilia alia. " Predicante, dilectissimi, Domino Jesu" | Mat. 5. 1. | Leo. | 344. |

Codex hic imperfectus est: fuerant enim in eo (ut videre licet fol. 191, 195, 283) Homiliæ in Natal. Urbani, [Maij. 25.] et Cyriaci, [Aug. 8] et in Ebdomade ante Natalem Domini; et in alios fortasse Dies Festos.

## AUCTORES HOMILIARIUM.

| | | |
|---|---|---|
| Ambrosius, fol. 167. 183. | Sunt homiliæ | 2 |
| Anonymi, fol. 131.b. 141. 153. 154. 157. 163. 164. 165. 188. 222.b. 230.b. 231.b. 234. 235. 251. 252. 257.b. 283.b. 285. 296. 297.b. 299. 308.b. 332.b. 333.b. 335.b. | homiliæ | 27 |
| Augustinus, fol. 32.b. 45. 46. 55. 59.b. 134.b. 150.b. 161. 181. 216.b. 249.b. 305.b. 319.b. 320. 340. 342.b. | homiliæ | 16 |
| Beda. fol. 1.b. 13. 22. 37.b. 39.b. 42. 50. 64. 68. 83. 107. 108.b. 110. 112.b. 124.b. 125.b. 128. 129.b. 130.b. 172. 191.b. 198.b. 203.b. 215. 258. 286. 290.b. 301. 321.b. 326. 328. | homiliæ | 31 |
| Chrysostomus, fol. 53.b. 81.b. 88. 136. b. 139.b. 205. 256. | homiliæ | 7 |
| Fulgentius, fol. 313. | homilia | 1 |
| Gregorius, fol. 7.b. 12. 15.b. 18. 25. 28.b. 31.b. 61. 76. 89.b. 95. 100.b. 120. 132.b. 142.b. 149.170. 173.b. 177. 210. 221. 227. 292.b. 316.b. 331. 337.b. | homiliæ | 26 |
| Hieronymus, fol. 118. 159.b. 166. 207. 236.b. 261.b. 262.b. 266. | homiliæ | 8 |
| Leo Papa, fol. 57.b. 58. 72. 85. 189. 304. | homiliæ | 6 |
| Maximus, fol. 4.b. 5.b. 9.b. 49. 79.b. 80.b. 189. 194.b. 199.b. 201.b. 202. 202.b. 203. 208. 233.b. 253. 254.b. 284. | homiliæ | 18 |
| Origenes, fol. 114.b. | homilia | 1 |
| Rabanus, fol. 217.b. 272. | homiliæ | 2 |
| Smaragdus, fol. 312. | homilia | 1 |
| | Sunt universæ | 146 |

**A.III. 30.** FOLIO MINORE. **Postille super Matheum.**

Titulus hic in fronte libri legitur, a manu non primâ quidem, sed satis vetustâ. In fine hæc nota adscribitur: " Expliciuntur notule super Matheum." Quod quare scriptum sit non video: prolixus sane Commentarius potius dici meruit; implet enim folia circiter 300.

Scriptus est non inaccuratè, lineis divisis, ante annos (ut videtur) 400.

Numerus Capitum in summis foliis notatur.

Sic incipit: " In medio sedis, et in circuitu ejus quatuor animalia plena oculis ante " et retro. Et animal primum simile Leoni: et secundum animal simile Vitulo: et " tertium animal habens faciem quasi Hominis: et quartum animal simile Aquilæ " volanti." [Apoc. 4. v. 6, 7.]

Sic desinit: " Quid est quod eis dicit: Vobiscum sum usque ad consumationem " mundi? Respondeo: Sicut voluit Cris. [Chrysostomus] et Rab. [Rabanus.] In " Apostolis loquitur omnibus electis: in quo intelligitur (ut dicit Rabanus) quod " usque ad finem seculi non sunt desituri in mundo qui đuie [pro divinâ] man- " sione & inhabitatione sint digni. Quod nobis concedat, qui sine fine vivit et " regnat."

Expositiones pleræque sunt allegoricæ et mysticæ.

In fine subjicitur (a manu recentiore) Index alphabeticus rerum in toto libro contentarum.

**31. Gorham super Lucam.**

Titulus hic in fronte libri literis miniatis, a manu (ut videtur) primâ, adscribitur. Ejusdem nomen in fine etiam libri legitur, sed a manu recentiore, licet vetustâ.

Nicolaüs hic est de Gorham, sive, de Gorra, (ut vocatur Supra cod. 13.) quem alij Gallum vocant; nostri vero (Lelandus, Baleus, Pitseus) Anglum fuisse contendunt, literisque operam dedisse Oxonij, in Collegio Mertonensi; at postea Dominici institutum amplexum fuisse, et Parisiis quod reliquum fuit vitæ egisse.

Sed de ejus apud Mertonenses studiorum causâ commoratione tacet Antonius Wood in Scriptorum Mertonensium Catalogo, in Academiæ Oxoniensis Historiâ, Vol. 2$^{do.}$ pag.     Fuit vel ille ejusdem Collegij alumnus, et diligentissimus rerum harum indagator: nec videtur omissurus fuisse scriptorem tanti nominis, si quicquam certi de eâ re comperisset.

Sic incipit: " Disciplina medici exaltabit capud illius, et in conspectu magnatorum collaudabitur." Eccl. 38. [Sic etiam in Baleo et Pitseo.]

Sic desinit: " Item, et erant semper in templo: contra, Act. 1. dicitur, quod " manserunt in cenaculo. Ad hoc dicimus, quod vicissim habitabant, modo in " templo, ad Orationem; modo in Cenaculo, ad quietem. Hoc adverbium *semper* " dicit a$^{i}$ [alicubi] frequentiam et opportunitatem, non more [forte pro modo] dura- " tionem continuam."

Subjicitur ab aliâ manu brevis Index rerum alphabeticus.

P

A. III. 31. FOLIO MINORE. Scriptus est hic Codex lineis divisis, non inaccuratè, annis (ut videtur) abhinc circiter 400; certè ante annum 1400: ut confirmare videatur nostram de Nicolai ætate conjecturam. Vide supra codicem 13.

Habet folia 277.

32. MISSALE.

Præmittitur Kalendarium, exhibens nomina Festorum, Kalendas, Nonas, Idus, Epactas, et literas Dominicales. Singulis mensibus præponitur versus unus, dies indicans, qui in eis infausti habebantur.

| | |
|---|---|
| " JANUARIUS. | Prima dies mensis et Septima truncat ut ensis. |
| " FEBRUARIUS. | Quarta subit mortem: prosternit Tertia fortem. |
| " MARTIUS. | Primus mandantem disrumpit: Quarta bibentem. |
| " APRILIS. | Denus et Undenus est mortis vulnere plenus. |
| " MAIUS. | Tertius occidit: et Septimus ora relidit. |
| " JUNIUS. | Denus pallescit: Quindenus federa nescit. |
| " JULIUS. | Terdecimus mactat Julij: Denus labefactat. |
| " AUGUSTUS. | Prima necat fortem: prosternit Secunda cohortem. |
| " SEPTEMBER. | Tertia Septembris, et Denus fert mala membris. |
| " OCTOBER. | Tertius et Denus est sicut mors alienus. |
| " NOVEMBER. | Scorpius est Quintus: et Tertius est nece cinctus. |
| " DECEMBER. | Septimus exanguis: virosus Denus ut anguis." |

Pulchrè scriptus est hic Codex Literis majoribus, acuminatis, ante annos circiter 400. Mensium nomina, Kalendæ, Nonæ, Idus, Epactæ, Festa majora, literis rubris vel cæruleis designantur. Rubricæ (quas vocant) literis miniatis pulcherrimè pinguntur. Notæ etiam musicæ apponuntur ubi opus est. Adeo ut inter præstantissimos ejus ætatis Mstos censeri debeat.

33. A BOOK OF SERVICES FOR THE QUIRE. In Paper.

This book was writ & prick'd by Mr Matthew Owen, one of the Minor Canons of this Church; and afterwards Vicar of Biwell St Peter, in Northumberland. He dyed about the year 1699.

MEM.—In Nov. 1733, this, & y^e following Book, was, by consent of y^e Dean & Chapter, remov'd into y^e Church, for y^e use of y^e Choir.

34. A BOOK OF ANTHEMS. By the same hand. In Paper.

35. TABULA SUPER OMNES LIBROS BIBLIE.

Indices sunt alphabetici rerum in sacris Bibliis contentarum, in plura membra divisi. (1) Super Heptateuchum. (2) Super libros Historiales. (3) Super Psalterium. (4) Super Jobum. (5) Super libros Solomonis. (6) Super Evangelia.

A. III. 35. FOLIO MINORE. (7) — Epistolas Pauli. (8) — Actus. (9) — Epistolas Canonicas. (10) — Apocalipsin. In iis indicantur Loci, non solum Biblici, sed etiam Scriptorum veterum, ubi Loci isti explicantur.

In fronte libri: "Liber Sc̄i Cuthberti assignatus communi armariolo per Fratrem "Joh̄em de Wessyngton."

Scriptus est hic Codex literis mediocribus, ante annum 1416, quo Joannes de Wessyngton Cœnobij Prior electus est; quia ab eodem Johanne, Fratre adhuc, (i. e. Monacho) Cœnobio dono datus est. Sed recentior est Hugone de S^{to} Caro, (qui obiit anno 1260) quia Capitum distinctionem ab eo institutam sequitur.

36. Anonymi Glosæ in Epistolas Paulinas.

## A. IV. QUARTO.

1. Leviticus glossatus.

Exhibet hic Codex Leviticum cum Glossa ordinariâ et interlineari. Textus in medio scribitur literis majoribus; cui utrinque in margine adjungitur Glossa, additis plerumque scriptorum nominibus, e quibus excerpta fuit. Inter Scriptores eos sæpissimè occurrunt Origenes, Esicius, vel Esitius, [Hesychius Hierosolymitanus :] rariùs Hieronymus, et Augustinus.

In fronte libri: "Lib̄. Hug̃. Ep̄i." "Lib̄. Sc̄i Cuthb̄ti" et ab aliâ manu: "de Dun̄lmo." In initio Glossæ: "In le splèndement." De hac voce, & ei Synonymâ, Spendement, (quæ sæpe occurrunt in initiis librorum) vide supra Pluteum iii. cod. 2.

Accuratè scriptus est hic Codex, circiter Hugonis [de Puteaco] Episcopi, cujus nomen in fronte gerit, ætatem; adeo ut ad 550 annos assurgere videatur.

Literæ majores paululum acuminatæ sunt, minores rotundæ.

2. Psalterium glo [ssatum.]

Psalmi sunt cum glossâ interlineari et exteriori, quæ et ordinaria dicitur.

Psalmis subjiciuntur alia etiam Cantica Biblica, et Preces, et Officia Ecclesiastica: scilicet,

A. IV. 2. QUARTO.

| | | |
|---|---|---|
| " Hezekiæ Regis, postquam e morbo convaluisset. | | Isai. 38. |
| Sed folium, in quo prior hujus Cantici pars legebatur, excisum est. | | |
| " Annæ gratiarum actio pro filio nato. | | 1 Sam. 2. |
| " Mosis, pro Ægyptiis in mari rubro obrutis. | | Exod. 15. |
| " Abacuc prophetæ. | | Abac. 3. |
| " Mosis, paulo ante mortem. | | Deut. 32. |
| " Hymnus Ambrosij et Augustini. | | Te Deum. |
| " —— trium puerorum. [Benedicite omnia opera.] | | Apoc. Dan. 3. 51. |
| " Zachariæ. Benedictus Dominus Deus Israel. | | Luc. 1. 68. |
| " Mariæ Virginis. | Magnificat anima mea. | ——— 46. |
| " Symeonis. | Nunc dimittis. | —— 2. 29. |
| " Oratio Dominica. | Pater noster. | Mat. 6. 9. |
| " Symbolum Apostolicum. | Credo in Deum. | |
| " Hymnus Eucharisticus. | Gloria in excelsis. | |

Hunc habet titulum: " Hymnus ab Angelis in nativitate Domini decantatus, et " postea ab sancto Hilario, Pictavensi Episcopo, auctus et consummatus." [Ex Alcuino.]

" Catholica Fides Niceni Concilij. Credo in unum Deum."

" Catholica Fides edita a Sancto Athanasio, Alexandrino Episcopo. Quicunque " vult salvari."

" Litania.

In eâ Petitionum plerarumque literæ primæ (quæ a Pictore adjici solebant) desiderantur, a lectore supplendæ.

In initio libri præfiguntur Excerpta quædam ex Augustino et Ambrosio: et Augustini et Hieronymi Prologi in Psalmos."

Pulchrè scriptus est hic Codex, literis rotundis, ante annos circiter 600.

In fronte libri: " Liber Sĉi Cuthƀti de Dunelm̃. de le splendement."

3. Glose super Psalterium.

Diversa est hæc Glossa a superiori; neque habet Textum adjunctum: sed dimidia pars Paginæ vacua relicta est, quasi ad Textum recipiendum: quæ tamen, in foliis prioribus, aliis Glossis impletur, ab aliâ manu.

" Liber sic incipit: " Beatus vir &c. Versus iste potest esse Thema in Festo " uniuscujusque Martiris, vel Confessoris, qui non abiit per consensum voluntatis in consilio impiorum."

Desinit in Psalmi 143$^{tio}$ versu 12$^{mo}$. Liber imperfectus videtur.

Scriptus est Codex hic (literis minutis quidem, sed satis elegantibus) non ante annum 1260; quia hodiernam habet Capitum distinctionem sed nec multo recentior videtur.

In fronte: " Liber Sĉi Cuthƀti de armar̃ Dunelm̃." Ab aliâ manu: " de Splendement.

4. Glose super Psalt'iu. [Glossæ super Psalterium.]

Glossæ hæ non habent Textum adjunctum; et diversæ sunt ab editis.

A. IV. 4. QUARTO. Sic incipiunt: "Facies mihi tentorium in introïtu tabernaculi"—

In locis Biblicis quæ hic laudantur, non sequuntur hodiernam capitum distinctionem. Hugone igitur de Caro ejus auctore hic Codex est antiquior. Et quidem assurgere videtur ad annum 1200: fuit enim Roberti de Adington; ut testatur nota hæc, a manu libro ipsi æquali: "Lib. Sči Cuthbti de Dunlo, de dono Mgri Rob. de "Adigton." De Roberto hoc vide supra Plutei III. Codices 2, et 16.

Lineæ divisæ sunt, Literæ mediocris magnitudinis, nec inelegantes.

5. 1. PSALTERIUM GLOSATUM SECUNDUM DIVERSOS DOCTORES.

Titulus hic est a manu (ut videtur) primâ: ab aliâ: "Petrus Florifiensis super"—

Dedicatoria Epistola sic incipit: "Patri reverendo, Dominòque meo karissimo, "Domino Johanni de Arkol, nunc Leodiensi Episcopo, Frater Petrus, Prior "Ecclesiæ Florefiensis, Premonstratensis Ordinis P'or interpretationem sui "nominis cum sanctis Patribus feliciter optulit."

Petrus hic (ab Harentale, vel Herentale, opido Brabantiæ, loco natali) Harentalius, vel Herentalius dictus, præter alia scripta inedita, composuit hunc Commentarium, sive Catenam in Psalmos (quæ sæpius edita fuit) contextam e variis Patrum dictis, quibus suas nonnullas observationes innexuit. Patrum ubique nomina addita sunt literis miniatis. Notæ quibus vox *Collector* apponitur, ipsius Petri videntur.

De Scriptoris ætate discrepant Bibliothecarij auctores. Sixtus Senensis (qui Florensem vocat) ait eum floruisse anno 1490: Possevinus, circiter 1446: Elias du Pin, et Whartonus noster, anno 1390. Quæ Sententia vero proxima vel eâ de causâ videtur, quia Chronicon suum adhuc ineditum anno 1385 terminavit. Catenam autem hanc compilatam fuisse ante annum 1378 inde constat, quia eam dedicavit Johanni de Arkol [vel Arkel] Episcopo Leodiensi, qui eo anno mortuus est: ut docet nos Chapeavillus, in Chronologiâ Episcoporum Leodiensium. Et quidem voces hæ, *nunc Leodiensium Episcopo*, innuere videntur illum Episcopatum istum nuper adeptum fuisse. Translatus est autem ab Episcopatu Trajectino ad Leodiensem A. Dñi 1363, eodem Chapeavillo teste.

Scriptus est hic Codex lineis integris; literis cursivis, et inter se implexis; ante annos circiter 300.

In eodem volumine alij continentur tractatus, ab eodem scribâ exarati.

2. SERMO (ut vocatur) folio 152.

Sic incipit: "Confitemini quod si quis iturus esset usque terram Sanctam"—

Subjicitur Index alphabeticus rerum in præcedenti Catenâ contentarum.

3. VERSUS CONTINENTES SENTENTIAS IN QUALIBET DISTINCTIONE QUATUOR LIBRORUM SENTENTIARUM PETRI LOMBARDI. fol. 175.

4. VERSUS CONTINENTES SENTENTIAS IN QUALIBET DISTINCTIONE, ET CAUSIS, ET QUESTIONIBUS DECRETORUM. fol. 184.

Versus hi sunt quos Memoriales vocant.

A. IV. 5. QUARTO. 5. PARVUS TRACTATUS PERUTILIS CONTRA TEMPTATIONES DIABOLICAS. fol. 188.
Sic incipit: "Quia, sicut Apostolus ait, Sine Fide impossibile est placere Deo"—

6. SENTENTIE DIVERSORUM DOCTORUM SUPER PLURES TEXTUS DIVERSORUM PSALMORUM. fol. 192.
Excerpta videntur miscellanea è Scriptoribus antiquis.

7. EPISTOLA AURELIJ AUGUSTINI YPONENSIS EPISCOPI, DE TRANSITU JERONIMI AD CIRILLUM. fol. 201.
Sic incipit: "Gloriosissime fidei athleta, sancte matris Ecclesie lapis angularis"—
Eadem est, quæ inter Scripta Augustino supposita legitur, Epistola ad Cyrillum Hierosolymitanum de laudibus Hieronymi Stridonensis: Quæque ut spuria rejicitur, quia Cyrillus ante Hieronymum mortuus est.

8. CYRILLI AD AUGUSTINUM RESPONSIO. fol. 204.
Sic incipit: "Venerabili viro, Episcoporum eximio, Augustino Yponensium "Episcopo, Cirillus Jerosolimitanus Presul"—
Ejusdem est cum superiori Commatis.

6. DANIEL ET ESDRAS GLOSATI.

Exhibet hic Codex Textum cum Glossâ ordinariâ et interlineari. Textus in medio est, et utrinque appositam habet Glossam, nisi in partibus, quæ in Hebræo non leguntur: ut in Cantico trium puerorum; Historia Susannæ; et Beli atque Draconis; quibus nulla Glossa adjungitur. Interlinearis Glossa valde brevis est.

Esdras complectitur etiam Nehemiam.

Textus majoribus literis scribitur; minoribus Glossa Marginalis; Interlinearis minimis. Literæ acuminatæ sunt, et accuratè admodum formatæ. Hodierna Capitum distinctio non servatur. Videtur assurgere ad ætatem Hugonis de Puteaco Episcopi, qui obiit anno 1195: adeo ut annos 500 superet.

In fronte libri hæc nota scribitur a manu libro ipso non multo recentiori: "Hunc "librum dedit Frater Henricus de Goreham Deo et Sce Marie, et Sco Oswino: "(de Tynemouth) quem qui alienaverit, vel titulum deleverit, Anathema sit. AMEN." De hoc Henrico nihil compertum habeo.

7. ISAIAS GLOSATUS.

Habet in medio Textum cum Glossa Interlineari: Et utrinque in margine apponitur Glossa Ordinaria.

Scriptus est hic Codex pulchrè, literis rotundis; et pene ad 600 annos ascendere videtur. Sed scriptura prima desinit in versu 18vo Capitis 63ii: Quod sequitur (usque ad versum penultimum) est ab aliâ manu, Glossâque caret.

In fronte: "Liber Sancti Cuthbti de Dunelm. de le splendement."

8. 1. EVANGELIA 4: PROPHETE 12 MINORES: PARABOLE SOLOMONIS.

Lineæ in medio divisæ sunt: Literæ acuminatæ, minutæ, elegantes. In mar-

A. IV. 8.
QUARTO.

gine Evangeliorum notatur numerus Capitum ex distinctione hodiernâ: et in ipso Textu distinctio ista quandoque apparet. Sed ista Capitum notatio non videtur esse à primâ manu: tum quia distinctiones Capitum in Textu ei non semper respondent: & quòd deest in Prophetis, qui tamen Capitum distinctionem in Textu habent. Videtur igitur hic scriptus fuisse ante ætatem Hugonis Cardinalis, qui eam divisionem primus instituit; ut ad annos 500 accedere videatur.

Apponitur etiam alicubi in margine Harmonia Evangelica, secundum Canones harmonicos Eusebianos, qui veteri distinctioni (in minora segmenta, sive Capitula) respondent.

Ante Lucam Scriba Lectorem sic alloquitur: "Lectorem obsecro studiosè pa- "ginas recensentem libri hujus, ea que incautè contra eas stili percurrentes "designata vestigia sunt, non conjungat errori. Sed peto mee ignoscere ig- "norantie. Et quia obstinatio legentis amplicata virtus exercitat ad purum "dociles mentes suis favoribus meiq; memor benigne"—

Hujus excusationis sensum sanè non assequor. Non est igitur mirum, si in alterius verbis describendis sæpe erraverit, (quod multis in locis hic factum est) qui non potuit animi sui sensa ita expromere, ut intelligi posset. Eadem excusatio occurrit infra, (Cod. 14) in initio Lucæ glossati. Est ibi paulo emendatior; sed tanti non est, ut corrigatur.

Evangeliis subjunguntur Parabolæ Solomonis; literis minutioribus, sed elegantibus; et forte ab eodem scribâ: nullum est enim insterstitium inter eas et Prophetas. Sed desinunt in versu 4^to^ Capitis 26^ti^.

2. Marci Evangelium, et Isaias Propheta.

Ab aliâ manu sunt quàm superiores; Sed ejusdem videntur ætatis. Nullam habent Capitum distinctionem. Literæ sunt minutæ, sed elegantes.

3. Index alphabeticus rerum in libro, cujus nomen non apponitur, contentarum.

Imperfectus est; non enim ultra literam (P) producitur. Folia sequentia excidisse videntur.

4. Ut et Excerptorum gnomicorum ex Historico aliquo (Curtio ut videtur) Pars prior & finis etiam: Supersunt enim tantum libri 8^vi^ pars posterior, & 9^nus^.

Sequuntur ab eâdem manu Miscellanea ex variis Scriptoribus collecta, foliis 4.

5. Questiones quedam super libro 1^mo^ [Aristotelis] de Anima. 11 foliis.

6. Index alphabeticus in Valerium Maximum. 3 foliis.

7. Index alius in eundem paulo longior— 4½ foliis.

a quodam Magistro Remigio confectus. Cui statim subjicitur alius multo copiosior, (ab eodem forte congestus) 34 foliis.

Fuit: "Liber quondam Dompni Rici Byllyngham, per Dompnum T. Swalwell "Registro seu usui Cancellarii limitatus."

8. Subjicitur alia in eundem Scriptorem Tabula, sed incompleta: relinquuntur enim inter singulos pene Articulos interstitia vacua.

A. IV. 8. QUARTO. Ejusdem videntur ætatis hi Indices cum Indicibus reliquis in hac Bibliothecâ: Scilicet trecentorum, aut paulò ampliùs, annorum.

9. 1. De beato Francisco fragmentum.

Capita sunt tantum tria, folia duo. Sic incipit: "Franciscus de vallis Spole- "tanæ partibus, et civitate Assisij trahens originem, primùm Johannes vocatus "a matre, deinde Franciscus a Patre"—

Scriptura perplexa est et lectu difficilis.

Videtur fragmentum libri a Bibliopego discerpti.

2. Mathei Evangeliste Capita priora 13.

Capitibus primis 6 Scholia apponuntur, in reliquis desunt.

Habet hic tractatus hodiernam Capitum distinctionem; itaque non multo vetustior est anno 1260, quo auctor ejus primus obiit; sed nec multo recentior videtur.

Literæ minutæ sunt, et non inelegantes: Lineæ integræ.

3. Observationes quædam Postillatoriæ in varia S. Scripturæ loca, præsertim Veteris Testamenti; quæ interpretatione allegoricâ ad Christianæ fidei dogmata accommodantur.

Sic incipiunt: "Nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari "[3. Reg. 18. 44.] Ista verba, fratres karissimi, spiritualiter possunt exponi "de Virgine gloriosâ"—

Implent folia 10, sive paginas 20; quarum numerus in summo folio a primâ manu sic notatur, alba 1, alba 2.

Ante Albam 1 præfiguntur "Signa dilectionis Dei," paginâ unâ.

4. Nominum propriorum Biblicorum interpretationes, alphabetico ordine dispositæ. Folia sunt 14.

5. Postillarum superiorum continuatio quæ Bibliopegi (ut videtur) errore divulsæ, non junctæ leguntur; sed pluribus hujus Codicis locis sparsæ. Inter has enim et reliquas, quæ sequuntur, interjiciuntur Notæ in Lucæ Evangelium.

Sunt autem Postillæ istæ, sive Homiliæ, de Sanctis, et præcipuis anni Festis; ut videre est ex earum Indice qui huic Continuationi præfigitur.

Signantur autem tum Homiliæ istæ, tum Notæ in Lucam, vocibus quibusdam (ut videtur) technicis, quarum tamen rationem non video, quæ in summis foliis notantur, et paginarum numerum indicant. Sunt autem hæ: Alba quæ habet paginas 24: Ars 60: Bos 60: Cor 62: Dos 40: Ego 93: Flos 60: Grex 36. Hō [homo] 54. Continuationem hanc excipit Index alphabeticus rerum, tum in Homiliis, tum in Notis in Lucam contentarum; qui implet 10 folia.

6. Notæ in Lucam.

Sic incipiunt: "Fuit in diebus Herodis Regis &c. Hoc Evangelium secundum "Lucam habet quatuor partes principales, in quarum primâ agitur de Incar- "nationis misterio usque ad 4um Caput exclusivè."

A. IV. 9. QUARTO. Nota Scripta (ut mihi videtur) ab Eliâ Smith, eas Bonaventuræ tribuit; qui quidem scripsit notas in Lucam: sed nescio an has, cum opera ejus ad manum non sint.

Scriptura minuta est abbreviationibus intricata.

Folia sunt 142.

7. Sequuntur aliæ HOMILIÆ DE SANCTIS ET FESTIS PRÆCIPUIS.

Ejusdem sunt Scripturæ cum Notis in Lucam, et non multum diversæ ab Homiliis superioribus. Videntur ad annos circiter 400 ascendere.

Implent folia 80.

In initio: "Habeat hunc librum ꝯtus Couẽ [forte, Conventus Coventrensis] ex "dono revdl Magri Frīs Nicholai de Kēton ℙvincil [Kenton Provincialis.]"

10. MATHEUS EVANGELISTA. [MATTHÆUS GLOSSATUS.]

Matthæi verbis utrinque adjicitur Glossa ordinaria: Interlinearis etiam mediis lineis inseritur.

Textus majoribus scribitur literis, Glossa ordinaria minoribus, Interlinearis vero minutis. Omnes rotundæ sunt et elegantes.

In folio primo depingitur B. Salvator noster sedens; cujus lateri dextro appingitur, superiùs quidem Homo cum vultu humano; inferiùs, alius cum facie leonis (ut videtur) a sinistrâ superiùs Homo alter cum rostro Aquilæ; infra vero, alius cum Capite Bovis. Quibus allusum videtur ad quatuor animalia quæ thronum Dei circumstare dicuntur. Apocalypseos Cap. 4. ver. 6. Vel potius Evangelistas 4 denotare videntur: quod Matthæo hominem appingere solebant; Marco leonem; Lucæ bovem; Joanni aquilam. Desuper enim, duo Angeli volumen porrigunt, ab unâ parte Homini, ab alterâ Aquilæ; sub quorum pedibus protenditur manus hinc ad Leonem, inde ad Bovem. Quibus typis repræsentare voluerunt Inspirationem divinam in Evangelistas cœlitus delapsam.

In initio: "Liber Hugonis Epī. Lib Sc̄i Cuthbti." à manu vetustâ: à recentiori, "e communi librariâ Dunelm. in le Spendement."

Hugo Episcopatum adiit anno 1153: iste vero Codex antiquior videtur.

11. MARCUS GLOSATUS.

Textus hîc exhibetur (ut in aliis Codicibus) cum Glossâ ordinariâ et interlineari.

Literæ rotundæ sunt et elegantes. Libro superiori æqualis, aut etiam antiquior videtur.

In initio: "Liber Sc̄i Cuthb. de Dunl. in le Spendement."

12. MARCUS GLOSATUS.

Textum habet hic Codex et Glossas ut reliqui.

Literæ rotundæ sunt et elegantes. Ætate par est libro præcedenti.

In initio: "Liber Sc̄i Cuthbti. in le Spendement."

A. IV. 13. LUCAS GLOSATUS.
QUARTO.

Textus hic est cum Glossis, ut supra.

In fine libri hæc nota legitur: "Dicitur quòd in Primitivâ Ecclesiâ omni quintâ "feriâ faciebant processionem in memoriam eductionis Discipulorum in Bethaniam, "et Ascensionis Domini in Celum; et Discipulorum etiam in Templo laudantium et "expectantium. Que postea translata est in diem Dominicam, & fit singulis die-"bus Dominicis. Alij dicunt quod Processio fit in diebus Dominicis, ad significan-"dum, quod Discipuli secuti sunt in Galileam: unde in quibusdam Ecclesiis sta-"tionem faciunt in Galileâ."

Hanc notam exscripsi, ut pateret Mos Ecclesiasticus Processiones faciendi, saltem ante eam ætatem, qua Codex hic Scriptus est. Quære an Galilæa in Occidentali parte hujus Ecclesiæ [Dunelm.] nomen inde traxerit, quod Processiones et Stationes istæ in eâ fierent.

Literæ rotundæ sunt et elegantes. Æqualis est hic Codex præcedenti; vel etiam antiquior.

In initio: "Duneł. in le Spendement."

14. LUCAS GLOSATUS.

Textus hic exhibetur cum Glossis, quales in superiori libro.

Literæ rotundæ sunt, nec inelegantes. Ætate præcedenti æqualis videtur.

In initio: "Liber Sc̃i Cuthb̃ti. ex dono Joh̃is de Jarwe de le Splendement."

In fine: "Hic liber est scriptus: qui scripsit sit benedictus. AMEN."

15. 1. EVANGELIUM SANCTI JOHANNIS.

Eleganter scriptum est, et crebris literis coloratis distinctum. In initio libri leguntur 50 circiter nomina Saxonicis literis exarata: "Ailpi pr. Wlfkirel. Ailpapr. &c. Crediderim esse nomina Prioris et Monachorum; nisi quod literæ Pr. pluribus nominibus apponuntur: forsan igitur Presbyterum denotant."

Lineæ sunt continuæ; Literæ mediocres, rotundæ, elegantes.

Evangelio subjiciuntur GLOSSÆ IN JOHANNEM, diversæ ab editis.

Præfigitur eis hoc distichon:

"Invoco te, Verbum per quod sunt cuncta creata:<br>
"Da mihi notitiam, de te da scribere vera."

Glossa sic incipit: "In principio erat Verbum—Verbum substantiale intelligitur "quod in ipso homine manet intus, quod de sono intelligitur, non ipse sonus "qui transit"—

Desinit in Capitis $21^{mi}$ versu $18^{vo}$. Implet folia 39.

Lineæ in medio divisæ sunt: Literæ minutæ, rotundæ; ab eodem scribâ a quo Glossa.

A. IV. 15. QUARTO. Sic desinit: "Pasce oves meas—Pascere oves est credentes in Christo ne a fide "deficiant confortare; sed in Fide magis et magis proficiant. Pascere, est terrena subsidia, si necesse est, providere, et exempla virtutum cum verbo predicationis inpendere, adversariis obsistere, errantes subditos corrigere. Si "diligis me pasce oves meas: meas, non tuas: meas oves, tibi commendatas "scito: ut meas rege. Gloriam meam in eis quere non tuam. Ne te ames, "sed me: ne sis mercenarius; ne lucrum secteris: ne timore cedas, ne eleveris "honore: Mortem etiam pro ovibus meis pati ne timeas. Unde etiam postquam pascendas oves, i. e. docendas, Petro, qui est figura omnium Doctorum, commisit, subsequenter addit, dicens, Amen, Amen, dico, cum esses "junior, cingebas te, et ambulabas ubi volebas."

Sequuntur duæ aliæ Observationes, non hujus loci, sed superiùs in locis ibi notatis inserendæ.

3. Tractatus de Trinitate.

Quinque habet partes: (1) de Destinctione trium Personarum. (2) adversus Calumnias Fidelium. (3) Invectiones in Dialecticos. (4) Salutiones adversus Objecta. (5) de ratione Credendi.

Sic incipit: "Summi boni perfectionem, quod Deus est, ipsa Dei sapientia incarnata, Christus Dominus describendo, tribus nominibus diligenter distinxit."

Sic desinit: "Sicut Nestorius blasphemat; sed Homo in Deo, et in Homine "Deus."

Literæ minutæ sunt. Implentur folia 11.

In initio libri hæc nota legitur.

| | |
|---|---|
| "Evangelium Joh. | "Liber Sci Cuthbti de Dunelm." |
| "Glose sup Johem. | ab aliâ manu. |
| "Tractatus de Trinitate. | "de le Splendement." |

Cum notæ superioris Scriptura libro ipsi similis sit, videri possit, Codicem hunc in Monasterio ipso descriptum fuisse, ante annos circiter 600.

Literarum forma rotunda est.

16. 1. Evangelium Johannis, cum Glossa ordinaria et interlineari.

Literæ rotundæ sunt: in Textu majores, Glossarum minores.

2. Bede Tractatus in Tobiam.

Auctoris nomen in fine legitur.

Brevis est foliorum trium libellus.

Literæ sunt minutæ, rotundæ, quales in superiore Glossa; et ab eâdem quidem manu.

3. Homilia in Marci Caput 11. vers. 1, & sequentes.

Trium tantum foliorum est.

Scripta est literis rotundis, majoribus; ab aliâ quidem manu, non tamen dissimili; sed eâdem (ut videtur) ætate; ante annos circiter 600.

A. IV. 16. QUARTO. 4. AUGUSTINUS IN GENESIN AD LITERAM CONTRA MANICHEOS.

Desinit in libri 6ti Capite 4to.

Literæ rotundæ sunt. Videtur superioribus non recentior.

5. GLOSE IN CANTICUM CANTICORUM, ET LIBRUM SAPIENTIE.

In Canticum longiores sunt; implent enim folia 15: in Sapientiam vero breviores; sunt enim tantum folia 8: sed non producuntur ultra versum 28vum Capitis 14ti.

Glossæ in Canticum sic incipiunt: "Juxta numerum Vocabulorum suorum ...... Volumina edidit"—

In Sapientiam sic: "Discipline duplex Scientia est; prima Practice, i.e. Actualis; que emendatione morum, et purgatione vitiorum perficitur: altera Theorice"—

Lineæ in medio folio divisæ sunt: Literæ rotundæ, minutæ, elegantes. Videtur hic tractatus superare annos 500.

6. LEONIS PAPE SERMO IN NATALI DOMINI.

Sic incipit: "Salvator noster, dilectissimi, hodie natus est, gaudeamus"— Est Leonis sermo 1us in Nativitate Domini.

Ætate superioribus par videtur. Unam implet paginam.

Pagina altera habet Observationes paucas, e Scriptore (ut videtur) aliquo excerptas.

17. TRACTATUS NOVEMDECIM.

1. MAGISTRI HUGONIS EXPOSITIO SUPER PROLOGUM GENESEOS; quam sequuntur ALIA IN S. BIBLIA ISAGOGICA: & NOTÆ AD LITERAM DE GENESI, fol. 6. DE EXODO. fol. 14. DE LEVITICO. fol. 18. EJUSDEM (ut videtur) AUCTORIS GLOSSÆ sive, EXPOSITIONES VOCUM DIFFICILIORUM, secundum ordinem librorum Biblicorum dispositæ. fol. 21.

Quis fuerit hic Scriptor, nisi forte Hugo de Sancto Victore, nescio.

2. OROSIJ QUESTIONES, ET AUGUSTINI RESPONSIONES. fol. 42.

Sic incipiunt: "Licet multi et probatissimi viri, diverso quidem studio"—

3. DE QUODAM CLERICO [PARABOLA.] fol. 48.

Sic incipit: "Erat quidam Clericus, nomine, non vitâ, Religionis officio functus; "sed religiosis operibus valde destitutus"—

4. AURELIJ AUGUSTINI DOCTORIS LIBER AD PAULUM & EUTROPIUM de Perfectione Justitiæ hominum: adversus eos qui asserunt hominem fieri posse Justum solis suis viribus. fol. 49.

Sic incipit: "Sanctis fratribus, et Coëpiscopis Eutropio et Paulo."

Respondet Cœlestio Pelagiano.

Editus est hic liber in Tomo 7mo operum Augustini, edit. Lovan.

5. AUGUSTINUS DE NATURA ET GRATIA AD TYMOSIUM & JACOBUM. fol. 52. b.

Sic incipit: "Librum quem misistis, charissimi filij, Tymosi et Jacobe"—

Scriptus est et hic liber contra Pelagianos. Meminit ejus Augustinus in Retractationum lib. 2. Legitur in tomo 7mo operum ejus, ed. Lov.

A. IV. 17. QUARTO. 6. AUGUSTINI LIBER DE CORREPTIONE ET GRATIA AD VALENTINUM MONACHUM. Fol. 67.

Sic incipit: "Lectis literis vestris, Valentine frater dilectiss[e]."

Editus est in tomo 10[mo] editionis Benedictinæ.

7. AUGUSTINI LIBER 1[mus] DE PREDESTINATIONE SANCTORUM, AD PROSPERUM ET YLARIUM. fol. 75. b.

Sic incipit: "Dixisse quidem Apostolum Sciamus [scimus] in Epistolâ ad Phili-" penses, Eadem scribere vobis mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum "est"—

Extat Tomo 7[mo] Editionis Lovaniensis.

8. AUGUSTINI LIBER 2[us] DE BONO [DONO] PERSEVERANTIE. fol. 84. b.

Sic incipit: "Jam de Perseverantiâ diligentius disputandum est"— Extat ibidem.

9. AUGUSTINI LIBER DE NATURA BONI. fol. 97.

Sic incipit: "Summum bonum quo superius nihil est, Deus est."

Meminit hujus tractatûs Augustinus in libro Retract. 2[do] Capite 6[to]. Extat in operum tomo 6[to] Edit. Lovan.

10. AUGUSTINI OMELIA DE DECEM PRECEPTIS LEGIS, ET DECEM PLAGIS EGYPTIORUM. fol. 103.

Sic incipit: "None sine causâ est, fratres dilectissimi, quod Preceptorum Legis "Dei numerus cum numero plagarum quibus Egyptus percutitur, exequari "videtur."

De hac Homilia vide quæ dicta sunt infra, ad B. II. Cod. 4. tract. 9. et Cod. 29. tract. 29.

11. MARTINI EPISCOPI LIBELLUS DE QUATUOR VIRTUTIBUS; i. e. PRUDENTIA, FORTITUDINE, TEMPERANTIA, ATQUE JUSTITIA, AD MIRONEM REGEM. fol. 104. b.

Sic incipit: "Incipit Prologus. Gloriosissimo atque tranquillissimo Regi Mironi Martinus humilis Episcopus. "Non ignoro, clementissime Rex, flagran-"tissimam tui animi sitim Sapientie"—

Et inferius: "Incipit formula vite honeste. Quatuor Virtutum species"—

Occurrit hic libellus infra, B. IV. 16. tract. 10.

Martinus hic Episcopus ille Turonensis videtur, vitæ Sanctitate et Miraculis clarus; cujus vitam Sulpicius Severus descripsit. Hujus vero libelli Bibliothecarij Ecclesiastici non meminerunt.

12. AUGUSTINI EPISTOLA AD VALENTINUM. folio 106. b.

Sic incipit: "Venerunt ad nos duo juvenes, Cresconius et Felix"— Est Epistola 46, in Edit. Lovan.

13. AUGUSTINI ALIA AD EUNDEM EPISTOLA. folio 107.

Sic incipit: "Cresconium, Felicem, et alium Felicem, Dei servos"— Est Epistola 47 ejusdem Editionis.

14. PROSPERI EPISTOLA AD AUGUSTINUM. folio 108.

Sic incipit: "Ignotus quidem tibi facie"—

A. IV. 17. QUARTO. 15. YLARIJ [HILARIJ] ARELATENSIS EPISCOPI, EPISTOLA AD BEATUM AUGUSTINUM. folio 110.

Sic incipit: "Si cessantibus contradicentium questionibus, grate sunt"—

16. AUGUSTINI DISPUTATIO CONTRA FELICIANUM HERETICUM. folio 112.

Sic incipit: "Extorsisti mihi, dilectissime fili, ut de unitate Trinitatis."
Extat in Tomo 6^to^ Edit. Lovan. ubi vocatur "Liber."

17. SIMBOLUM A BEATO AUGUSTINO. folio 118.

Sic incipit: "Credimus in unum Deum, Patrem omnipotent."
Non invenio inter opera Augustino falso aut vere adscripta.

18. DE SACERDOTE QUODAM [HISTORIA.] folio 118 b.

Sic incipit: "Sacerdos quidam erat Parochie"—

19. DE CLERICO QUODAM [HISTORIA.] folio eodem.

Sic incipit: "In suprâ dictâ civitate Papiâ, erat quidam Clericus"—

Hujus Codicis scriptura non inelegans est: Lineæ in medio folio sunt divisæ: Literæ modicè acuminatæ: ad annos 500 accedere videtur.

18. TRACTATUS 4; QUORUM PRIMUS GROSTHEAD.

1. [ROB. GROSTHEAD, LINCOLNIENSIS EPISCOPUS, DE OCULO.]

Liber in initio imperfectus est; nec Auctoris nomen adscribitur. Sed ejus esse constat ex alio codice hujus Bibliothecæ integro B. III. cod. 18. tract. 9.

Tractatus iste allegoricus est et moralis.

Lineæ indivisæ sunt et continuæ; Literæ cursivæ. Videtur hic tractatus scriptus ante annos circiter 300.

2. Sequuntur FOLIA 6, quæ videntur LIBRI SUPERIORIS PARS, extra locum suum Bibliopegi errore posita: Scriptura enim eadem est; & argumentum idem tractatur.

3. GLOSSÆ IN APOCALYPSIN.

Imperfectæ sunt in initio: neque enim ante Caput 12^mum^ incipiunt; et Capite 19^no^ desinunt: et sic etiam folia implent pene 200.

Lineæ in medio divisæ sunt. Scriptura superiori tractatui similis est, et ejusdem videtur ætatis.

4. Sequuntur GLOSSÆ IN APOCALYPSIN ALIÆ, quæ incipiunt a Capitis 18^vi^ versu 23^tio^, et desinunt in Capite 20^mo^. Nisi tamen folia per errorem transposita fuerint: quod sanè suspicor. Observo enim quædam Capitis 4^ti^ commata in his foliis explanari. Implentur folia 19.

Lineæ sunt continuæ: Scriptura minuta est, et superioribus Glossis (ut videtur) antiquior.

Quæ sequuntur folia 22, videntur esse earundem Glossarum continuatio. Interponitur quædam pagina vacua. Sed Scriptura omnium eadem est. Incipiuntur a Capitis 21 versu 13^tio^, et ad finem libri deducuntur.

A. IV. 19. QUARTO. Ecclesiæ Dunelmensis Liber Pontificalis et Ritualis, (ut Humfredo Wanleio, viro harum literarum peritissimo, videtur) cum versione interlineari Dano-Saxonica.

Multas solennes Precum et Rituum formulas complectitur.

Cæterum hujus libri recensione ideo hîc supersedeo, quia eum accuratè descripsit doctissimus Wanleius, in Catalogo suo librorum Saxonicorum, paginâ 295.

Scriptus est autem hic Codex literis Saxonicis: Versio quidem ab Aldredo Presbytero, cujus manum hic agnovit Wanleius, quique sub Ælfredo Rege (seculo nono exeunte) floruit. Librum autem ipsum aliquanto antiquiorem esse probabile est: ut ad annos 900 assurgere videatur. Scriptus est a pluribus scribis, non ineleganter: Sed legentium contrectatione sordes contraxit. *(Vide Appendicem.)*

20. Breviarium Romanum.

Volumen crassum est; imperfectum tamen, et in Initio, et Medio, et Fine.

Operæ pretium fuerit conferre hunc Codicem cum hodiernis Breviariis: magna enim diversitas est cum in Ordine, tum in Rebus ipsis.

Exhibentur hic.

1. Ordo Officij divini in diebus Dominicis.
   Multa hic deesse videntur; non enim incipit ante Festum Paschatis; ex quo deducitur ad finem anni.
2. Psalterium.
   Folium primum, et Psalmi omnes a 79 [80] ad 118 [119] versum 140 desunt.
   Psalmi hîc locum habent tanquam Officij divini pars: ut colligere licet ex Antiphonis, Responsis, Versiculis, Hymnis, quæ crebo iis interponuntur, ut in reliquis Officiis. Intermiscentur etiam Cantica quædam Biblica: ut, Mosis, cum Egyptii Mari Rubro demersi essent: et Annæ, ob natum filium Samuelem: et Hymni Ecclesiastici. Psalmos sequuntur, (1) Hymnus D. Ambrosij dictus: [Te Deum laudamus.] (2) Trium puerorum: [Benedicite omnia opera Domini.] (3) Zachariæ: [Benedictus Dominus Deus Israel.] (4) Symeonis: [Nunc dimittis servum tuum Domine.] (5) Litania: cujus tamen Preces ultimæ amissæ sunt.
   Psalterij integri repetitio continua, nullis Precationibus interrupta, non est Pars hodierni Missalis, aut Breviarij.
3. Ordo Officij divini in diebus Festis. Horum Officiorum et Initium et Finis deest; et in Medio etiam hiatum observavi: Dimidiam tamen Voluminis partem implent.

   Codex hic pulchrè scriptus est; lineis in medio divisis; literis acuminatis. Rubricæ miniatæ sunt: et Literæ majores rubræ vel cæruleæ. Videtur habere annos circiter 400.

A. IV. 21. OCTAVO. USHER (AB^r JAMES) 19 SERMONS PREACH'D AT OXFORD IN Y^e YEAR 1641, upon these Texts:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hebr. 4. 7. 2 Sermons. | Page 1, 22. | John 1. 12. | Page 173. |
| Galat. 6. 3, 4. | 40. | Ephes. 1. 13. | 195. |
| —— 3. 22. | 68. | 1. Cor. 11. 29. | 219. |
| Ephes. 2. 1, 2, 3. | 54. | Hebr. 4. 16. | 235. |
| Lament. 1. 16. | 85. | Rom. 5. 1. 3 Sermons | 260. |
| Rom. 6. 23. | 101. | Psalm 124. 6. | 336. |
| Revel. 21. 8. | 117. | Rom. 1. 1, 2. | 358. |
| Philip. 2. 5, 6, 7, 8. | 140. | | |

In primâ paginâ hæc nota legitur: "Viro colendissimo Magr̃o Sylvestro hasce "Reverendissimi Archiepiscopi Conciones, cultûs et amoris ergo, lubens donavit, "Martij Idibus 1641, Henricus Wilkinson." Conciones igitur hæ (ex dicentis ore, ut videtur, notis primùm exceptæ) in Codicem hunc chartaceum transcriptæ sunt eodem anno quo habitæ fuere. Sed editas fuisse opinor: nam, in Catalogo Scriptorum ejus, Epistolis præfixo, hic liber occurrit, "Volumen Concionum "Oxonij coram Rege et alibi habitarum, post mortem ejus editum." Obiit autem Anno Dom. 1655. Librum vero editum non vidi.

Magister hic Sylvester fuisse videtur Edvardus ille Sylvester, Scholæ Grammaticæ Oxonij per multos annos moderator, ex quâ prodiere plures eruditionis laude postea florentes viri: Joannes Owen, Ædis Christi Decanus: Joannes Wilkins Episcopus Cestrensis, et Henricus Wilkinson, Aulæ Magdalenensis Præfectus idem (ut puto) qui hunc Codicem ei dono dedit. Obiit Anno Dom. 1653.

De eo vide Athenas Oxon. Vol. 2 in Fastis, Col. 21. Ed. 2.

22. CODEX MEMBRANACEUS IN 8^vo qui sequentes complectitur tractatus.

1. AN EXPOSITION OF THE LORD'S PRAYER. pag. 1.
   Sic incipit: "Word for to turn the Sinfull. Now hast thou herd my dere frend "how our Lord schewith to us the swete love that God and he han to us"—
2. THE LETTINGS OF PRAYER. page 98.
   Sic incipit: "Here folewith twelve lettyngis of Praier"—
3. OF CHARITY. page 105.
   Sic incipit: "Charitie is a love that we schulden have to God, for as much as he "is almighti! also Charitie is a love to our neighbore for God"—
4. OF ADAM AND EVE, AND THEIR CHILDREN. page 116.
   Sic incipit: "This that sueth was doon after that Adam was cast out of Paradiis. Whane Adam and Eve weren caste out of Paradiis, they maden them "a Tabernacle, and wepten after sevene daies, and maden greet doel, and "after sevene daies thei bigan to hungre"—

A. IV. 22. OCTAVO. 5. Of Prophecies. page 133.

Sic incipit: "There ben thre maner of Prophecies geven: that is, of that that is "pasid; of that that is present; and that that is to come"—

6. Several Observations collected out of yᵉ Scriptures. page 135.

Sic incipiunt: "It is writen in the Sixth of Genesis that the length of the "schip"—

7. Of the Crede. Supra inseri debuit. page 103.

Sic incipit: "Also as touching the Crede, we shall undurstonde thre matters"—

Codex hic descriptus videtur ante annos circiter 300. Quære, an Wiclefi fuerit.

23. Tractatus duo.

1. Contenta singulorum Librorum et Capitum in Bibliis Sacris. Brevis est Summa Rerum in libris Sacris contentarum, Scripta ante annos 300 aut plures.

In fine Scriba subjecit versum hunc barbarum: "Explicit expliceat: ludere "scriptor eat."

Lineæ indivisæ sunt: Literæ minutæ.

2. Tractatus alius, argumenti (ut mihi videtur) non dissimilis:—Sed priori multo prolixior est, et multas Observationes immistas habet. At quales eæ sint, dicere sane nequeo: nam et Literæ pessimè formatæ sunt; et tota scribendi ratio adeo intricata est et perplexa, ut vix ullibi duas integras sententias legere potuerim. Neque visum est operæ pretium multum temporis ei extricandæ impendere.

Imperfectus est: quæ enim Ecclesiasticum præcesserant exciderunt.

24. Tractatus duo.

1. Libellus Precum græcè. Titulum non habet.

Sic incipit: "Αρχὴ τοῦ ἀπὸ δείπνου." Si hic libri Titulus est, videtur esse Officium Vespere post Cœnam recitari solitum. Nulla ejus mentio (quantum video) vel ab Allatio, vel a Caveo facta est: itaque ineditum esse suspicor. Nec sanè dicere possum, fueritne Officium publicum in Ecclesiâ recitandum, an Enchiridion Precum in privatorum usum compositum. Ut enim Precum harum nonnullæ a pluribus simul, ita nonnullæ etiam ab hominibus singulis dicendæ sunt. Exempli gratia: "Ημάρτηκα Ιησοῦ μου γλυκύτατε, εὔσπλαγχνε Ιησοῦ "καὶ σῶσόν με τὸν προσφυγόντα τῇ σκέπῃ σου, Ιησοῦ μακρόθυμε, καὶ βασιλείας τῆς σῆς με ἀξίωσον."

Scriptus est in chartâ bombycinâ; literis minoribus, non inelegantibus, ante annos 400 aut plures.

Habet folia 40.

2. Penitentia per totum annum.

Iste quidem titulus folio primo inscribitur, idque a primâ manu; sed non videtur

A. IV. 24.
OCTAVO.

convenire libro toti. In priori enim parte (quæ habet folia 23) sunt tantum Hymni quidam, et Preces e Breviario Collectæ, et secundum ordinem Festorum dispositæ.

Sequitur Penitentia generalis in Dominicâ, et ceteris diebus Septimanæ per totum annum, ubi non habetur vel injungitur alia, ad secundumque arbitrium Confessoris augenda vel minuenda. Constat hoc Officium ex Psalmis aliquot Pœnitentialibus, et Orationibus. Habet folia 13.

Sequuntur Exordia Orationum aliquot; et alia quædam huc spectantia: foliis 10.

Scriptus est hic Codex in Membranâ, a pluribus Scribis non ineleganter: ante annos 300, aut amplius.

25. Liber Orationum et Meditationum Sacrarum.

Præter plures Orationes ad Deum et Sanctos, hæ inseruntur Meditationes, scilicet,

1. Ad Dominum Jesum Christum, cum recordatione beneficiorum suorum, et ad accendendum amorem in ipsum.
Sic incipit: "Domine Jesu Christe"— Fol. 2.

2. Laus summe Trinitatis, pro beneficiis in quibus misericorditer nos respexit. Sic incipit: "Te summam et individuam"— Fol. 7.

3. Ad Mariam. 11.
Sic incipit: "Maria, tu illa magna Maria"—

4. Ad Andream. 14, b
"Sancte et pie Andrea"

5. Ad Sanctum Stephanum. 18.
"Sancte Stephane, beate Stephane"

6. Ad Sanctum Nicholäum. 25, b.
"Peccator homuncule"—

7. Ad Sanctum Martinum. 35, b.
"Sancte et gloriose Confessor Christi Martine"—

8. Ad Sanctum Benedictum. 38, b.
"Sancte et beate Benedicte"—

9. Deploratio Virginitatis malè amissæ. 47, b.
"Anima mea erumnosa."

10. Meditatio ad concitandum timorem. 53, b.
"Terret me Vita mea."

11. Nostre Redemtionis, Anselmi. 58, b.
"Anima Christiana"—

A. IV. 25. 12. De Trinitate, Carmen. Fol. 69, b.
OCTAVO. "Pater, cujus omnia verbo sunt patrata"—

13. Ad Mariam, Contemplatio. 71, b.
"Sancta, et inter Sanctos post Deum"—

Scriptus est hic Codex non ineleganter, literis majoribus pictis et deauratis; ante annos circiter 300. Folia habet 96. In Angliâ scriptum fuisse ostendunt Argumenta Orationum quarundam Anglico sermone, fol. 93, 94, 95, 96. Et Versus hi (fol. 9, b.) quos, ut linguæ nostræ eâ ætate Specimen, huc transcripsi. Alloquitur Angelum tutelarem:

"Myn Angel that art to me ysend
"Fro God to be my Governour,
"Fro all yvyl thu me defend;
"In every dyssese be my succour."

Sed præter hæc accesserunt alia quædam ab aliâ manu, scil. in Initio. Precationes quædam, foliis 4.

| | | |
|---|---|---|
| In Fine: | Officium Misse de 5 Vulneribus Christi. | foliis 6. |
| | Officium Misse de Nomine Jesu. | foliis 5. |
| | Preces aliæ quatuor— | foliis 2. |

26. Mr Monginot: a Resolution of Doubts: or, a Summary Decision of the Controversies between the Church of Rome, and the Reformed Church: Written originally in French by Fr. Monginot, one of the King of France's Physicians: Translated by a true Protestant, and an honourable hearty anti-socordist: conteining the Causes & Reasons that mov'd the said Monginot to forgo the Romish Church, and to adhere to the Reform'd Church.

Habet hic libellus folia 48. Editus est Gallicè Rupellæ [a la Rochelle] anno 1617. An Anglicè hactenus prodierit, nescio.

27. Richardson (Sam.) Justification by Christ alone. A fountain of life and comfort, declaring, that the whole work of Man's salvation was accomplished by Jesus Christ upon the Crosse; in that he took away, and healed all his from all sins; and presented them to God holy, without fault in his sight. And the Objections against this are answered; for the consolation of such as believe: & that they may not ascribe that which is proper to Christ's Priestly Office, to their believing.

Liber hic Antinomorum Causam propugnare videtur. Chartaceus est; & Scriptus circiter annum 1647. Fuit forte hic Codex ab Auctoris ipsius manu: editum

A. IV. 27. OCTAVO. enim fuisse ostendit Nota in Paginâ post Titulum adscriptâ: nec probabile est quenquam operam suam collocare voluisse in describendo codice qui nuper editus fuisset. Habet folia circiter 50.

28. BEDA IN APOCALYPSIN.

Sic incipit: "Incipit Prologus Bede in Apocal. Exul ab humano dum pellitur " orbe Johannis. Et vetitur caeci carnere regna soli"—

Liber sic: "Apocalipsis Sči Johannis, in qua bella et incendia intestina Ecclie " sue."

Scriptus est hic Codex literis paulo majoribus, rotundis, ante annos circiter 600.

In folio primo: "Liber Sči Cuthberti de Dunelm̃. In le Splendement."

29. 1. RAYMUNDI DE PENNAFORTI SUMMA DE CASIBUS PŒNITENTIALIBUS, ET DE MATRIMONIO, LIBRIS 4.

Nec Scriptoris, nec Libri nomen vel in Initio, vel Fine ponitur: sed idem est hic tractatus cum his duobus, B. I. 29. et C. II. 10. tract. 2. in quibus utrumque legitur.

Sic incipit: "Quoniam, ut ait Jeron. secunda post naufragium tabula"—

Initio libri præfigitur ab aliâ manu, literis minutissimis, Tabula alphabetica rerum in hoc tractatu (ut videtur) contentarum.

Tabulam hanc sequitur Brevis expositio (Gallicè Scripta) Orationis Dominicæ; quæ sic incipit: "Peter noster qui es in celis—Ceo est a dire Pere nostre qe est en Cels"—

Unicum tantum folium est cum dimidio.

Deinde Capitum singulorum in his quatuor libris argumenta; idque a primâ (ut videtur) manu.

1. Postea DECRETALIUM TITULI. Repetuntur in fine libri, idque a primâ manu.

Titulos istos excipit Tabula, sive (ut hic vocatur) Arbor Consanguinitatis et Affinitatis: ejusque in opposito folio explicatio: literis admodum minutis, sed elegantibus, idque a primâ manu.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis exiguis, acuminatis, elegantibus; ante annos 400, aut etiam plures.

2. LIBER DE MISERIA HUMANE CONDITIONIS EDITUS A LOTHARIO Diacono Cardinali Sanctorum Sergi et Bachi, qui postea INNOCENTIUS PAPA appellatus est.

Prologus sic incipit: "Domino Patri karissimo, P. Portuensi Episcopo Lo- " tharius"—

Sunt Innocentij 3ii Libri tres de Contemtu Mundi vulgo dicti; sæpiùs editi.

Præfiguntur Capitum argumenta.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis parvis, acuminatis, non invenustis. Sed, quod dolendum, imperfectus est: deest enim quicquid sequitur Caput 18vum libri 2di.

Recentior aliquanto videtur tractatu præcedente.

A. IV. 29. OCTAVO. 3. BREVIS EXPOSITIO ARTICULORUM FIDEI; 7 (4) PETITIONUM; 7 DONORUM; 8 (5) BEATITUDINUM; 7 (6) VITIORUM; 16 (1) PRÆCEPTORUM; 7 (2) SACRAMENTORUM; 7 (3) VIRTUTUM.

Sic incipit: "Ad Instructionem Juniorum, quibus non vacat opusculorum variorum prolixitatem perscrutari"—

Scriptus est hic tractatus lineis integris; literis parvis, acutis, inter se implexis: ante annos 300, aut amplius. Habet folia 42.

4. PEN'IE [PENITENTIE TAXATE IN CANONE.]

Sic incipit: "In Decretis Gz. [Gratiani] f. Presbiter, taxatur Penitentia Sacer- "dotis fornicantis"— Sunt Casus 33: folia 3.

Scriptura eadem est cum Expositione præcedente.

30. BIBLIA SACRA.

Scriptus est hic Codex in Membranis tenuissimis, atramento nitenti, Literis, minutis, elegantibus; ante annos 400 aut plures.

Præfigitur Calendarium; et Indiculus Lectionum ex Epistolis et Evangeliis diebus Dominicis et Festis recitari solitarum.

In fine Subjicitur Index alphabeticus nominum propriorum, cum Interpretatione Latinâ.

Vir reverendus Hen. Bland S. T. P. hujus Ecclesiæ Decanus, Codicem hunc Bibliothecæ dono dedit, A. D. 1729.

31. COSIN'S (JOHN B^r OF DURHAM) MSS. SERMONS. Ex dono Geo. Smith A.D. 1740.

Liber chartaceus in octavo minori, Conciones has nunquam in lucem prodiise liquet. Sunt ab ipsius manu, et tandem in unum volumen redactæ. Quibus locis et causis habitæ, ferè ex primâ cujusque concionis paginâ satis patet.

| TEXT. | PREACHED AT |
|---|---|
| 1. Psal. cxxix. 5. | Paris, coram Duce Jacobo 11 Sep. 1650. |
| 2. St. John i. 9 & 10. | Ibid. in festo Nat. Xp̃i 1651 coram Rege Carolo. |
| 3. 1 Tim. iii. 16. | Paris, in festo Nativ. Christi 1655 coram Jacobo &c. |
| 4. 1. Tim. iii. 16. | Paris, in festo 1. post Nativ. Dñi 1655. |
| 5. Matth. ii. 2. | Paris, Jan. 5. 1653. Dom. 2ª. post Nativ. Dom. |
| 6. John xx. 9. | Paris, Apr. 16. 1651. In octava resurrectionis. |
| 7. Genes. iii. 13. | Paris, Febr. 12. 1651. Domin. Sexagesimæ. |
| 8. Genes. iii. 13. 14. | Paris, Mar. 5. 1651. 2 Dom. Quadrages. |
| 9. Genes. iii. 13. | Paris, Mar. 26. 1651. 5 Dom. Quadrages. |

A. VI. 31.
OCTAVO.

| Text. | Preached at |
| --- | --- |
| 10. Act. i. 9. 10. 11. | Paris, May 21. 1651. |
| 11. Matth. xiii. 24 &c. | Paris, 1651. |
| 12. Matth. xiii. 24. 25. | Paris, Jun. 11. 1651. |
| 13. Matth. xiii. 27. 28. | |
| 14. Act. ii. 1. | This is a copy of Dr. Tho[s] Lushington's Recantation Sermon. See Wood's Athenæ, vol. 2. p. 262. *Nota a manu Smith.* |
| 15. Luke xiv. 16. | Branspeth 1628. |
| 16. Matth. iv. 6. | A Lent Sermon. |
| 17. 2 Corinth. v. 1. 2. | At the Funerall of M[ris] Dorothie Holmes, sister to y[e] R[t] R[d] Father in God y[e] L[d] B[p] of Duresme, at S[t] Martin's in y[e] Fields, June 17, 1623. Obiit Jun. 14. |
| 18. Rom. viii. 14. | In festo Pentecostes. Durham 1632. |
| 19. John ii. 1. 2. | At Datchet neare Windsore, 2[d] Sund. after Epiph. 1624, at y[e] marriage of M[r] Abrah. de Laune & M[rs] Mary Wheeler. |
| 20. Matth. ii. 1. | At S. Edward's in Cam. 6 Jan. 1621. At Coten. 2. post Epiph. At Durham house 5 Jan. die Dominico 1622. |
| 21. Exod. xx. 3. | Branspeth 8 Jul. 1632. |
| 22. —— xx. 3. | |
| 23. —— xx. 8. | Branspeth 1633. |
| 24. —— xx. 9. 10. | |
| 25. —— xx. 10. | |
| 26. Joh. xx. 21. 22. | Dom. 1. Adventûs Dec. 3. 1626. at the Consecration of Dr Francis White, B[p] of Carlile, in Durham house Chappell, at London. |
| 27. Psal. cxxii. 6. | |

## B. I. FOLIO.

B. I. FOLIO. 1. Petri Lombardi Sententiarum libri 4.

In initio libri 1[mi] et 4[ti] Notæ quædam marginales adscribuntur.

Argumenta singulorum Articulorum, sive Sectionum sunt miniata.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis mediocribus rotundis; non multò (ut videtur) post Petri ipsius mortem, quæ in annum 1164 incidit.

Sententiarum libris præfiguntur quatuor folia: in quorum

1[mo] Delineantur omnes libri Biblici hoc ordine: [vide A. iii. 23.]

Theologia:

Vetus Testamentum:

Lex: (5) Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Prophete: (8) Josue, Judices, Samuel 1, 2. Regum 1, 2. Isaias, Jeremias, Ezekiel. 12 Prophete.

Hagiographa: (9) Job, Psalterium, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Daniel. Paralipomenôn 1, 2. Esdras, Hester, Lamentationes, Ruth.

Computatis 5, 8, 9, fiunt 22, juxta numerum elementorum Hebreorum, et in Canone recipiuntur. Quidam tamen Hagiographis Ruth et Lamentationes addiderunt; ut 24 volumina Veteris Testamenti fierent, juxta numerum 24 Seniorum.

N. B. Dicere potius debuit: "Nonnullos distinxisse & separasse Libros Ruth et Lamentationes ab iis libris quibuscum juncti fuere, [Ruth a libro Judic̃. & Lament. a Jeremia.] ut 24 libri fierent.

Apocripha: Liber Sapientie, Ecclesiasticus, Thobias, Judith, Pastor, Machabeorum.

Primus liber habetur in Hebrea linguâ: Secundus in Grecâ continetur. Hos licet Judei inter Apocripha separent, Ecclesia tamen Christi inter divinos libros et honorat, et predicat.

Novum Testamentum:

Evangelium: Matheus, Marcus, Lucas, Johannes, Apostoli: Paulus in 14 Epistolis. Petrus in 2. Johannes in 3. Jacobus in 1. Judas in 1. Actus Apostolorum. Apocalipsis.

Omnes etiam Libri, qui in Novo, sive in Veteri Testamento continentur, cum auctoritate credendi sunt atque legendi: Ceteri vero cum voluntate judicandi.

Subjiciuntur ab aliâ manu versus pauci technici: Ex. gr.

"Divinis fruimur: terrenis utimur: escâ
"Vescimur et potu: fungimur officio."

B. I. 1. FOLIO. 2. Tractatus brevis (trium paginarum) de Civitate magna Jerusalem: sive, Expositione Sacre Scripture: sive, (ut est a primâ manu) de Civitate magna Jerusalem, que in quatuor dividitur; Materialem, Mysticam, Moralem, et Anagogicam.

Sic incipit: "Civitatis magne Jerusalem quedam magna pars adhuc in terris peregrina ducitur"—

3. Tractatulus de divisione Entis: unius paginæ.

Sic incipit: "Quid est? Dividitur per Ens per se; et per Ens per Accidens."

Horum foliorum Scriptura minutior est quam in Lombardo, et (ut videtur) paulo recentior.

2. Quatuor libri Sententiarum [Petri Lombardi.]

Præfigitur Singulis Libris Tabula omnium Quæstionum.

In Marginibus Glossæ adscribuntur literis minutis.

Lineæ divisæ sunt: Literæ majores et elegantes: Quæstionum tituli miniati.

In initio libri: "De cõi [communi] librariâ Dunelm̃. Mo^uchoꝝ." In alio folio: "Liber Sententiaꝝ Sc̃i Cuthb̃ti ex ꝑcuracõe fr̃is Tho. de Lund"—

Tho. de Lund fuit Prior de Fynkhalle et Doctor Theologiæ, et unus de Compromissariis, a quibus Robertus de Greystanes electus est Episcopus Dunelmensis, A.D. 1333. Sed tum, cum librum hunc procuravit, fuit tantum frater, i. e. Monachus in Cœnobio Dunelmensi, ut videtur.

Videtur hic Codex scriptus fuisse circ. annum 1300, aut etiam ante.

3. Quatuor libri Sententiarum [Petri Lombardi.]

Sic incipit: "Incipit Prologus Sententiaꝝ Mag̃ri Petri"—

Pulchrè scriptus est hic Codex, lineis divisis, literis majoribus; sed Glossæ (quæ pauculæ adjectæ sunt) minoribus, idque ab aliâ manu. Est autem imperfectus; caret enim in initio Tabulâ Quæstionum libri primi; et majori parte libri 4^ti, scil. ab initio Distinctionis 15^tæ ad finem libri.

Ejusdem videtur ætatis cum superiori.

In initio: "De cõi librariâ Mo^uchoꝝ Dunel."

4. Liber Sententiarum [Petri Lombardi.]

Titulus Libri, at sine Auctoris nomine, in fine adscribitur: in initio nullus est.

Lineæ dimidiatæ sunt; Literæ mediocres, et bene formatæ, sed in Glossâ minores, et ab aliâ manu.

Ejusdem circiter ætatis videtur cum superioribus.

B. I. 5. 1. AQUINAS. PRIMA PARS SCRIPTI FRATRIS THOME DE AQUINO, SUP 1am
FOLIO. SENTENTIARUM [PETRI LOMBARDI.]

Sic incipit: "Ego sapientia effudi flumina."

2. Ejusdem QUESTIONES DE POTENTIA DEI.

Sic incipit: "Questio est de potentiâ Dei"—

Sed non habet hic Codex (neque habuit unquam) Articulum 5tum Questionis 10mæ: "Utrum Spiritus Sanctus remaneret a Filio distinctus, si ab eo non procederet."

Utrique tractatui subjicitur Tabula singularum Quæstionum.

In fine libri sunt Notulæ quædam adscriptæ, sed magnam partem erasæ: ut vix conjicere possim quid sibi velint. Sed quia in omnibus prima vox est Cautio, videntur denotare Cautionem pecuniarum ab iis qui hunc librum mutuo sumserunt. In his Notæ hæ temporis occurrunt: 1323, 1317, 1316, ut liber hic videatur superioribus ætate æqualis. Sed cum iis scripturæ pulchritudine minimè conferendus est: nam et literæ malè formatæ sunt; et scribendi compendiis adeo scatet, ut nisi a valde attento legi minimè possit.

Lineæ dimidiatæ sunt: literæ mediocris magnitudinis.

Ex hoc versu de Scriptoris ingenio judicari potest,

"Explicit hîc totum: pro Christo da mihi potum."

6. THOMAS [Aquinas] SUP 4tum SENTENTIARUM [Lombardi.] CUM TABULA [SINGULARUM QUÆSTIONUM.]

Sic incipit: "Misit verbum suum et servavit eos."

Hic Codex ejusdem videtur cum superioribus ætatis. Lineæ sunt dimidiatæ: literæ mediocres, non malè formatæ.

In initio: "Assignat̃. cõi armariolo Dunelm̃. Assit principio Sancta Maria meo."

7. THOMA [Aquinas] SUPER 4tum [librum Sententiarum Petri Lombardi] PRO PARTE. Non enim ulteriûs Scriba progressus est quam ad Distinctionis 22dæ Articulum 2dum.

Liber hic pulchrè Scriptus est, lineis dimidiatis; literis mediocribus; eâdem fere ætate quâ superiores; aut paulò post.

In fronte: "Liber Dñi Jol̃is Aukland Moachi Dunelm̃ ex dono Dompni Wyl̃mi
"Elwyke." In folio opposito: "Iste liber assignatur nono armariolo in claustro
"Dunelm. Ecclie," per Venerabilē Patrem Jol̃em Aukland P'orem ejusđ Eccl̃ie.

Willelmus Elwyke fuit Supprior Monasterij Dunelm. circiter 1466.

Joannes Aukland fuit Prior ab anno 1484 ad 1494.

B. I. 8. 1. THOME de AQUINO SUMME PARS 1ma.
FOLIO.

Sic incipit: "Incipit Sūma de Theologia edita a fr̃e Thoma de Aquino, Ordinis "fr̃m Predicatorum, liber primus"—

Sic desinit: "Explicit liber prim. Sūme fratris Thome de Aquino Ordinis fratrū Predicatorū, Magistri in Theologiâ."

Præfigitur Tabula Quæstionum singularum.

Folia summa humore corrupta sunt.

2. QUOLIBET.

Ejusdem Aquinatis Quæstiones quodlibetales tres. (1ma) de Deo. [In editis libris 3ia est.] (2da) de Christo. (3tia) de Sancto Benedicto. [In editis est 1ma.]

Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis minoribus, non malè formatis; circiter annum (ut videtur) 1300: adeòque non multo post Thomæ ipsius mortem. [A.D. 1274.]

In initio: "Liber Sc̄i Cuthb̄ti de Donelm̄."

9. THO. AQUINATIS SUMME THEOLOGIE PARS 1ma.

Sic incipit: "Incipit Summa Theologie edita a fr̃e Th̄a de Aquino Ord̄is fratrū "Predicatoꝝ lib̄ pim.9"

Sic desinit: "Explicit pars prima fc̄a de fr̃e Thoma Alquino Predicatore." De Alquino infra vocatur, Cod. 18. 23.

Sequitur Tabula Questionum.

Folia aliquot in fine libri ab humore corrupta sunt.

Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis mediocribus, acuminatis; circiter annum 1300.

In fronte libri: "Lib̄. Rob̄ti de Brakenbyri. De cōi librar̃ Moch̄ Dunelm̄." [De communi librariâ Monachorum Dunelmensium.] Robertus iste fuit σύγχρονος Emerico de Lumlei, [v. A. III. 7.] qui unus de compromissariis fuit in electione Roberti de Graystanes, anno 1333.

10. PRIMA PARS SUMME THOME [AQUINATIS.]

In initio libri scriptæ fuerant notæ aliquot, quæ magnam partem jam erasæ sunt; sed denotasse videntur Cautionem pecuniariam interpositam ab iis qui librum hunc mutuo sumserant. [v. supra Cod. 5.] In iis hos annos signatos video, 1306, 1316, 1317, 1326. Videtur igitur scriptus fuisse circiter annum 1300, aut paulò ante.

Lineæ dimidiatæ sunt; literæ mediocres, inelegantes.

In fronte libri: "de cōi librar̃ Moachoꝝ Dunelm̄."

In fine leguntur hi duo versus:

"Radulphi curâ sunt hec jam Scripta Johanni.
"Et pro Scripturâ dentur sibi premia panni."

Et infra, literis currentibus: "Lib̄ Sc̄i Cuthb̄ti de Dunelm̄. ex procuratione fra-

B. I. FOLIO. 10. "tris Roberti de Graystañ quem qui alienaverit, maledictionem Sanctorum Marie, "Oswaldi, Cuthberti, et Benedicti incurrat."

De Scriptore nihil novi. Rob. de Graystanes electus fuit Ep̃us Dunelm. anno 1333.

11. PRIMA PARS SUMME THOME [AQUINATIS.]

Præfiguntur,

1. ARTICULI in quibus sc̃s Thom. de Aquino meliùs dixit in Summâ, quam in Scriptis. Foliis duobus; lineis continuis.
2. TITULI QUESTIONUM Primæ partis Summe, in quibus tangit idem, quod tangit alibi in Scriptis. Foliis 3, lineis divisis.

Subjiciuntur,

1. INDEX ALPHABETICUS RERUM in primâ parte contentarum. foliis 12, lineis divisis.
2. ARTICULI QUESTIONUM pertractatarum super Summas, quæ etiam ab eodem alibi pertractantur. foliis 3, lineis continuis.

Lineæ sunt divisæ; Literæ minutæ, acutæ [Secretariæ] non inelegantes. Script. ante annum 1400, ut videtur.

In initio: "De cõi librar̃ Mo^a^cho℥ Dunelm̃." In alio folio: "de ꝯi [communi] librariâ, et non de claust^o^." Alia itaque fuit Libraria communis ab eâ quæ in claustro servabatur: in quo tamen Monachi studiis operam dare solebant.

Liber fr̃is Joħis de Merley." Quando ille vixerit nescio.

12. PRIMA SECUNDE SUMME THOME [Aquinatis] CUM TITULIS QUESTIONUM in fine [libri.]

Lineæ dimidiatæ sunt; Literæ mediocres, acuminatæ, non malè formatæ. Scriptus videtur hic Codex circ. annum 1300.

13. SECUNDA SECUNDE THOME [Aquinatis.] TITULI QUESTIONUM patent secundum ordinem in fine [libri.] TABULA VOCALIS [i.e. vocum sive Titulorum alphabetica] partim in principio, et partim in fine.

Imperfectus est hic Codex: excidit enim quicquid sequitur Quæstionem de Prophetiâ; quæ in hoc libro est 168: in impressis vero 171.

Hujus libri scriptura superiori similis est; & ætas æqualis videtur.

In initio: "De cõi librar̃ Mo^a^cho℥ Dunelm̃.

14. THO. [Aquinatis] SECUNDA SECUNDE, CUM TABULA [et Titulis Quæstionum] IN FINE.

Post Tabulam est Index Titulorum alphabeticus.

B. I. 14. FOLIO. Pulchrè scriptus est hic Codex, lineis dimidiatis; literis majoribus, acuminatis, elegantibus; ante annos circiter 400.

In initio: "De cōi libraria Moᵃchoꝝ Dunelm̄. ꝑ Dñm Joh̄. W. P'orem." Joannes de Wessington Prior fuit ab anno 1416 ad 1446. Sed hic Codex antiquior est.

15. Thomæ Aquinatis Secunda Secundæ.

Titulus non apponitur: Sed eum esse statim patebit conferenti cum eo Codices vel Msr̃os vel Impressos.

Subjicitur in fine Tabula Quæstionum: et ab aliâ manu, Tituli Quæstionum alphabetico ordine dispositi.

Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis parvis, acuminatis, bene formatis, circiter annum 1300.

16. Thome Aquinatis Summe Theologie Pars tertia.

In fine adjicitur Tabula singularum Quæstionum. Adscribitur ibidem Versiculus iste: "Hic moritur Thomas, o mors quam sis maledicta." Mortuus est Thomas priusquam totum opus absolvisset. Quarta enim pars supplementum tantum est operis imperfecti, ex scripto ejus in librum quartum Sententiarum excerptum.

In initio libri Pars est Disputationum Thomæ Aquinatis in librum 2dum Sententiarum Petri Lombardi: scil. in Distinctionem primam et initium 2dæ: neque enim ultra progreditur hoc fragmentum.

Ætate videtur hic Codex æqualis superiori. Lineæ dimidiatæ sunt, Literæ mediocres, acuminatæ, bene formatæ.

In initio: "De cōi librar̃ Moᵃchoꝝ Dunelm̄."

17. 1. Thome Aquinatis Summe Theologie Pars tertia.

2. Ejusdem Scripti in 4tum librum Sententiarum Pars: scilicet a Distinctione 43tia ad finem.

Lineæ dimidiatæ sunt: Literæ mediocres, acuminatæ. Ejusdem videtur cum superioribus ætatis.

18. Summa de septem viciis Capitalibus compilata a Sancto Thoma de Alquino, Ordinis fratrum P'dicator'.

Titulus hic inscribitur folio primo; at non a manu primâ, licet satis antiquâ. A primâ enim manu, et in initio, et in fine libri, vocatur Summa de Vitiis; nulla auctoris nomine adjecto.

Et sane hic tractatus non recensetur inter Thomæ Aquinatis (qui hîc, et supra Cod. 9. et infra Codd. 23, 29, de Alquino vocatur) libros, ne quidem inter eos qui falsò ei adscripti sunt; aut de quibus dubitari potest. De eo igitur amplius quærendum est.

B. I. FOLIO. 18. Sic incipit: "Quoniam, ut ait Sapiens, peccantem Virum involvet laqueus, Prov. 29." Caput 1mum est "de septem vinculis Diaboli: scilicet Superbiâ, Invidiâ, Irâ, Accidiâ, Avaritiâ, Gulâ, Luxuriâ."

Sic desinit: "De Peccato Jer. 5. [6. 29.] Malitie eorum non sunt consummate, "quia quantum Deus durabit in Gloriâ, tantum Peccator durabit in Peccato de- "scendens in penâ. Job. 20. luet que fecit, nec tamen consumetur."

Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis mediocribus, acuminatis, non invenustis, circiter annum 1300. Titulus vero recentior, in quo Thomas Sanctus vocatur, non scriptus est ante annum 1323, quo ille in Sanctorum numerum relatus est.

Habet hic Codex folia 123.

Præfiguntur Tabulæ alphabeticæ duæ.

1. In Augustini Homilias in Evangelium Johannis.
2. In Summam hanc de Vitiis.

19. 1. THOME AQUINATIS DE FIDE CATHOLICA CONTRA GENTILES LIBRI 4.

In initio Capitis primi: Incipit Liber de Veritate Catholice Fidei, contra errores "Infidelium, editus a fre Thoma de Aquino Ord frm P'dicatoꝝ."

In fine: "Explicit qartus liber, et etiam totaliter tractatus de Fide Catholicâ "contra Gentiles, a fre Thoma de Aquino editus Ordinis fratrum Predica- "torum."

"Hic est tractatus fratris Thome generatus.
"Contra Gentiles, quapropter sunt modo viles."

In principio: "e Cöi librar Moachoꝝ Dunelm."
"Assit p'no [principio] Sca [sancta] Maria meo."

2. THO. AQUINATIS QUESTIONES DE MALO.

Titulus hic est a manu recentiori: a primâ nullus est.

Scriptus est hic Codex circiter annum 1300; lineis divisis; literis mediocribus, acuminatis, satis venustis: Sed Tractatus posterior (ut conjicio) non ab eodem Scribâ quo prior.

20. LIBRI 4 THOME [AQUINATIS] CONTRA GENTILES DE FIDE CATHOLICA.

Scriptura superiori similis est; et ætas videtur æqualis.

In initio: "e cöi libraria Dunelm in le Spendement."

21. THOMAS [AQUINAS] CONTRA GENTILES.

In fine eadem leguntur, quæ in Codice 19.

Scriptura superioribus non valde dissimilis: Ætas eadem videtur.

In initio: "e cöi librar ia Moachoꝝ Dunelm."

B. I. 22. 1. THOMAS [AQUINAS] DE VERITATE.
FOLIO.

In fine libri: "Expliciunt Questiones de Veritate secundum Thomam. Amen dicant omnia.

" Quispiam Theologus, qui sermocinari,
" Nititúrque cautius Dei verbum fari;
" Hunc tractatum primitus studeat rimari,
" Potest et subtiliùs post argumentari.

" Multe sub compendio, sunt hic Questiones;
" Et earum serie sunt solutiones:
" Quas si quis conceperit, poterit Sermones
" Predicare populis apud Legiones.

" Librum qui composuit hunc de Veritate,
" Et qui scripsit, gaudeant summâ Sanitate:
" Quibus dicant Angeli, Viri exultate;
" Gaudiis accedite, Deóque cantate."

Ex versibus 4 postremis conjicere licet, Codicem hunc Scriptum fuisse Thomâ adhuc vivo, i.e. ante annum 1275. Optat enim Scriba et Auctori et sibi, vitam sanam; et post mortem fælicitatem æternam.

Scriptura superioribus non dissimilis est; sed minus elegans.

2. T. DE RELATIONIBUS IN DIVINIS, ET SIMILITUDINE, ET NOMINIBUS QUE DE DEO PREDICANTUR.

Titulus hic a manu recentiori est folio primo inscriptus: nullus est a manu primâ.

Si litera T. Thomam Aquinatem notat, habemus hic Tractatum satis prolixum, (implet enim folia 106, et imperfectus est etiam in fine) qui inter ejus opera non recensetur.

Sic incipit: "Expedito usque huc a 53tio Articulo de pertinentibus in divinis ad Relationes proprias et nationales"—

Scriptura eadem est cum tractatu superiori.

23. SCRIPTUM THOME SUPER LIBRUM ETHICORUM.

Ita vocatur in initio libri; in fine sic: "Explicit Summa super librum Ethico-"rum, edita a fratre Thomâ de Alquino." [v. Codices 9, 18, 29] et Thome ultima verba sunt, "Terminatio Summe totius libri Ethicorum."

Expositio est Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum: Sed Textus Aristotelicus, qui in editis libris Commentario huic adjungitur, hic omissus est.

Scriptura ejusdem generis est cum reliquis, licet minus accurata; et (ut mihi videtur) etiam ætatis. Certe vox "fratre" indicare videtur Scriptum fuisse antequam in Sanctorum numerum relatus esset; [1323.] postea enim "Sanctus Thomas" appellatus est. [v. supra Codicem 18.]

B. I. 24. TERTIA PARS BONAVENTURE.
FOLIO.

Bonaventure Cardinalis Expositio libri tertij Sententiarum Petri Lombardi.

Sic incipit: "Deus autem qui dives est in misericordiâ"—

Hujus libri scriptura superioribus Thome scriptis similis est; et ejusdem videtur ætatis.

In initio: "e cõi librar̃ Moᵃch̃ Dunel̃."

25. QUARTA PARS BONAVENTURE.

Ejusdem Expositio in librum 4tum Sententiarum.

Sic incipit: "Unguentarius faciet pigmenta suavitatis"—

Scriptura pulchra est; ejusdem cum reliquis formæ, et (ut videtur) ætatis.

In initio: "e cõi librar̃ Monach̃ Dunelm̃."

26. PRIMA PARS QUODLIBETORUM HENRICI DE GANDAVO continens 11 Quodlibeta.

Sic incipit: "Querebantur in nostrâ generali Disputatione."

Sic desinit: "Explicit 11ma Disputatio Mag̃ri Henr̃ de Gand. Architorn'. [Archidiaconi Tornacensis.]

Henricus Gœthals a patriâ Gandavensis, sive de Gandavo dictus, Archidiaconus Tornacensis, scripsit, præter alia, egregium opus (Bellarmino Judice) Quodlibetorum, quod et editum fuit.

Volumen hoc, quamvis crassum, pars tantum prima est totius operis.

Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis mediocribus, bene formatis; circiter annum 1300; adeóque non multo post auctoris ipsius mortem quæ incidit in annum 1296.

27. FRATRIS PETRI DE ORDINE PREDICATORUM IN LIBRUM 1um ET 2dum SENTENTIARUM EXPOSITIO.

Ita vocatur in initio libri: adeo enim ab humore corruptus est hic codex, ut aliunde nomen Scriptoris vel Libri expiscari vix potuerim: Nisi quod in fine libri primi scriptum sit: "Explicit liber primus Sententiarum." Similiter etiam post secundum.

Et post Tabulam Quæstionum: "Expliciunt tituli questionum secundi libri fratris Petri."

Videtur esse pars libri scripti [in quatuor libros Sententiarum] a Petro Tarantasiensi, Monacho Dominicano, postea Papâ Innocentio 5to, qui A.D. 1276 obiit.

Sic incipit liber 1mus. "Nunquid no ........................................................ "nebula .................................. te." Cætera ab humore consumta sunt. Est vero locus (ut conjicio) e Jobo laudatus, Cap. 38. v. 33. "Nunquid nosti or-

B. I. 27. FOLIO. " dinem cœli, et pones rationem ejus in terra? Nunquid elevabis in nebulâ vocem " tuam, et impetus aquarum operiet te?

Sic desinit: " Prestante eodem Redemtore, qui est benedictus in Secula."

In initio et fine libri sunt aliquot folia, alterius operis pars: Sed nec Scriptoris, nec Scripti nomen apparet. Videntur fuisse Postillæ, argumenti varij.

Literæ sunt minutæ et abbreviationibus omnia plena.

28. 1. Questiones super Summas.

Titulus hic præfigitur, sed non a manu primâ. Ab alia: Questiones summarie de divinis Nominibus. Sed hæc pars tantum est libri.

Sunt Scriptoris Anonymi Quæstiones de (1) Deo. (2) Angelis. (3) Hominibus. (4) Christo Redemtore. (5) Sacramentis.

Sic incipiunt: " Invisibilia Dei a Creaturâ Mundi per ea que facta sunt intellec- " ta conspiciuntur."

Sic desinunt: " Si ergo singula scripta revolvere non libet, si omnia dicta Pro- " phetarum perlegere non placet, habe caritatem, et fac quicquid vis. Faci- " endi enim libros nullus est finis. Deum time, et mandata ejus observa: hoc " est omnis homo."

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis mediocribus, acuminatis, bene formatis; ante annum (ut videtur) 1400. Habet folia 73.

2. Anonymus super 4 libros Sententiarum.

Titulus hic est a manu recenti: sed verum esse statim patebit librum ipsum inspicienti.

Inseruntur Sententiarum Tabulæ analyticæ.

Sic incipit: " Job 24. b. [28. 11.] Profunda fluviorum scrutatus est; et abscondita produxit in lucem."

Scriptus est lineis divisis; literis minutis, acutis; ante annum (ut videtur) 1400. Habet folia 75.

In initio: " Iste liber assignatur nono armariolo in Claustro Dunelm̃ Eccł̃ie per " Venerabilem Patrem Mag̃rum Joħem Auklande Priorem ejusdem Ecclesie." Johannis Auklande prior fuit ab anno 1484 ad 1494. Sed liber antiquior est.

29. 1. Summa Raymundi [de Pennaforti] de Casibus Penitentialibus, et de Matrimonio libris 4.

Sic incipit: " Quoniam (ut ait Jeronimus) secunda post naufragium tabula est culpam simpliciter confiteri"—

In fine est Tabula rerum alphabetica.

Pulchrè scriptus est hic Codex, in folio majori lineis divisis; literis majoribus, acuminatis; circiter annum 1300: adeóque non multo post auctorem ipsum, qui obiit A.D. 1275. Sed (quod dolendum est) bona libri pars ab humore miserè deformata et corrupta est.

Occurrit iterum hic Tractatus A. iv. 29. tr. 1. et C. ii. 10. tr. 2.

B. I. 29. 2. TRACTATUS MORALIS IN SEPTEM VITIIS CAPITALIBUS.
FOLIO.

Titulus hic est a manu primâ: Auctor non nominatur.

Diversus est hic liber ab alio ejusdem argumenti, qui Thomæ Aquinati tribuitur; [supra Cod. 18.] nec inter Raymundi scripta recensetur.

Sic incipit: "Tractatus iste continet novem partes"—

Sic desinit: "Explicit Summa de septem vitiis."

"Et docet hic liber ut homo sit crimine liber:

"Et constat Vitium finis et initium."

Scriptus est lineis dimidiatis; literis mediocribus, acuminatis, elegantibus; eâdem circiter ætate. Habet folia 64.

30. JOHANNIS LECTORIS SUMMA CONFESSORUM.

Ita vocatur in initio libri, qui sic incipit: "Nota quod Lector iste Johannes, ante "completionem hujus Summe Confessorum, fecerat Tabulam super Summam Ray- "mundi et Apparatum ejus; Verificationem, quoque, sive Declarationem plurium "que in ipsâ Summâ et Glosâ ipsius habentur."

Vocatur etiam "Liber Questionum Casualium" in eo: "Incipit Prologus fratris "Johannis Lectoris in primum libellum Questionum Casualium."

Johannes iste Lector, ex ordine Prædicatorum, (ut ipse ait in Prologo) votis et precibus fratrum annuens, in supplementum Summæ Raymundi [de Pennaforti] composuit hanc Summam Confessorum, quatuor partibus: in quarum

1ma Agitur de criminibus, quæ principaliter et directe [com] mittuntur in Deum.

2da De his que in Proximum.

3tia De Ministris irregularibus, et irregularitatibus, et impedimentis ordinandorum, dispensationibus, purgationibus, Simoniis, Penitentiis et Remissionibus.

4ta De Matrimonio. Cæterum ea Pars in hoc Codice deest.

Eadem Methodus hic servatur quæ in Raymundi Summâ.

Collegit hanc Summam ex Scriptis Alberti Magni, Thome de Alquino, Petri de Tarentasio, (postea Papæ Innocentij 5ti) Fratris Voluti, quondam Lectoris Argutinensis, [forte Argentinensis] Summâ Gaufridi, et Hostiensis, et Pontificum Statutis. E Thomæ Aquinatis Secundâ Secundæ plurima hausit.

Quis fuerit hic Joannes, non invenio: a Bibliothecariis enim Ecclesiasticis non memoratur: uti nec Volutus, cui Elogium non vulgare tribuit, et cujus scriptis adjutum se profitetur. De Gaufrido vide C. I. 10. Lector sane non familiam, sed potius munus quo functus fuerat, designare videtur.

De Ætate ejus nihil certi potest statui; nisi quòd iis quos laudat scriptoribus recentior, aut certè non vetustior fuerit. Nemo autem eorum (de quibus aliquid novimus) post annum 1280 vixit. Occurrit autem in utrâque Præfatione (duæ enim sunt) sententia, ex quâ de ætate ejus conjectura fieri potest. In priori: "Et plura "de Summâ Domini Ebrudinensis, qui postmodum fuit Cardinalis Hostiensis; unde "et a quibusdam nominatur Summa Domini Hostiensis." In posteriori, hæc: "Compilatorem quoque Summe copiose, quem in priori libello Ebrudinensem no-

B. I. 30. FOLIO. "minavi, hac compilatione nomino Hostiensem, qui nunc sic ab omnibus commu-"niter nominatur, tanquam a dignitate excellentiori." Ex his videtur Cardinali Hostiensi æqualis fuisse; et quidem librum priorem scripsisse cum ille tantum Archiepiscopus Ebrudinensis [Ebrodunensis, d' Ambrun in Galliâ] esset: Posteriorem vero postquam ille in Cardinalium numerum cooptatus esset. Bellarminus autem scribit, Henricum de Segusio Aureæ Summæ Scriptorem, factum fuisse Cardinalem Episcopum Hostiensem ab Urbano 4$^{to}$. Urbanus vero Papa fuit ab anno 1261 ad 1265. Ante eum igitur annum, quo Urbanus mortuus est, prior saltem liber scriptus fuisse videtur.

Opus hoc, cum Bibliothecæ Ecclesiasticæ conditoribus ignotum fuerit, ineditum esse puto.

Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis mediocribus, acuminatis, satis elegantibus; circiter annum 1300. Est autem imperfectus; totus enim liber quartus, et tertij pars posterior, (quicquid scilicet sequitur Caput de Renuntiatione) deest. Sic tamen supersunt folia 214. Integer vero Codex est B. III. 23.

Adjiciuntur in initio libri folia aliquot (operis alicujus justi fortasse fragmentum) in quibus nihil sane intelligo: adeo enim perplexè et obscurè scripta sunt omnia, ut vix ullibi duas continuas voces legere potuerim.

31. SUMMA QUE VOCATUR CATHOLICON, EDITA A F'RE JOH'E [fratre Johanne] DE JANUA, de ordine f'rm p'dicator' [fratrum Prædicatorum.]

Titulus hic est a manu primâ.

Johannes de Januâ, vel Genuâ (inde Januensis, vel Genuensis vulgo dictus) floruit A.D. 1280. Et hic Codex non longo post intervallo scriptus videtur; folio majori, lineis divisis; literis mediocribus.

Sic incipit: "Prosodia quedam pars Grammatice nuncupatur"—

Ex notâ in fine libri appositâ discimus, hunc librum ad finem ab auctore perductum fuisse A.D. 1486, Nonis Martij.

32. SECUNDA PARS HISTORIALIS VINCENTIJ. 2° fodiuina.

Est secunda Pars Speculi Historialis Vincentij Bellovacensis: aut rectiùs dixeris Secundum Volumen. Universum enim opus distributum est in quatuor Partes; quarum quæque 8 libros habuisse videtur. In priori volumine (quod desideratur) fuerant partes duæ, 1$^{ma}$ et 2$^{da}$, libris 16; in hoc posteriori item duæ, 3$^{ia}$ scilicet et 4$^{ta}$, a libro 17 ad 32. Tertiæ partis Index alphabeticus in initio præponitur: Quartæ vero in fine subjicitur.

2° fodiuina, si rectè lego, est duo folia divina: i.e. duo volumina in folio egregia et eximia: ut ostendat quanto in pretio hi libri haberentur.

Ante librum 25$^{tum}$ hæc nota legitur: "Hic incipit Quarta Pars Speculi Historialis f͞ris Vincentij de Beluaco. Fuit ille Monachus Dominicanus, et obiit A. D. 1256.

B. I. 32. FOLIO. Scriptus est hic Codex in folio majori, membranis pulchris; lineis divisis; literis minoribus, acuminatis, non malè formatis: circiter, aut non multo post annum 1300.

In initio: "Iste liber assignatur nono armariolo in Claustro Dunelm̄ Eccl̄ie per Venerabilem P̄rem Joh̄em Aukland Priorē ejusđ. Eccl̄ie." Johannes Auklaud Prior fuit hujus Cœnobij ab anno 1484 ad 1494.

Ad finem: Anno do[l] 1448 hunc li[m] fecit fieri Joh̄ Estby uic' de Bannebury Aīa cui[9] in pace xp̄i req'escat Am̄.

33. Historia Scholastica [Petri Comestoris.]

Libri Titulus folio primo inscribitur literis aureis: Auctoris vero nomen non apponitur.

In initio Epistola Dedicatoria ad Willelmum Archiepiscopum Senonensem, in quâ vocat se Petrum, Servum Christi, Presbyterum Trecensem. Willelmus iste ab Archiepiscopatu Senonensi ad Rhemensem in Concilio Lateranensi, A.D. 1179.* Vide A. ii. 21. Ante eum igitur annum scripta est hæc Historia.

Præfatio sic incipit: "Imperatorie majestatis est"—

Liber ipse sic: "In principio erat Verbum"—

In initio: "Liber Historiarum Sc̄i Cuthb̄ti de Dunelm̄ ex dono Mag̃ri Alani de Melsaneb̄." Alanus iste fuit forte cognatus Tho. de Melsamby, qui Prior fuit ab an. 1233 ad 1244. Et sane liber ea ætate scriptus videtur.

34. Petri Comestoris Historia Scholastica.

Nullus est Libri Titulus, nec Auctoris nomen: Dedicatio etiam quæ in præcedenti libro legitur, hic deest.

Scriptus est hic Codex pulcherrimè; folio breviori, crasso; lineis divisis; literis majoribus, acuminatis; atramento nitenti; non multo (ut videtur) post auctoris mortem, quæ incidit in annum 1190, vel ut alij scribunt, 1198. v. Cave.

* q. translatus fuit.

# B. II. FOLIO.

B. II. 1. FOLIO. FLAVIJ JOSEPHI HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ LIBRI 20: ET HISTORIARUM DE BELLO JUDAICO LIBRI 7, LATINE.

Pulcherrimè scriptus est hic Codex, in folio magno, lineis divisis; literis majoribus, rotundis; ante annos circiter 600.

In initio et fine hujus libri inseruntur Instrumenta quædam publica, sed valde mutilata.

In initio, insuitur libri tegumento.

1. HONORIJ [4] PAPÆ BULLA ad Abbates de Fontibus, et Bella landâ et Priorem Provincialem Predicatorum in Angliâ, ut terminarent controversiam inter Archi-Episcopum Eboracensem, et Priorem et Conventum Monasterij Dunelm. de Jurisdictione Archiepiscopi in Diœcesi Dunelm. Sede Episcopali vacante. Incepta est hæc controversia a G. [Guil. Wickwane] Archiepiscopo, et continuata a Successore ejus J. [Joanne Romano.] Honorius 4tus electus est Papa A.D. 1285: quo etiam anno Joannes Romanus Archiepiscopus Eboracensis factus est. Vacatio itaque ista sedis Dunelmensis fuit post mortem Roberti de Insulâ, anno 1283: quam tamen unicum tantum mensem durâsse ait Robertus de Graystanes, Historiæ Dunelmensis Scriptor, eorum temporum pene æqualis. Robertus enim 7mo Idus Jun. obiit: Antonius autem Beak electus est 7mo Idus mensis sequentis. Meminit idem Historicus litis hujus: quam probabile est motam primo fuisse post mortem Roberti de Insulâ: cum autem in brevi illâ vacatione finiri non potuisset, appellatum fuisse Papam, ut Quæstione hâc terminatâ, litium causas in futuris vacationibus præcideret. Data est hæc Bulla Romæ apud Sc̃ā Sabi[nam, ubi Papam hunc habitasse scribit Platina:] Kl. Apr. Pontific. an. 1. [Kalendis Aprilis, Pontificatûs anno primo; scilicet exeunte; Electus est enim Papa (ut ait Onuphrius Panvinius in Chronico quod Platinæ subjungitur) Nonis Aprilibus anni 1285: hæ igitur Kalendæ Apriles sunt anni sequentis 1286.]

   Cum Bulla hæc in medio plicetur, voces in mediis lineis positæ legi non possunt.

2. In FINE libri insuitur CHARTA valde MUTILATA: ut enim ejus mensura libro æquaretur, linearum omnium extremæ partes abscissæ sunt: Initium etiam ejus et Finis desunt. Ex eo vero quod superest colligi potest, Instrumento hoc confirmatam fuisse a W. [Willelmo de Greenfield] Archiepiscopo Ebora-

B. II. 1.
FOLIO.

censi electionem Ricardi de Kellow in Episcopatum Dunelmensem A.D. 1311: et diem Consecrationi ejus constitutum fuisse. In eo etiam electionis ordo, et processus totus recensetur. Hujus Instrumenti pars parva quærenda est in initio Codicis. Datum est in Ryppon.

3. Breve Innocentij [6ti] Johanni de Hilton Domicello; i.e. Baronis de Hilton filio primogenito: Data Avenione, 16 Kl. [Kalend.] Maij. Pontificat. 4 anno, [i.e. A.D. 1356.]

Et hic linearum extremæ partes abscissæ sunt.

Videtur Confessori ejus permittere, ut ei in articulo mortis (sub certis tamen conditionibus) plenam peccatorum remissionem concedat.

2. Homiliæ Patrum aliquot.

Sunt Homiliæ in dies Dominicos et Festos, a Natali Christi ad Pascha: adeo ut hoc volumen supplere possit defectum alterius, [A. iii. 29.] in quo Homiliæ sunt a Festo Paschatis ad 25tam Dominicam post Pentecosten.

Codex hic imperfectus est et in initio et fine: et in fine multum ab humore deformatus est. Scriptus est lineis divisis; literis mediocribus, rotundis, elegantibus. Æ sic scribitur e & sæpe ae. Videtur annis 600 vetustior esse.

[HOMILIÆ PATRUM.] HOMILIARUM SYLLABUS.

| FESTUM ET INITIUM HOMILIÆ. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|
| Natalis Domini " In Nocturno;" Lectio 1. | Isai. 9. 1. | | |
| 2. | 40. 1. | | |
| " Natalis Domini dies" | | Isidorus | 6. |
| 3. | 52. 1. | | |
| " Salvator noster dilectissimi" | | Leo papa | 16. |
| Homilia alia: " Exultemus in Domino dilect." | | Id. | 8. |
| Homilia alia: " Cupientes aliquid de hujus diei" | | Fulgentius | 10. |
| Homilia alia: " Justissimè fratres in festivitate" | | Maximus | 13. |
| Homilia alia: " Hodie fr̃es k̃mi Christus natus est." | | Id. | 15. |
| Homilia alia: " In adventu Dominico fr̃es k̃mi" | | Id. | 17. |
| Homilia alia: " Hodierni mysterij Sacramentū" | | Id. | 18. |
| Sancti Stephani: " Ad aquas Tibilitanas" | | Augustinus | 19. |

[HOMILIÆ PATRUM.] HOMILIARUM SYLLABUS.

B. II. 2.

| FESTUM ET INITIUM HOMILIÆ. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|
| Homilia alia: "Ecce ego mitto ad vos prophetas" | Mat. 23. 14. | è Com. Hieron. | 22. |
| Sancti Johannis: "Johannes Apostolus & Evangelista" | | Isidorus | 24. |
| Homilia alia: "Audi fabulam, et non fabulam" | | Ex histor. Eccl. | 25. |
| Homilia alia: "Lectio Sti Evangelij que nobis lecta" | Joan. 21. 19. | Beda | 27. |
| Natalis Innocentium: "Zelus quo tendat, quo prosiliat livor" | | Severianus | 32. |
| Homilia alia: "Dedicatur novus ab infantibus sermo" | | B. Joan. [Chrys.] | 34. |
| Octabæ Domini. Id. Kl. [Kalendæ] Januarij. "Quanquam non dubitem" | | Maximus | 40. |
| De Circumcisione Domini "Quod mortuus est Christus peccato" | | Origenes | 41. |
| Homilia alia: "Hanc tam venerandam" | Luc. 2. 21. | Beda | 42. |
| Dominica post Natalem Domini "Congregemus in unum ea quæ" | | Origines Catholicè correctus | 47. |
| Epiphania "Celebrato proximo die" | | Leo | 52. |
| Homilia alia: "Gaudete in Domino dilectissimi" | | Idem | 53. |
| Homilia alia: "In hac dilectissimi celebritate" | | Maximus | 55. |
| Homilia alia: "Audistis, fratres, lectionem Evang." | | Leo. | 57. |
| Homilia alia: "Nostis k̄mi fratres quia dies iste" | | Fulgentius | 59. |
| Homilia alia: "Sicut in lectione Evangelicâ" | Mat. 2. 1. | Gregorius | 63. |
| Homilia alia: "Johannes Baptista et precursor" | Eadem | Beda | 66. |
| Homilia alia: "Quamvis dilectissi fr̄es Christe salutis" | | Maximus | 70. |
| Homilia alia: "Licet fr̄es dilectissi de solempnitate" | | Idem | 72. |

[HOMILIÆ PATRUM.] HOMILIARUM SYLLABUS.

| | FESTUM ET INITIUM HOMILIÆ. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| B. II. 2. FOLIO. | Homilia alia:<br>" Justum et rationabile dilectiss[i]" | | Leo | 74. |
| | Homilia alia:<br>" Hodiernam festivitatem dilectiss[i]" | | Idem | 76. |
| | Octabæ Epiphaniæ:<br>" Lectio Sc̃i Evangelij quam modo fr̃es." | Mat. 3. 15. | Beda | 78. |
| | Homilia alia:<br>" Aperta nobis est fratres k̃mi." | Luc. 2. 42. | Beda | 82. |
| | Dominica 2[da] post Teoppania [Theo.]<br>" Quod Dominus noster atq; Salv[r]" | Joan. 2. 1. | Idem | 85. |
| | Tertia post Theophania:<br>" Docente in monte Domino" | Mat. 8. 1. | Origenes | 90. |
| | Natalis Sancte Agnetis:<br>" Dum in toto mundo virgineus flos" | | Maximus | 96. |
| | Homilia alia:<br>" Inmaculatus Dominus" | | Ambrosius | 98. |
| | Dominica 4[ta] post Epiphania:<br>" Ingrediente Domino in navicul." | Mat. 8. 23. | Origenes | 99. |
| | Purificatio beate Marie:<br>" Exultent Virgines, Virgo Maria" | | Augustinus | 102. |
| | Homilia alia:<br>" Non solum ab Angelis & Prophetis" | Luc. 2. 25. | Ambrosius | 103. |
| | Homilia alia:<br>" Solennitatem nobis hodiernae" | Luc. 2. 22. | Beda | 104. |
| | Septuagesima:<br>" Dignitas humanae originis" | | | 107. |
| | Homilia alia:<br>" In explanatione suâ multa" | Mat. 20. 1. | Gregorious | 108. |
| | Sexagesima: de lapsu primi hominis.<br>" Nemo est qui nesciat, in principio" | | B.Joan.[Chry.] | 112. |
| | Homilia alia:<br>" Lectio Sancti Evangelij quam modo" | Luc. 8. 4. | Gregorius | 113. |
| | Quinquagesimâ: de fide Abrahā & ĩmolatione Isaac<br>" Fides est Religionis Sanctissime" | | B.Joan.[Chry.] | 116. |
| | Homilia alia:<br>" Redemtor noster previdens" | Luc. 18. 31. | Gregorius | 118. |
| | Quadragesima:<br>" Licet nobis dilectissimi approp." | | Leo | 120. |

[HOMILIÆ PATRUM.] HOMILIARUM SYLLABUS.

| | FESTUM ET INITIUM HOMILIÆ. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| B. II. 2. FOLIO. | Quadragesima: Homilia alia: "Ante dies devotionem Sancte." | | Maximus | 121. |
| | Homilia alia: "Dubitari a quibusdam solet" | Mat. 4. 1. | Gregorius | 123. |
| | Homilia alia: "Semper quidem nos dilectissimi" | | Leo | 124. |
| | Homilia alia: "Predicaturus vobis dilectissimi" | | Idem | 125. |
| | Homilia alia: "Apostolica dilectiss' doctrina" | | Idem | 127. |
| | Homilia alia: "Audistis ƙmi sicut Evangelica" | | Maximus | 128. |
| | Homilia alia: "Conflictus iste mirabilis quem" | | Idem | 130. |
| | Homilia alia: "Advertite f̃res ƙmi quanta nob̃." | | Idem | 131. |
| | Homilia alia: "Peractum a Domino nostro J. Chr." | | Idem | 132. |
| | Homilia alia: "Quia nonnullorum est consuetudo" | | Idem | 133. |
| | Dominica 1ma Quadragesimæ: de Jacobo et Esau. "Portabat Rebecca geminos in utero" | | B.Joan.[Chry.] | 134. |
| | Homilia alia: "Miratur Evangelista: Ecce mulier" | Mat. 15. 2. | Idem | 136. |
| | Homilia alia: "Evangelica Lectio dilectissimi" | —— 17. 1. | Leo | 141. |
| | Homilia alia: "Quia Dominus et Redemtor" | | Beda | 143. |
| | Dominica 2da Quadragesimæ: de Joseph: "Mittitur a Jacob Patre Sanctissimo" | | B.Joan.[Chry.] | 147. |
| | Homilia alia: de Conversione Peccati. "Confitemini Domino quoniam bonus est" | | Idem | 149. |
| | Dominica 2da Quadragesimæ: Homiliæ 3tia: "Daemoniacus iste apud Matheum" | Luc. 11. 14. | Beda | 150. |
| | Dominica 3tia Quadragesimæ: de Moyse. "Stabat Moyses in monte, non armis" | | B.Joan.[Chry.] | 153. |
| | Dominica ante Palmas: de Hieremiâ "Magnum Hieremiæ sanctissimi" | | Idem | 156. |

[HOMILIÆ PATRUM.] HOMILIARUM SYLLABUS.

| | FESTUM ET INITIUM HOMILIÆ. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| B. II. 2. FOLIO. | Homilia alia: "Pensate frēs kmi mansuetudinē" | Joan. 8. 46. | Gregorius | 158. |
| | In traditione Symboli: Expositio ejusđ. "Cum apud Patres nostros sicut" | | Maximus | 160. |
| | Dominica Palmarum: "Psalmi 21, qui lectus est seriem" | Psal. 21. | Idem | 163. |
| | Homilia alia: "Mediator Dei et hominum" | Mat. 21. 1. | Beda | 164. |
| | Homilia alia: "Moris esse prudentium solet" | Joan 11. 55. | Idem | 167. |
| | Feria tertia: de Passione Domini: "Gloriosa dilectissimi Dominicæ" | | Leo | 170. |
| | Homilia alia: "Sacram dilectissimi Dominicæ pas." | | Idem | 171. |
| | Sabbatum Sanctum: "Totum quidem dilectss[i] paschale" | | Idem | 174. |
| | Homilia alia: "Sermonem dilectiss[i] de gloriosâ" | | Idem | 176. |
| | Feria quarta: de Passione Domini: "Sacramentum dilectiss[i] Dominicæ p." | | Idem | 177. |
| | Homilia alia: "Cum multis modis dilectissimi" | | Idem | 179. |
| | In Cena Domini: "Scio quidem dilectiss[i] Paschale festū" | | Idem | 180. |
| | Homilia alia: "Scripturus Evangelista Joannes" | Joan. 13. 1. | Beda | 183. |

2. [HOMILIÆ PATRUM.]

Homiliarum auctores alphabetico ordine dispositi.

B. II. 2. FOLIO.

| | |
|---|---|
| Ambrosius, fol. 98. 103. Sunt homiliæ | 2 |
| Anonymus, f. 107. | 1 |
| Augustinus, f. 19. 102. | 2 |
| Beda, f. 27. 42. 66. 78. 82. 85. 104. 143. 150. 164. 167. 183. | 12 |
| Chrysostomus, f. 34. 112. 116. 134. 137. 147. 149. 153. 156. | 9 |
| Fulgentius, f. 10. 59. | 2 |
| Gregorius, f. 63. 108. 113. 118. 123. 158. | 6 |
| Hieronymus, f. 12. | 1 |
| Historia Ecclesiastica, f. 25. | 1 |
| Isidorus, f. 6. 24. | 2 |
| Leo, f. 6. 8. 52. 53. 57. 74. 76. 120. 124. 125. 127. 141. 170. 171. 174. 176. 177. 179. 180. | 19 |
| Maximus, f. 13. 15. 17. 18. 40. 55. 70. 72. 96. 121. 128. 130. 131. 132. 133. 160. 163. | 17 |
| Origenes, f. 41. 47. 90. 99. | 4 |
| Severianus, f. 32. | 1 |
| Homiliæ sunt | 79 |

Vide infra Codicem 31.

3. 1. Chrisostomus super Matheum in imperfecto.

Non exhibetur hic Opus ipsum imperfectum; sed Excerpta tantum quædam ex eo.

Sic incipit: "Matheus non solum sermone, sed ipsa vitæ suæ correctione peccatorum Evangelista, Peccatoribus Evangelium predicavit."

Desinit in Capitis $24^{ti}$ versu $15^{to}$: "Secundum quod hic dicit: cum videritis abhominationem desolationis stantem in loco Sancto. Amen."

Vide infra Codicem 4. tract. 1. et III. Cod. 26. tr. 8. et IV. Cod. 3. tract. 4.

Subjungitur Index alphabeticus satis copiosus Rerum in hoc Commentario contentarum: sed incipit tantum à litera C.

Habet folia 32. Volumen satis amplum est; Lineæ dimidiatæ.

2. De Laudibus Pauli libelli 7.

Ita vocat Anianus Interpres, in Epistolâ ad Evangelium, (quæ in editione Latinâ Parisiensi non legitur) Græcè enim non extant. Sunt autem Homiliæ 7 quos Libellos hic vocat: Homilia $8^{va}$ quæ in editione Parisiensi legitur, hic deest.

Aniani Epistola sic incipit: "Domino Sancto Evangelo Presbitero Anianus. Recenti experimento didici quam sint utilia obsequentium imperia bonorum"—

Homilia prima sic: "Nichil prorsus errabit, qui pratum quoddam insigne virtutum, ac Paradysum spiritualem Pauli animum nuncuparit."

B. II. 3. FOLIO. Sic desinit Homilia 7ma: "Oremus etiam ut ipsi quoque eisdem perfruamur bo-"nis, gratiâ et misericordiâ Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo "Gloria Patri et Spiritui Sancto, in Secula Seculorum. Amen."

3. TRACTATUS RABY M.

Ita vocatur a manu primâ in fine libri: in initio (a secundâ manu, sed antiquâ) vocatur Raby Moises. Quis ille fuerit, invenire nequeo.

Sic incipit: "In nomine Domini Dei mundi: Notam fac mihi viam per quam "ambulem." Paulo infra Argumentum libri indicatur his verbis: "Istius "libri intentio prima est explicare diversitates nominum que inveniuntur in "libris Prophetarum"—

Sic desinit: "Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: Seden-"tibus in regione umbre mortis, lux orietur eis."

Scriptura similis est tractatibus præcedentibus. Implet folia 86, a 56, ad 142.

4. EPISTOLA VALERIJ AD RUFFINUM AMICUM SUUM DE NON DUCENDA UXORE: CUM EXPOSITIONE SUA. Ita vocatur in fine.

Epistola sic incipit: "Loqui prohibeor, et tacere non possum"—

Expositio sic: "In Epistoli Valerij Magl ad Ruffinum amicum suum"—

Epistola sic desinit: "Set ne Orestem scripsisse videar, Vale.

Expositio sic: "Set sive nimis multa, sive nimis diminute dixerim, culpa mea "est et ignorantia: Si quid satis, Dei munus et gratia: cui sit in eternum "omnis honor et gloria. Amen."

Singulis pene Epistolæ Sententiis Subjicitur Expositio, satis prolixa.

Edita est hæc Epistola ab Erasmo et Mariano Victorio in Appendice operum Hieronymi.

Cæterum quinam fuerint Valerius Epistolæ hujus Auctor, et Ruffinus ad quem scripta est, invenire nondum potui. Certè non fuit Aquileiensis ille, qui in seculi 4ti fine, et 5ti initio claruit: fuit enim hic Presbyter et Monachus; et multa itinera et discrimina, addo etiam, dissidia et certamina obiit, ut de ducendâ uxore nunquam cogitasse videatur. Et sane Epistolæ stilus impurus et barbarus satis ostendit, auctorem non in seculo 4to (quo Latini sermonis puritas non penitus exoleverat) sed nono potiùs aut decimo vixisse.

Lineæ dimidiatæ sunt; Literæ mediocres in Textu, minores in Expositione. Scriptura crebris abbreviationibus obscura et lectu difficilis redditur. Habere videtur annos 300, aut plures.

4. TRACTATUS 14, QUORUM PRIMUS EST.

1. JOHES CRISOSTOMUS SUP. MATH'UM, CUM ALIIS XX TRACT.

Titulus hic est a manu secundâ sed antiquâ: a primâ vero hic; Johs C'so9 in inpfecto sup Mathm.

Sic incipit: "Sicut referunt, Mathm conscribere Evangelium causa conpulit talis"—

Commentarius est in Matthæum imperfectus, Chrysostomo falso (ut plerisque

B. II. 4. FOLIO.

videtur) adscriptus: qui in hoc Codice non ultra Capitis 24[u] versum 15[tum] producitur; sed in libris impressis ad finem Capitis 25[u] continuatur.

Vide supra Codicem 3: et infra. III. cod. 26. tract. 8. et IV. cod. 3. tr. 4.

2. JOH'IS CRISOSTOMI DE PSALMO 50[mo] LIBRI 2. folio 96.
Sic incipit: "Pictores imitantur arte naturam"—
Occurrit iterum hic tractatus: infra Pluteo III. codice 26, et tract. 10, et Plut. IV. cod. 3. tr. 2.

3. CRISTO[i] [Jo. CHRYSOSTOMI] DE COMPUNCTIONE LIBRI 2. fol. 103
Sic incipit: "Dum te intueor, beate Demetri."
Occurrit iterum Plut. III. cod. 26. tr. 13.

4. LIBER JOH'IS CRISTO[i] [Joannes Chrysostomi] NEMINEM POSSE LEDI NISI A SEIPSO. fol. 111. b.
Sic incipit: "Scio quod crassioribus quibusque"—
Vide infra Plut. III. cod. 26. tract. 12.

5. MEDITATIO CUJUSDAM P'CTORIS [peccatoris] ET PAUPERIS B'I [Beati] ANSELMI, DE EXCELLENTIA B'E [Beate] MARIE. fol. 116. b.
Sic incipit: "Supereminentem omni quod post hominem Deum creatum est"—
Occurrit interum Plut. III. cod. 26. tr. 4.

6. ANSELMI ALLOCUTIO AD ANIMAM REDEMTAM, UT SUI STATUS MEMORIAM HABEAT. fol. 121. b.
Sic incipit: "Anima Christiana, Anima de gravi morte resuscitata"—
Habetur iterum; Plut. III. cod. 22. tract. 3. et cod. 26. tract 5.

7. ANSELMI MEDITATIONES. Sic incip[t]: "Terret me vita mea"— fol. 122. b.

8. AUGUSTINUS AD PAULINAM DE VIDENDO DEO. fol. 124.
Sic incipit: "Memor debiti quod ex tuâ Petitione"—

9. SERMO B'I AU[m] [beati Augustini] DE 10 PRECEPTIS, & DE 10 PLAGIS. fol. 125.
Sic incipit: "Non est sine causâ fratres dilectissimi"—
Videtur excerptus esse e libro quem Augustinus scripserat de hoc argumento; et ex quo Excerpta his ampliora leguntur inter Augustini opera, Tomo 5[to], Sermone 8[vo], editionibus Benedictinæ; licet quædam etiam hic legantur quæ in illis non inveniuntur.

10. AUGUSTINI LIBER DE DIFFINITIONIBUS RECTE FIDEI. fol. 126.
Sic incipit: "Credidimus [forte Credimus) unum esse Deum, Patrem, et Filium, "et Spiritum Sanctum"— Sunt Capitula 51.
Non recensetur hic tractatus inter Augustini libros, ne supposititios quidem. Alius est a Symbolo eidem adscripto; quod supra legitur in Classe A. Plut. IV. cod. 17. tract. 17.

11. DE VENENO [Peccati] ET REMEDIO EJUS. fol. 128. b.
Sic incipit: "Ratio Veneni potissimè convenit Peccato"—
Auctoris nomen non apponitur.
Agitur hic de 7 Capitalibus Peccatis, quibus singulis Remedium proponitur:

B. II. 4. FOLIO. scilicet, Superbiæ Humilitas: Invidiæ Charitas: Iræ Patientia: Accidiæ [τῇ Ακηδία] Prudentia: Avaritiæ Restitutio: Gulæ Abstinentia: Luxuriæ Continentia.

12. Hieronimi Epistole quinque. fol. 138.

1. Ad Nepotianum, de Vitâ et Moribus Clericorum. Sic incipit: "Petis a me Nepociane."
2. Ad Paulinum Presbiterum: "Bonus homo de bono thesauro cordis"—
3. Ad Rusticum Monachum. Sic incipit: fol. 142.
   "Nichil est Christiano felicius"— v. infra cod. 11. tr. 12.
4. Ad Eustochium, Virginem; fol. 144. b.
   "Nulla est in hoc libello adulatio"—
   Imperfecta est hæc Epistola: deest aliquid in initio.
5. Ad Demetriadem. fol. 151. b.
   "Quoties michi de institutione sancte vite"—

Alia est hæc Epistola ab eâ quæ in libris editis legitur, et quidem longior: sed pars editæ Epistolæ in fine hujus adtexitur.

13. Augustini Epistole tres.

1. Ad Macedonium. Sic incipit: fol. 161.
   "Augustinus Episcopus, famulus Christi, familiéque ejus"—
2. Ad Probam. fol. 164. b.
   "Augustinus Episcopus, Servus Christi, servorumque ejus"
3. Ad Bonifiacium Comitem. fol. 168. b.
   "Noli existimare, neminem Deo placere posse."
   Pars est tantum Epistolæ 189^næ^, in Tomo 2^do^ operum Augustini, ex edit^e^ Benedictinâ: quæ sic incipit: "Jam scripseram charitati tuæ"—

14. Quedam Omelie b'i g'g'. [beati Gregorij] Super Ezechiel. fol. 169.

Sunt potiùs Excerpta quædam longiora ex Homiliis Gregorij Papæ 1^mi^ in Ezechielem: scilicet ab Homiliâ 4^ta^ ad 12^mam^: et a 28^va^ ad 21^mam^.

Habemus hic tractatus tantum 14, non 21, ut in Titulo libri legitur. Si singulæ Epistolæ Augustini et Hieronymi Tractatus vocentur, erunt 20.

Scripti sunt omnes ab eâdem manu; lineis dimidiatis; literis mediocribus, acuminatis, satis elegantibus; ante annos circiter 400.

In initio: "e cõi librariâ Mo^a^choꝝ Dunelm̃."

5. Tractatus Sancti Joh'is. Crisostomi super quinque Epistolas Pauli.

Titulus hic a primâ manu est; in summis autem foliis vocantur Omelie.

Sunt Homiliæ Chrysostomi in 5 Epistolas Pauli, [duas ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos] in Latinum Sermonem conversæ a Burgundione Judice, cive Pisano; rogatu Josephi Abbatis Prataliensis, et Hugonis Abbatis Sancti Pontiani ut ipse de se testatur in Præfatione: in quâ etiam dicit vertisse se ejusdem auctoris Homilias in Matthæum, Johannem, et Genesin. Alia autem est hæc versio ab eâ quæ in Chrysostomi operum editione latinâ Parisiensi legitur.

B. II. 4. FOLIO. Præfatio sic incipit: "Omnibus Christi fidelibus Burgundio Judex, Civis Pisa-"nus"—

Præfationem sequuntur singularum Epistolarum Hypotheses, i.e. Argumenta.

Homilia prima sic incipit: "Magna Apostoli dignitas erat, magna et mirabilis"—

Burgundionis nomen inter Bibliothecarios Scriptores quos vidi non occurrit; nisi apud solum Gesnerum; qui ait, eum fuisse Friderici Imperatoris Præfectum. Fridericus 3[tius] Imperium tenuit ab anno 1440 ad 1492. Eo regnante [anno scil. 1465.] Codex iste Bibliothecæ huic assignatus est: sed ipse Codex antiquior est. Crediderim itaque Burgundionem hunc Præfectum fuisse, sive Judicem, constitutum a Friderico 2[do], qui Imperator fuit ab anno 1212, ad 1250. Ille multa in Italiâ bella gessit; [vide Sigonium de Regno Italiæ]. Præfectosque, vel Judices, in iis urbibus quæ ei obtemperabant, videtur constituisse. Et sane Codex hic circiter annum 1300 Scriptus fuisse videtur.

In initio: "Liber quondam Mag̃ri Willmi Seton, in Theologiâ Doctoris, assig-"nat⁹ cōi librar̃ Eccl̃ie Cath. Dunelm. per Venerablem in Xp̃o Prẽm Dñm Rañ Bell Ejusdē Eccl̃ie Priorem. "Anno Domini Millmo quadringentesimo Sexage-"simo quinto in Festo Venerabilis Bede Presbit̃is." [de W. Seton vide B. III. "29.]

Pro Ranulfo Ricardus poni debuit; ita enim vocatur in Chartis quæ in Ecclesiæ hujus Archivis servantur. Ita etiam vocatur a Godwino de Præsulibus Anglicanis, et in Whartoniano Indiculo Priorum Dunelmensium, in Angliæ Sacræ Vol. I. et in alio Codice hujus Bibliothecæ; B. III. 26.

6. AMBROSIJ ET AUGUSTINI OPUSCULA QUÆDAM.

1. LIBER SANCTI AMBROSIJ EPISCOPI DE JOSEPH PATRIARCHA.
Sic incipit: "Sanctorum vita ceteris norma vivendi est."

2. LIBER SC'I AMBROSIJ EP'I DE 12 PATRIARCHIS. folio 8.
Sic incipit: "Primum omnium quantam discimus deberi parentibus reverentiam"—

3. TRACTATUS PRIMUS SCI AMBROSIJ EP'I DE PENITENTIA. fol. 14.
SECUNDUS fol. 20.
Sic incipit: "Si vatum [virtutum] finis ille est maximus"—

4. SCI AMBROSIJ EP'I DE MORTE FRATRIS SERMO 1[mus]. fol. 25. b.
2[dus]. fol. 30.
Sic incipit: "Deduximus fratres dilectissimi hostiam"—

5. LIBER DE BONO BEATI AMBROSIJ EP'I. fol. 40. b.
Sic incipit: "Quoniam superiori libro sermonem aliquem contexuimus."

6. LIBER S' AMBROSIJ DE CONSOLATIONE VALENTINIANI. fol. 47. b.
Sic incipit: "Etsi incrementum doloris sit, id quod doleat scribere"—

7. LIBER S' AMBROSIJ EP'I DE PARADISO. fol. 53.
Sic incipit: "Et plantavit Dominus Paradisum in Eden"—

B. II. 6. FOLIO. 8. LIBER S' AMBROSIJ EP'I DE ABRAHAM PATRIARCHA. fol. 63.
Sic incipit: "Abraham libri hujus titulus est."

9. LIBER SC'I AMBROSIJ EP'I DE NABUTHA ISRAELITA. fol. 72.
Sic incipit: "Nabuthe historia tempore vetus est, usu cotidiana"—

10. AUGUSTINUS DOCTOR DE DECEM CHORDIS. fol. 79.
Sic incipit: "Dominus et Deus noster misericors et miserator"—

11. DE SEDE ANIMARUM DEFUNCTARUM. fol. 85.
In dimidiâ pagina; sine ullo titulo. Sic incipit:
"Tempus autem quod inter hominis mortem, et ultimam. Resurrectionem inter-"positum est"—
Fragmentum alicujus libri videtur.

Pulchrè scriptus est hic Codex; lineis divisis; literis mediocribus, rotundis; ante annos plusquam 630. Fuit enim unus è libris Willelmi de S. Carilefo Episcopi, anno 1096 demortui: ut videre est in Indiculo librorum huic Coenobio ab eo donatorum; qui præfigitur Bibliis ejus, A. II. 4.

In folio primo: "Liber beati (*deest* Cuthberti) de Dunelmo."
"de cõi librar̃ Moᵃchoꝝ Dunelm̃."

7. B'I IERONIMI PRESBITERI BREVIARIUM IN PSALTERIO.

Titulus hic est a primâ manu: et sic in fine: "Explicit Breviariũ beati Ieronimi "in Psalterio."

Commentarius est in Psalmos Hieronymo adscriptus; quanquam a multis dubitetur an ejus sit auctoris.

Præfatio sic incipit: "Proximè cum Origenis Psalterium."

Commentarius sic: "Quidam dicunt hunc Psalmum quasi Prefationem esse"—

Commentario huic præfiguntur (quasi Introductio ad librum) de Ecclesiasticis Officiis Collectanea quædam, foliis 9. Scilicet,

1. De Lectionibus, et Responsoriis Dominicarum per totius anni Circulum; et Ordine eorum. pag. 1.
2. De Cantu. ibid.
3. De Offertoriis. pag. 4.
4. Quis primus remedium Penitentie invenit. pag. 5.
5. Prefationes aliquot breves in Psalmos, Jeronimi, Augustini et aliorum, a pag. 8. ad 17.

Totus hic Codex ab eâdem manu pulchrè scriptus est; lineis divisis; literis mediocribus, rotundis; ante annos circiter 600.

In folio primo: "Lib. Sancti Cuthbti đ Dunlmo."
"de cõi libraria Moᵃchoꝝ Dunelm̃."

B. II. 8. JERONIMUS SUPER YSAIAM.
FOLIO.

Commentarius est Hieronymi super Isaiam Prophetam, pulchrè admodum Scriptus; lineis divisis; literis mediocribus, rotundis; ante annos circiter 600.

Præfatio sic incipit: "Prologus beati Jeronimi in Explanatione Ysaie Prophete "incipit"—

Commentarius sic: "Pro Judâ in quo significantur 2 tribus"—

Sic desinit: "Et mixtam clementie Sententiam Judicis. Explanationum beati Jeronimi in Isaiam Prophetam liber xviij explicit."

In initio: "De cõi librar̃ Moachoꝝ Dunelm̃." et ab aliâ manu: "Iste liber jace-"bat in armariolo juxta introitum Infirmarie; sed nunc est de Librariâ."

9. EXPLANATIO JERONIMI XII PROPHETARUM.

Commentarius est Hieronymi in 12 Prophetas minores: satis pulchrè scriptus, (atramento licet pallido;) lineis divisis; literis paulo majoribus, rotundis, ante annos ampliùs 600. Videtur enim fuisse e libris Willelmi 1[mi] Episcopi. [vide Indiculum paulo supra memoratum.]

Sic incipit: "Incipit Explanationum in Osee Prophetam Beati Jeronimi Presbiteri liber primus ad Pammachium."

N. B. Voces hæ alternæ sunt rubræ et virides: et sic fere in reliquorum librorum initio et fine: sed virides evanescere jam incipiunt.

Sic desinit: "Explicit liber Explanationis Beati Jeronimi Presbiteri in Mala-"chiam Prophetam ad Minerium et Alexandrum." Hæ etiam voces alternæ sunt rubræ et virides.

In initio: "De cõi libraria Moachoꝝ Dunelm̃" Et a manu antiquiori: "Lib̃ Sc̃i Cuthb̃ti đ Dun̄lmo."

10. JERONIMI EPISTOLE numero 123.

Pulchrè Scriptus est hic Codex; lineis divisis; literis mediocribus, rotundis; ante annos 600: videtur enim fuisse è libris Will[i] 1[mi] Episcopi.

Operæ pretium videtur, Nomina eorum ad quos Epistolæ scriptæ sunt, alphabetico ordine hic subjicere.

B. II. 10.
FOLIO.

NOMINA EORUM AD QUOS HIERONYMUS SCRIPSIT.

| | |
|---|---|
| Abigaüs Spanus. | Epist. 65. |
| Aggeruchia Vidua. | 94. |
| Aleta. | 49. |
| Alexander. v. Minerius. | |
| Algasia—liber 11 questionum. | 96. |
| Alipius. | 30. 31. |
| Amandus. | 37. 38. |
| Anapsichia. v. Marcellinus. | |
| Antonius Monachus. | 75. |
| Asella. | 84. |
| Augustinus. | 15. 16. 20. 23. 27. 28. 29. |
| Avitus Presbiter. | 47. |
| Castorea matertera. | 91. |
| Castricianus. | 66. |
| Crisocomas Monachus. | 74. |
| Cromacius Jovinianus, Eusebius. | 73. |
| Ciprianus Presbiter. | 78. |
| Damasus Papa. | 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. |
| Dardanius. | 53. |
| Demetrias virgo. | 86. 87. |
| Desiderius. | 51. |
| Dominio. | 82. |
| Edibia—Liber 12 questionum. | 95. |
| contra Elvidium. | 56. |
| Evangelius Presbiter. | 44. 45. |
| Eusebius. v. Cromacius. | |
| Eustochium virgo. | 83. |
| Exuperantius. | 49. |
| Fabiola. | 89. |
| Florentius. | 63. 64. |
| Furia vidua. | 92. |
| Heliodorus. | 33. |
| Innocentius. | 121. |
| Jovinianus. v. Cromatius. | |
| Julianus. | 114. |
| Julianus Diaconus. | Epist. 68. |
| Laurentius Diaconus. | 70. |
| Lucinus Beticus. | 55. |
| Magnus Orator Romanus. | 60. |
| Marcella vidua. | 97—111. 119. 120. |
| v. etiam Pammachius. | |
| Marcellinus et Anapsichia. | 94. |
| Marcus Presbiter. | 46. |
| Mater et Filia in Gallis commorantes. | 90. |
| Minerius & Alexander Monachi. | 77. |
| Nepotianus. | 34. |
| Nepotiani Epitaphium. | 112. |
| Niceas hipodiaconus. | 69. |
| Oceanus. | 42. |
| Oceanus et Pammachius. | 41. |
| Pammachius. | 39. 79. 80. 123. |
| v. etiam Oceanus. | |
| Pammachius et Marcella. | 81. |
| Paula vidua. | 115. |
| Ejus Epitaphium. | 116. |
| Paulinus Presbiter. | 35. 36. |
| Paulus Monachus. | 72. |
| Principia. | 122. |
| Riparius. | 58. |
| Rufinus Presbiter. | 61. |
| Rusticus Monachus. | 50. 71. |
| Sabinianus. | 67. |
| Salvina vidua. | 93. |
| Theodora Spana. | 117. |
| Theodosius Anachorita. | 76. |
| Tirasius. | 113. |
| Tranquillinus. | 7. |
| contra Vigilantium. | 57. 59. |
| Virgines Enonenses. | 85. |
| de Virtutibus tribus. | 52. |
| Vitalis Presbiter. | 65. |

NOMINA EORUM QUI AD JERONIMUM VEL ALIOS SCRIPSERUNT.

| | |
|---|---|
| Augustinus Jeronimo. | Epist. 14. 18. 19. 21. 22. 25. 26. |
| Idem Presidio. | 17. |
| Damasus Jeronimo. | Epist. 1. |
| Epiphanius Joanni Constantinopolit. | 54. |
| Oceanus et Pammachius Jeronimo. | 40. |

B. II. 10. FOLIO. In fine libri subjicitur Hieronymi ab anonymo Scripta; quam edidit Marianus Victorius in fine Tomi 9 operum Hieronymi. Sic incipit: "Plerosque nimirum "illustrium virorum non ambigo nosse"— Implet folia 3½. Dicit annum ætatis 91 ab Hieronymo expletum fuisse.

Pulchrè scriptus est hic Codex; lineis divisis; literis mediocribus, rotundis; ante annos 600: videtur enim fuisse unus è libris Guillelmi 1[mi] Episcopi.

11. Hieronymi et aliorum Opuscula 32.

1. Liber Questionum Sc'i Jer. Folio 2.
Sunt Hieronymi Quæstiones Hebraicæ in Genesin.
Sic incipiunt: "Qui in principiis librorum debebam secuturi operis argumentum "proponere"—

2. Liber de distantiis locorum. fol. 19.
Est Hieronymi Liber de Locis Hebraicis. Sic incipit: "Eusebius qui a beato "Pamphilo martire cognomen sortitus est"—

3. Jeronimi Interpretationes Ebraicorum Nominum. folio 36.
Prologus sic incipit: "Philo vir disertissimus Judeoꝝ."
Nomina ipsa propria alphabetico ordine disponuntur; servatâ tamen librorum serie: ita 1[mo] exponantur nomina quæ leguntur in Genesi: 2[do] quæ in Exodo: & sic deinceps.
In fine adjiciuntur nomina Literarum Hebræarum, cum interpretatione Latinâ: ut, "Aleph, mille, vel, doctrina. Beth, domus &c." Item Literarum Græcarum Figuræ et Nomina: quibus singulis apponuntur voces Latinæ; sed utrum ad denotandum literarum in pronuntiando potestatem; an vocum Græcarum interpretationes, non satis scio. Ex. gr. "Alpha, agricola. Beta, vetus. Gam"ma, Virga. Delta, correctionis." Agricola sane, Vetus, Virga, denotare videntur earum literarum in pronuntiando vim: [ut Alpha sonet *a*; Beta, *v*; Gamma, *g*:] Sed quid simile est in Delta, et Correctionis? Sic in Theta, Possessio: Kappa, Populis: et reliquis. Nec meliori jure Interpretationes dici possunt; quia Græcarum literarum nomina, cum ab Hebræis pleraque deducuntur, in Græcâ linguâ nullam habent significationem: et hæ significationes ab Hebræis longissimè recedunt. Sed in eâ ætate, licet omnium indoctissimâ, non defuere tamen qui (ne aliquid ignorare viderentur) voces etiam earum linguarum in quibus nihil intelligebant, interpretationibus falsis et absurdis non illustrarent, sed obscurarent, et inquinarent. Cujus rei exempla multa videre licet in Indicibus Propriorum Nominum, qui Bibliis MStis aliquando subjiciuntur. [v. A. II. 3.] Neque dubito quin huîc Hieronymi libello multa ab indoctâ manu infarcta fuerint. Quis enim credat ab Hieronymo profectum esse, "Archippo, longitudini operis? aut, Onesimum, respondentem?"—[v. Epistolam ad Philemonem.] Eadem tamen leguntur etiam in editis Hieronymi codicibus. Sed fuit fortasse familiare vitium Grammaticorum non minus Hebræorum quam Græcorum, ut omnium vocabulorum origines è suâ linguâ derivare

B. II. 11. FOLIO. vellent: Et Hieronymus forte ex eorum sententiâ potiûs quàm suâ locutus est. Et sane vocum nonnullarum Interpretationes violentas esse fatetur.

Subjiciuntur etiam Numerorum Græcorum nomina; at linguâ non antiquâ, sed recentiori: ut, "Mia, dia, tria, tessera, penta, exa, epta &c."—

4. LIBER BEATI JERONIMI PRESBITERI DE QUESTIONIBUS LIBRI REGUM. Fol. 61.
Sic incipit: "Fuit vir unus de Ramathaim Sophim"—

5. DE [Quæstionibus] PARALIPOMENON [LIBER HIERONYMI.] fol. 71. b.
Sic incipit: "In diebus ejus divisa est terra"—

6. DE DECEM TEMPTATIONIBUS. fol. 82.
Sic incipit: "Hec sunt verba que locutus est Moyses ad omnem Israel"—
Tractatui huic nomen Auctoris nec in initio, nec fine affigitur; nec inter Hieronymi opera recensetur.

7. DE SEX CIVITATIBUS AD QUAS HOMICIDA FUGIT. fol. 82. b.
Sic incipit: "Prima Civitas est Cognitio verbi Dei"—
Sunt tantum lineæ 14. Fragmentum est libri alicujus allegorici, (ut videtur) cujus Auctoris nomen non apponitur.

8. CANTICUM DEBORE CUM EXPOSITIONE. fol. 83.
Sic incipit: "Cecinerunt Debora, et Baruch filius Abinoem. Baruch Vir Debborah Prophetidis fuisse traditur."
Auctor anonymus est.

9. LAMENTATIONES JEREMIE. fol. 84. b.
Sic incipit: "Sicut inter omnia Cantica Veteris et Novi Testamenti primatum "tenet Canticum quod Solomon cecinit"—
Sic desinit: "Explicit Expositio super alphabeto Ebraïco"— Primum tantum est Caput Threnorum cum Expositione.

10. TRACTATUS SUPER EDIFICIUM PRUDENTIJ. fol. 87.
Sic incipit: "Gratiâ Dei adjutrice, Vitiorum voragine annichilatâ, Virtutum domicilium describere nobis studuit Prudentius doctor."
Est Expositio allegorica et moralis Templi a Prudentio quodam descripti.

11. JERONIMUS AD DARDANUM. fol. 88.
Sic incipit: "Cogor a te, ut tibi, Dardane, de generibus Musicorum, sicut res "docet vel visione vel auditu, brevi sermone simplicique respondeam."
Edidit Victorius in 9no Tomo Operum Hieronymi; in Classe primâ; [p. 113.] inter ea quæ Hieronymi quidem non sunt, sed quorum Auctores ignorantur.

12. JERONIMUS AD RUSTICUM MONACHUM. fol. 88. b.
Sic incipit: "Nichil Christiano felicius, cui promittuntur regna Celorum"—
Vide supra Cod. 4. tract. 12.

13. LIBELLUS DE QUIBUSDAM SENTENTIIS. fol. 92.
Sic incipit: "Affirmatur Celum rotundum."
Tractatui ipsi nullus Titulus præfigitur: sed hoc nomen habet in Tabulâ quæ est in initio libri.

B. II. 11. FOLIO. Collectio est Sententiarum, ex variis (ut videtur) auctoribus, sine ordine ullo decerpta.

14. GLOSSÆ SEPTIMÆ EBDOMADÆ. Fol. 100. b.
Agit hic tractatus de Intercalationibus.
Sic incipit: "Non ad hoc abbreviavit illos annos, ut tolleret embolismos"—

15. QUEDAM ETHIMOLOGIE. fol. 101. b.
Ita vocatur in Tabulâ quæ libro præfixa est. Expositio est vocum aliquot Biblicarum, secundum librorum seriem dispositarum.
Sic incipit: "Sintagma doctrina."

16. EPISTOLA JERONIMI AD DAMASUM PAPAM; CUM RESCRIPTO DAMASI. 102. b.
Sic incipit Epistola: "Gloriam Sanctitatis tue nostra humilitas deprecatur"—
Rescriptum sic: "Gaudet Ecclesia tuo fonte jam satiata"—

17. ORDO EPISCOPORUM ROMÆ EXCERPTORUM. fol. 103.
Sic incipit: "Beatus Symon Petrus, Apostolus, et Princeps Apostolorum"—
Catalogus est Episcoporum, a Petro ad Constantinum Romanum, qui anno 768 per vim militarem è Laïco Pontifex factus, cum honorem per annum integrum tenuit: sed tum sede dejectus Stephano 3tio cessit. Hunc inter Episcopos Romanos Pontificij non numerant.

18. DE MENSURIS. fol. 105. b.
Sic incipit: "Mensurarum appellationes quibus utimur, sunt duodecim"—
Non implet dimidiam paginam.

19. MENSURA SPERE. ibid.
Sic incipit: "Forma Spere quadrua"—
Paginæ tantum quarta pars est.

20. PRECATIONES DUÆ METRICÆ. fol. 106.
Sic incipiunt: "O Deus, immensa sapienta, suavis, opima."
Sunt versus 28.

21. PRÆFATIONES CANONICÆ NOVEM. ibid.
Sunt Præfationum tantum Tituli: scil. "(1.) de Natali Domini. (2.) de Ap-"paritione. (3.) de Quadragesimâ. (4.) de Pascha. (5.) de Ascensione. "(6.) de Pentecoste. (7.) de Trinitate. (8.) de Cruce. (9.) de Apostolis.

22. DE IGNIS NATURA. ibid.
Sic incipit: "Est res effrenis"—
Sunt 10 tantum versûs.

23. DE QUATUOR GENERIBUS MORTIS. ibid.
Sic incipit: "Quadrifido genere mors"— Sunt versûs 4.

24. DE SAULE, QUI DUOBUS ANNIS REGNASSE DICITUR. ibid.
Sic incipit: "Monade censetur, cum primum sceptra tuetur."
Sunt versûs 4.

25. DE METALLIS. ibid.
Sic incipit: "Quidam septigenum describunt esse metallum."
Sunt versus 12.

B. II. 11. 26. De Lapidibus. Fol. 106. b.
FOLIO.

Sic incipit: "Jaspis viridis super quem fuerit: nulla phantasmata timet." Dimidiam paginam implet.

27. Notæ divinæ legis necessariæ. ibid.

Sic incipit: "pp. [f. proprium] hoc in idiomatibus"—

Sunt 13 Notæ, quibus usi fuisse videntur in legendis libris sacris, accommodatæ observationibus suis; sive Theologicæ essent, seu Rhetoricæ, seu Dialecticæ, sive alterius generis. Notis ipsis subjicitur Explanatio brevis, quâ earum usus ostenditur.

28. Monochordum Dom'ni Encheriadis. fol. 107.

Sic incipit: "Monochordum Encheriadis constat"—

Encherias hic, quisquis fuerit, ex titulo Domnus, videtur ordinis Benedictini Monachus fuisse.

29. Mensura Dom'ni Boetij. Musicam mensuram intelligit. ibid. b.

Sic incipit: "Totam tabulam divide in quatuor."

Ex eodem titulo [Domni] Boetius iste videtur Monachus fuisse, et non celebris ille Anicius Manlius Severinus Boethius: qui tamen de Musicâ scripsit libros 5. Nisi forte Excerptum hoc e Boethij libro fuerit, Monachóque ab indoctis Monachis adscriptum.

30. Cromaticum et Enarmonicum ita facies. ibid.

Sic incipit: "Sume medietatem spatii quod est inter"—

31. Mensura Dom'ni Guidonis. fol. 108.

Sic incipit: "Gamma itaque imprimis affixa."

Guido Aretinus, Benedictinus Monachus, scripsit de Musicâ libros 2, circ. annum 1030. v. Gesn. & Baron. 1022. S. 20.

32. Epistole Fulberti Carnotensis Episcopi. a folio 109 ad 137.

Sic incipiunt: "Dilectissimo Patri et Archiepiscopo L. F. Dei gratiâ Carnoten-"sium Episcopus Orationis suffragium. Multum amoris atque fidelitatis tibi, "Pater, me debere censeo"— N. B. Archiepiscopus L. fuit Leuthericus Senonensis. v. Baronium ad Annum 1008. Sect. 2.

Non eodem ordine collocantur, qui in editis servatur. Inseruntur etiam nonnullæ aliorum Epistolæ: et alia Fulberti opuscula tum prosâ, tum metricè scripta.

Scriptus est totus Codex ab eâdem manu; lineis divisis; literis mediocribus, rotundis, elegantibus, ante annum 1100: fuit enim unus e codicibus Willelmi 1mi Episcopi, qui mortuus est A.D. 1096.

12. Augustini opera aliquot.

1. Beati Augustini Confessionum Libri 13.

Sic incipiunt: "Magnus es Domine et laudabilis valde"—

Libri 1mus et 2dus hunc Titulum habent, de Confessione.

B. II. 12. 2. AUGUSTINI ENCHERIDION.
FOLIO.
Sic incipit: "Dici non potest dulcissime fili Laurenti." Præfiguntur Capitum tituli 70.

3. LIBER B'I [beati] AUGUSTINI DE CONFLICTU VITIORUM.
Sic incipit: "Apostolica vox clamat per orbem."

4. LIB. B'I AUGUSTINI DE VERA RELIGIONE.
Sic incipit: "Cum omnis Vite bone ac beate via in verâ Religione sit consti-
"tuta"—

5. LIBER AUGUSTINI DE LIBERO ARBITRIO LI. 3.
Sic incipit: "Dic mihi, queso te, utrum Deus non sit auctor mali. Aug. Dicam."
Quanquam librum vocet, sunt tamen tres libri.

6. AURELIJ AUGUSTINI DOCTORIS EGREGIJ CONTRA FAUSTUM LIBRI 33.
Sic incipiunt: "Faustus quidem fuit gente Affer, civitate Milevitanus"—
Præmittitur Augustini Retractatio in hos libros.

7. BEATI AUGUSTINI EPISCOPI LIBER DE DIVINATIONE DEMONUM.
Sic incipit: "Quodam die in diebus Sanctis Octavarum."
Præmittitur Retractatio.

8. BEATI AUGUSTINI EP'I [Episcopi] RETRACTATIONUM LIB.
Sic incipit Præfatio: "Jamdiu istud facere cogito atque dispono, quod nunc ad-
"juvante Deo aggredior"—
Retractationum hic sunt libri duo.

9. AURELIJ AUGUSTINI YPPONENSIS EP'I DE CONSENSU EVANGELISTARUM LIBRI 4.
Sic incipiunt: "Inter omnes divinas auctoritates que sanctis literis continen-
"tur"—

10. LIBER B'I AUGUSTINI AURELIJ DE QUESTIONIBUS VETERIS & NOVI TESTAMENTI.
Sic incipit: "Quid est Deus? Deus est hoc quod nulla attingit opinio."
Hunc librum (ut editores Benedictini aiunt) eruditi Augustino abjudicant, et quidem merito.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; lineis mediocribus, non inelegantibus; ante annos circiter 400.

In initio: "Lib̄ Sc̄i Cuthb̄ti. ex p̄curac̄ōne Joh̄is de Dent Monachi Dunolmen-
"sis. E cōi librar̄ Moachoꝝ Dunelm̄."

Quando vixerit Johannes iste de Dent ignoro.

13. AUGUSTINUS SUPER SECUNDAM PARTEM PSALTERIJ. [a 51^mo^ ad finem 100^mi^.]

Sic incipit: "Aurelij Augustini egregij Doctoris incipit Tractatus de Psalmo
"51^mo^. Psalmus brevis est de quo loquendum"—

B. II. 13. FOLIO. Scriptura elegans est: Lineæ dimidiatæ: Literæ rotundæ, variæ magnitudinis; in initio mediocres, in medio majores, in fine minores. Prima cujusque Psalmi litera picta est. In initio Psalmi $70^{mi}$ est litera I, tantæ magnitudinis, ut tres figuras humanas, et decem versus capiat. In summâ parte est Hominis protome, [caput cum humeris] capite radiato: Christi (ut videtur) figura. In mediâ, Episcopus stans, capite raso, pedum Episcopale sinistrâ tenens: supra caput, Willelmus Episcopus. In ima parte, Monachus genibus procumbens, manusque ad Episcopum tendens: supra caput, Rob$^{9}$ Benjamin. In ambitu scribuntur, ordinibus quinque, (literis minutis quidem sed elegantibus) versus 10, quibus Benjaminus Pictor, laudato Episcopo, artis et industriæ suæ præmium petit.

Versus duo primi sunt:

" Optime Presul ave dum servas tempora vite
" Ne mortem metuas optime Presul age.

Ultimi:

" Maxima dona queas mercedis habere future
" Et Pictor mercis maxima dona queat."

Willelmus iste $1^{mus}$ fuit, de Sancto Carilefo dictus; qui (ut ex Indiculo librorum ejus patet) Sancto Cuthberto dedit Augustini Commentariorum in Psalmos tomos 3; quorum primus nunc desideratur.

Scriptus est autem hic Codex circiter annum 1090, priusquam Willelmus in exilium pulsus est: $3^{us}$ enim Tomus scriptus est, cum jam in exilio ageret.

In Catalogo Monachorum, qui Historiæ Dunelmensi M$^{s}$tæ [Symeonis Dunelmensis] præfigitur, tres sunt Rotberti [Roberti] hujus ætatis; $23^{us}$, 59, 68.

Commentario præmittitur Index rerum alphabeticus: est autem a manu recentiori.

14. TERTIA QUINQUAGENA AUGUSTINI.

Commentarius est Augustini in tertiam partem Psalmorum, a $101^{mo}$ ad 150.

Sic incipit: " Aurelij Augustini, egregij Oratoris, Tractatus prior de Psalmo " centesimo primo sic incipit: Ecce unus pauper orat, et non orat in silentio."

In fine adscribuntur his versûs:

" Hoc exegit opus Guuillelmus Episcopus illo
" Tempore quo proprio cessit Episcopio.
" Materies operisque labor reputantur eidem:
" Materies sumtu; sed Labor imperio.
" Nominis ejusdem consors Willelmus et idem
" Perstitit ut fieret arte, labore, manu.
" Pontificisque sui tanto fervebat amore,
" Ut labor ipse foret ejus amore levis."

Ex his versibus Elias Smith, et Joannes Milner conjecerunt (in Indicibus M$^{s}$torum horum quos confecerunt) Codicem hunc ipsius Willelmi Episcopi manu descriptum fuisse. Sed neque otium fuit Guillelmo (in tantâ negotiorum secularium et Ecclesiasticorum mole) ad libros decribendos; et iste labor junioribus demandari solitus est: neque versûs hi id dicunt, quod illi putârunt. Eorum sensus est:

B. II. 14. FOLIO. "Willelmo Episcopo jubente, et sumtus præbente, Willelmum alterum (Monachum, "ut videtur) hunc librum descripsisse." Episcopi erat sumtus et Imperium: [ver. 4.] Monachi vero Ars, Labor, Manus, [v. 6.] Scriptus itaque est hic Codex infra annos 1090—1093; quibus Episcopus ille in exilio apud Robertum Normanniæ Ducem egit.

Lineæ divisæ sunt: Literæ minores, rotundæ, elegantes.

In Monachorum Catalogo supra-dicto, Willelmus quidam locum obtinet 35[tum]: fuit itaque Willelmo Episcopo σύγχρονος.

Præfigitur ab aliâ manu Index rerum alphabeticus.

In initio: "Liber Sancti Cuthbti."

15. AUGUTINUS SUPER TERTIAM PARTEM PSALTERIJ.

Idem liber est cum superiori.

Lineæ divisæ sunt: Literæ paulo majores, acuminatæ, bene formatæ: Manu admodum simili, vel forte eâdem quâ duo alia hujus Scriptoris Volumina scripta sunt; ætate (ut videtur) Roberti de Graystan, ante annos circiter 400.

Vide Codices hujus Plutei 19 et 29.

In initio: "e cōi librar̄ Mo^cho℥ Dunelm̄."

16. AURELIJ AUGUSTINI, DOCTORIS, HYPPONIENSIS EPISCOPI, OMELIÆ IN EVANGELIUM D'NI N'RI JHU XP'I SC'DM [DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI SECUNDUM] JOHANNEM: QUAS IPSE COLLOQUENDO PRIUS AD POPULUM HABUIT, ET INTER LOQUENDUM A NOTARIIS EXCEPTAS, EO QUO HABITÆ SUNT ORDINE VERBUM EX VERBO POSTEA DICTAVIT.

Titulus hic scriptus est, pag. 2. literis Capitalibus; lineis alternis rubris, cæruleis, viridibus. Eodem modo scribuntur [paginâ 1[ma]] Versus 5 priores Capitis 1[mi]; qui sunt argumentum Homiliæ 1[mæ]: quibus Titulus hic præfigitur: "Incipit Evange-"lium Domini nostri Jesu Christi secundum Johannem, juxta translationem quam "beatus Augustinus exponit."

Homiliæ, sive Sermones, sive Tractatus (tot enim nominibus vocantur) sunt 124: Quarum prima sic incipit: "Intuentes quod modo audivimus ex lectione Apos-"tolicâ"—

Lineæ continuæ sunt: Literæ mediocres, rotundæ, elegantes. In singulorum sermonum initio litera picta est.

Habere videtur Codex annos 600.

In initio: Tabula est quæ ostendit, quibus sermonibus singulæ Evangelij hujus Pericopæ tractantur.

B. II. 17. FOLIO. EXPOSITIO EVANGELIJ S'CI JOHANNIS EDITA A SANCTO AUGUSTINO VENERABILI EP'O [Episcopo.]

Sic incipit: "In nomine Dĩ [Dei] Sũmi. Incipiunt Capitula in Expositionem "Evangelij Sc̃i Johannis edita [—tam] a Sc̃o Augustino Venerabile Ep̃o [Episcopo.] "Literæ hujus Inscriptiones sunt majores: Lineæ alternæ rubræ et nigræ."

Sequuntur argumenta singulorum Capitum; quorum numerus est 124.

In initio libri; Literis maximis; Lineis alternis rubris et nigris: "Incipit Trac- "tatus Sancti Augustini de Evangelio secundum Johannem; ab eo quod scriptum "est, In principio erat Verbum, usque ad, Et tenebre eum non comprehenderunt. "Intuentes quomodo audivimus ex lectione."

Lineæ dimidiatæ sunt; Literæ mediocres, rotundæ, elegantissimæ. Videtur fuisse e libris Willelmi 1[mi] Episcopi; ut annos 600 superet.

Præfigitur libro (ab aliâ manu) Tabula quæ indicat quibus Sermonibus singulæ Evangelij hujus partes explicantur.

18. AUGUSTINI SERMONES 89.

| | |
|---|---|
| DE VERBIS DOMINI, 64. | 64 |
| DE SCRIPTIS VETERIBUS ET NOVIS: DE TRINITATE CONTRA ARIANOS. | 1 |
| DE VERBIS APOSTOLI, 24. | 24 |
| | 89 |

Sunt in editione Lovan. 30, præter 5 alios in Appendicem rejectos.

Sic incipiunt: "Incipiunt Capitula Sc̃i Augustini Ep̃i in libro de Verbis Domini. "Incipiunt de Matheo. 1[us] Sermo Sc̃i Augustini de Verbis Domini in Evangelio "secundum Matheum: Agite Penitentiam, appropinquabit enim regnum Celorum. "Evangelium audivimus, et in eo Dominum arguentem eos qui"—

Præmittitur Tabula, in quâ omnium Sermonum argumenta exhibentur.

Lineæ divisæ sunt: Literæ majores, rotundæ, elegantes. Videtur habere annos circiter 600.

19. AUGUSTINI OPUSCULA 12: quorum Nomina in fine libri adscribuntur ab eâdem manu quâ Codex ipse.

1. DE SERMONE DOMINI IN MONTE LIBRI 2.
   Sic incipiunt: "Sermonem quem locutus est Dominus noster Jesus Christus"—
2. DE SINGULARITATE CLERICORUM.
   Sic incipit: "Miseram quidem vobis ante tempus Epistolam filij karissimi."
   Editus est inter libros Cypriano falso adscriptos, in editione Oxoniensi: Sed MSti nonnulli tribuunt Augustino.
3. DE CARITATE TRACTATUS DECEM.
   Sunt libri 12 in Johannis Epistolam ad Parthos, qui inter Augustini opera le-

B. II. 19. FOLIO. guntur; quique (ut ait Editor Benedictinus) in Mstis nonnullis "de Caritate" vocantur.

Sic incipit: "Meminit Sanctitas vestra Evangelium secundum Johannem." v. B. IV. 8.

4. De Quantitate Anime liber, Interrogationibus Adeodati, et Responsionibus Augustini editus. v. infra IV. Cod. 12. tr. 18.
Sic incipit: "Cum video te habundare otio"—
Nomen Adeodati expunxit Editor Benedictinus, quia in vetustissimis Mstis non legitur.

5. De Presentia Dei. v. infra, Plut. IV. Cod. 12. tract. 19.
Sic incipit: "Fateor me illustrissime frater Dardane"—

6. Questio de Paradiso. v. IV. 12. 19.
Sic incipit: "Ab exordio Scripture Sancte que inscribitur Genesis"—
Est liber 12mus de Genesi ad literam, qui inter Augustini opera legitur.

7. Interrogationes Orosij, et Responsiones Augustini.
Sic incipiunt: "Licet multi et probatissimi viri, diverso quidem stilo, sed non "diversâ fide, pene vel innumerabilia opuscula ediderint"—
Caveüs dicit, non ab Augustino scriptum fuisse hunc tractatum, sed ex Augustini libris maximam partem collectum esse.

8. De Cura pro mortuis agenda, ad Paulinum Episcopum.
Sic incipit: "Diu Sanctitati tue, Episcope venerande Pauline, rescriptorum de- "bitor, fui"—
v. infra Codicem 29. tract. 36.

9. De Videndo Deo liber.
Sic incipit: "Memor debiti quod ex tuâ petitione"—

10. De Mirabilibus Scripture libri 3.
Sic incipiunt: "Omnium mirabilium"—
Editi sunt inter libros Augustino falso adscriptos.
At hic non exhibentur integri, sed tantum excerpti.

11. Liber contra Epistolam Manichei quam vocant Fundamenti.
Sic incipit: "Unum verum Deum omnipotentem, ex quo omnia, per quem "omnia"—

12. Liber primus de Moribus Ecclesie, &c.
Sic incipit: "In aliis libris satis opinor egisse nos"—
Desideratur Liber 2dus, qui est, de Moribus Manichæorum.

In folio ultimo hæc Nota adscribitur a primâ manu: "Liber Sci Cuthberti de "Dunelm̃ ex procuratione fratris Roberti de Graystañ." Robertus de Graystanes electus fuit Episcopus Dunelmensis; A.D. 1333. [v. Angliam Sacram vol. 2.] Scriptus est autem hic Codex cum adhuc Monachus esset, ante annos circiter 400.

Lineæ divisæ sunt: Literæ majores, acuminatæ, accuratè formatæ.

B. II. 20. AUGUSTINI ET ALIORUM TRACTATUS 32.
FOLIO.

1. LIBER BEATI AUGUSTINI DE MENDACIO, PRIUS AB EO EDITUS.
Sic incipit: "Magna questio est de Mendacio, que nos in ipsis cotidianis acti-
"bus sepe disturbat"—

2. LIBER BEATI AUGUSTINI EPISCOPI CONTRA MENDACIUM.
Sic incipit: "Multa mihi legenda misisti, Consenti, frater karissime"—

3. DE ADULTERINIS CONJUGIIS, DUO LIBRI.
Sic incipiunt: "Prima questio frater amantissime Pollenti."

4. AUGUSTINI DE NUPTIIS ET CONCUPISCENTIA LIBRI 2.
Sic incipiunt: "Heretici novi, dilectissime fili, Valeri"—
Iis præmittitur tanquam Præfatio, Epistola Augustini ad Valerium: "Domino
"illustri et merito prestantissimo"—

5. AURELIJ AUGUSTINI DE BONO CONJUGALI LIBER.
Sic incipit: "Quoniam unusquisque homo humani generis pars est"—

6. SEXTUS LIBER MUSICE.
Sic incipit: "Satis diu pene, atque adeo planè, pueriliter"—
Est Augustini liber Sextus de Musicâ.

7. DE FIDE RERUM INVISIBILIUM AUGUS [TINUS.]
Sic incipit: "Sunt qui putant Religionem Christianam propterea ridendam"—

8. DE SIMBOLO. folium est 1½.
Sic incipit: "Sicut nonnullis scire permissum est"—
Non recensetur inter Augustini Scripta, ne supposititia quidem.

9. AUGUS [TINUS] DE IGNE PURGATORIO.
Sic incipit: "In lectione apostolicâ que vobis paulo ante recitata est, fratres ka-
"rissimi, audivimus Apostolum dicentem"—
Sermo est in illud Apostoli, (1. Cor. cap. 3. v. 11 ad 15.)
"Fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter id quod positum est, quod
"est Christus Jesus"—usque ad "ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per
"Ignem."
Non invenitur inter Sermones Augustini.
Implet folium unum cum dimidio.
Vide infra, Codicem 29, tractatum 27.

10. INTERPRETATIONES EBRAICARUM LITTERARUM.
Sic incipit: "Aleph interpretatur doctrina. Beth domus."
Est dimidia tantum pagina.

11. DE ORDINE CREATURARUM.
Sic incipit: "Universitatis ratio biphariâ ratione debet intelligi."
Auctoris nomen non adscribitur: non invenio inter Augustini opera. Sunt
folia 10.

B. II. 20. FOLIO. 12. DE SPIRITU ET LITERA A⁹. [Augustinus.]
Sic incipit: "Lectis opusculis que ad te nuper elaboravi, fili karissime Marcel-
"line, de Baptismo parvulorum, et Perfectione Justitie hominis."

13. DE COGNITIONE VERE VITE.
Sic incipit: "Sapientia Dei que os muti aperuit"—
Legitur inter opera Augustino falsò adscripta.

14. DE ORATIONE DOMINICA.
Sic incipit: "Beatus Apostolus tempora ista, quando futurum erat ut omnes
"Deo crederent, prenuntiata fuisse a Prophetis ostendens"—
Nomen Auctoris non apponitur: non recensetur inter Augustini opera. Habet folia 3½.

15. EXPOSITIO SIMBOLI S'. B'M AUG⁹. [secundum beatum Augustinum.]
Sic incipit: "Inter pressuras atque angustias presentis temporis, et nostre officia
"servitutis, cogimur (fratres delectissimi) non tacere"—
Sermo est in illud Apostoli, (Rom. 13, 12.) "Nox precessit, Dies autem ap-
"propinquabit: deponentes opera tenebrarum induite vos arma lucis." Cæterum non invenitur inter sermones Augustino sive verè sive falsò adscriptos.
Implet folia 6½.

16. DE FIDE SANCTE TRINITATIS.
Sic incipit: "Domino eximio, et in Christi caritate plurimum desiderabili filio
"Donato Augustinus servorum Christi famulus in Dño salutem. Multum
"benedico Dominum, dilectissime fili, cujus gratia talis est, ut cum sis etate
"minor, non que sunt carnis, sed que sunt Spiritûs concupiscas"—
Hic tractatus nec inter Augustini libros, nec inter Epistolas legitur. Implet folia pene 4.

17. SENTENTIE QUORUNDAM PHILOSOPHORUM.
Sic incipiunt: "Cicero. Nulle sunt occultiores insidie, quam he que latent in
"simulatione officij."
Ex variis scriptoribus excerptæ sunt.
Unum tantum folium est.

18. CICERO DE DIVINATIONE.
Sic incipit: "Utrum Dij nichil agant, nichil moliantur, omni curatione ac am-
"ministratione rerum vacent"—
Sententiæ sunt quædam ex eo libro decerptæ. Sunt folia 2½.

19. PROVERBIA SENECE.
Sic incipiunt: "Alienum est omne quod optando evenit."
Sententiæ sunt circiter 450 (pleræque Publij Syri) alphabetico ordine dispositæ.
Eas sequuntur Sententiæ aliæ (versibus 114) a Christiano aliquo conscriptæ.
Sic incipiunt: "Quisquis vult verè Domino per cuncta placere."

20. AUGUSTINUS DE GRATIA NOVI TESTAMENTI.
Sic incipit: "Quinque mihi proposuisti tractandas questiones atque solvendas,
"dilectissime mi frater Honorate"—
Legitur inter Augustini Epistolas. Est 140ᵐ in Edict. Ben.

B. II. 20. FOLIO. 21. AUGUSTINI EPISTOLA AD VOLUSIANUM: cui præmittuntur brevior Epistola Augustini ad Volusianum; et Volusiani Rescriptum ad Augustinum.
Sic incipit: "Legi literas tuas, in quibus vidi magni cujusdam Dialogi"—
Sunt Epistolæ 132, 135, 137, in edit. Benedictinâ.

22. DE DISCIPLINA CHRISTIANA.
Sic incipit: "Locutus est ad nos Sermo divinus."
Nomen Auctoris non apponitur: Sed inter Augustini opera legitur, in Tomo 6[to] Editionis Benedictinæ.
Occurrit infra, Cod. 29. tract. 20.

23. LIBER SANCTI AUGUSTINI DE VITA CHRISTIANA AD SOROREM SUAM VIDUAM.
Vide infra, Cod. 29. tract. 23.
Sic incipit: "Ut ego peccator et ultimus, insipientiorque ceteris, et imperitior "universis."
Legitur inter Supposititia Augustini opera, in Appendice Tomi 6[ti] Editionis Benedictinæ.
Lucas Holstenius, qui hunc tractatum edidit A. D. 1663, eum auctori suo restituit, Fastidio Britanno.

24. AUGUSTINUS DE QUATUOR VIRTUTIBUS CARITATIS.
Sic incipit: "Desiderium caritatis vestre a nobis exigit debitum Sermonis offi-"cium"—
Non recensetur inter libros Augustino adscriptos.
Sunt folia 2½.

25. AUGUSTINUS DE PUGNA ANIME.
Sic incipit: "Quotquot Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei"—
Excerpta sunt e Sermone 128.

26. DE PENITENTIA AGENDA.
Sic incipit: "Admonet Dominus Deus noster nos non debere negligere nostra "peccata, quia nobis demonstrant iram suam"—
Non recensetur inter libros Augustino adscriptos. Habet folia 3½.
Vide infra Codicem 29. tract. 28.

27. DE GAUDIO ELECTORUM ET DAMPNATORUM SUPPLICIO.
Sic incipit: "Tria sunt sub omnipotentis Dei manu habitacula." Sunt folia 2½.
Scriptoris nomen non apponitur.
Editus est hic tractatus in Appendice Tomi 6[ti] operum Augustini, hoc titulo, "de triplici habitaculo:" et adscribitur Auctori incerto sed erudito.
Occurrit iterum bis, infra, Cod. 29, tract. 9. et IV. cod. 10. tr. 3.

28. AUGUSTINUS DE HUMILITATE ET OBEDIENTIA.
Sic incipit: "Nihil sic Deo placet quomodo obedientia."
Excerptum forte est ex Augustino. ¾ fol.

29. DE NATURA SUMMI BONI ADVERSUM MANICHEOS LIBER SANCTI AUGUSTINI.
Ita vocatur in recensione hujus libri, in libro 2[do] Retractationum, quæ hic præ-

B. II. 20. FOLIO. figitur. Malè vocatur in summo folio, et in Indiculo qui in fine adjicitur, de naturâ bonâ.

Sic incipit: "Summum bonum quo superius nichil est, Deus est"—

Vide infra, Cod. 29. tract. 21.

30. AURELIJ AUGUSTINI DE BAPTISMO PARVULORUM LIBRI 2.

Sic incipiunt: "Quamvis in mediis et magnis curarum estibus"—

In editis libris titulus est, de Peccatorum meritis, et Remissione, et Baptismo parvulorum, libri 3. At hic tantum duo sunt libri; tertius est Epistola ad Marcellinum, quæ mox sequitur, num. 32.

31. LIBER DE UNICO BAPTISMO.

Sic incipit: "Respondere diversa sentientibus"—

Præmittitur Augustini de hoc libro Sententia, ex Retractationibus.

32. EPISTOLA BEATI AUGUSTINI AD MARCELLINUM.

Sic incipit: "De questionibus quas michi proposueras"—

Est (ut supra monui) tertius liber de Baptismo Parvulorum.

In fine libri adjicitur (a primâ manu) Indiculus Tractatuum in hoc Volumine contentorum: et Nota hæc; "Liber Sc̃i Cuthb̃ti de Dunelm. ex p̃curacione fr̃is Rob̃ti de Graystañ." Unde de hujus Codicis ætate conjici potest. Scriptus est lineis dimidiatis; literis majoribus, acuminatis, accuratè formatis; ab eodem Scribâ (ut videtur) a quo præcedens.

Prima cujusque Libri litera picta est et deaurata.

Picturæ argumento libri respondent: (quod et in præcedenti libro observari debuit:) et in imâ paginâ præscribitur (literis pessimè formatis) Pictori quid pingere debeat.

Exempli gratiâ: ante tractatum

1^m. Fiat Imago extendens linguam.

2. In unâ parte fiat Caput cum digito sub mento: et ex alterâ parte Caput extendens linguam.

3. Fiat Juvenis et Juvencula.

4. Fiat Vir desponsans Mulierem.

6. Fiant Cantores cum descâ. Unus tantum Cantor est.

7. Fiat Deus in supremâ parte: et sub eo homines respicientes Celum.

8. Fiat Petrus & Paulus cum Capitibus Apostolorum.

9. Fiant Anime in Igne ardentes. (Figura excisa est.)

11. Fiat Deus cum homine et aliis [Creaturis: ave, quadrupede &c.]

12. Fiat Angelus scribens.

13. Fiat Homo flectens genua, respiciens in Celum.

14. Fiat Christus sedens super montem docens Apostolos.

15. Fiant Petrus et Paulus et ceteri Apostoli.

16. Fiat Trinitas. (Figura excisa est.)

17. Multi Magistri simul disputantes.

18. Demon extendens digitum. (19.) Senex cum pueris sub eo.

B. II. 20. FOLIO.

21. Fiat Episcopus sedens.
23. Fiat Episcopus, et mulier Vidua ad pedes ejus.
24. Fiat Dives distribuens denarios pauperibus.
25. Fiat Diabolus et Anima pugnantes.
26. Fiat Sacerdos cum Virgâ in manu, & verberans hominem in Disciplinâ.
27. Fiat Anima ascendens in Celum: ex alterâ parte Infernum.
28. Fiat Altare & Monachus super genua manus extendens. Altari Crux imponitur.
29. Fiat Episcopus disputans cum hominibus.
30. Fiat Sacerdos baptizans parvulos.
31. Fiat Presbiter baptizans puerum.

21. Epistolæ b'i [beati] Augustini.

Sunt Augustini Epistolæ 142: scriptæ eleganter, literis mediocribus, rotundis; ante annos 600. Videtur enim fuisse unus e libris Willelmi Episcopi 1mi (de Sancto Carilefo.)

1. Nomina eorum ad quos Epistolæ scriptæ sunt, cum Epistolarum Exordiis: a manu primâ.
2. Index alphabeticus Rerum in Epistolis contentarum: a manu recentiori.

Nomina eorum ad quos Augustinus Epistolas scripsit, alphabetico ordine disposita.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Anastasius. | Epistola 72. | Ecdicia. | Epistola 129. |
| Antoninus. | 134. | Eleusius. | 95. |
| Apringius. | 88. | Elpidius. | 80. |
| Armentarius et Paulina. | 28. | Emetrius, [pro Emeritus.] | 94. |
| Asellica. | 130. | Esychius, [pro Hesychius.] | 59. |
| Audax. | 69. | Euodius. | 47. |
| Aurelius. | 10. | Eusebius. | 99. 100. |
| Bonefacius. | 14. 33. 113. 115. 116. 118. 120. 123. 125. 127. 132. | Felix et Hilarius. | 64. |
| | | Festus. | 96. |
| Celestius. | 133. | Florentina. | 60. |
| Cirtenses. | 57. | Fortunatianus. | 128. |
| Consentius. | 74. | Fortunatus. | 96. |
| Cornelius. | 53. | Gaius. | 135. |
| Crispinianus. | 155. | Glorius. | 93. |
| Crispinus. | 154. | Hesychius. v. Esychius. | |
| Dardanus. | 40. | Hieronimus. | 9. |
| Deogratias. | 32. | Hilarius v. Felix. | |
| Dioscorus. | 39. | Hipponensis Clerus et Plebs. | 65. 66. |
| Donatistæ. | 82. 97. 102. | Honoratus. | 92. 111. |
| Donatus. | 46. 54. 78. | | |

B. II. 21.
FOLIO.

| | |
|---|---|
| Januarius. | Epistola 103. |
| Innocentius. | 91. |
| Italica. | 6. 61. 112. |
| Juliana. | 71. |
| Letus. | 22. |
| Licentius. | 23. 25. |
| Longinianus. | 11. 13. |
| Macedonius. | 35. 37. |
| Madaurenses. | 79. |
| Marcellinus. | 57. 88. 90. |
| Martianus. | 85. |
| Maxima. | 70. |
| Maximianus. | 45. |
| Maximus. | 25. |
| Memorius. | 54. |
| Nebridius. | 81. 139. 140. 141. 142. |
| Nectarius. | 44. |
| Olimpius. | 52. 55. |
| Optatus. | 87. |
| Orontius. | 51. |
| Palmachius, [pro Pamma—] | 61. |
| Pascentius. | Epistola 106. 107. 109. |
| Paulina. | 49. |
| vide etiam Armentarius. | |
| Paulinus. | 42. |
| —— et Therasia. | 16. 18. 131. |
| Possidius. | 67. |
| Proba. | 46. 86. 110. |
| Proculeianus. | 75. |
| Profuturus. | 74. |
| Publicola. | 84. |
| Romanianus. | 136. |
| Sebastianus. | 73. |
| Seleuciana. | 56. |
| Severinus. | 101. |
| Severus. | 63. |
| Therasia v. Paulinus. | |
| Valentinus. | 29. 30. |
| Valerianus. | 76. |
| Victorianus. | 50. |
| Vincentius. | 31. |
| Volusianus. | 1. 3. |

Nomina eorum qui ad Augustinum vel alios scripserunt.

| | |
|---|---|
| Alipius cum Augustino. | Epist. 10. 76. |
| Audax. | 66. |
| Bonefacius. | 114. 117. 119. 121. 122. 124. 126. |
| Concilium Milevitanum. | 91. |
| — Zertense. | 82. |
| Dioscorus. | 38. |
| Hieronimus. | 8. |
| Licentius. | 24. |
| Longinianus. | 12. |
| Macedonius. | 34. 36. |
| Malevitanum Concilium, pro Milevi— | |
| Marcellinus. | 4. |
| Maximus Grammaticus. | 26. |
| Milevitanum Concilium. v. Concilium. | |
| Nebridius. | Epist. 137. 138. |
| Nectarius. | 43. |
| Pascentius. | 108. |
| Paulinus. | 4. |
| — et Therasia ad Augustinum. | 15. 17. |
| Paulinus et Therasia ad Alipium | 19. |
| — ad Romanianum. | 20. |
| Publicola. | 83. |
| Severus. | 21. |
| Therasia v. Paulinus. | |
| Volusianus. | 2. |
| Zertense Concilium v. Concilium. | |

In folio quod præcedit Nominum hanc Tabulam, leguntur Epistolæ duæ, (a manu non eâdem, sed ejusdem, ut videtur, ætatis,) sed imperfectæ: quarum prior nullum habet auctoris nomen, nec eam inter Augustinianas invenio. Sic incipit: "Legi Epistolam benignitatis tue de Donato et fratre ejus." Hortatur ut Monasteriorum desertores in Clerum non recipiantur. Posterior est Augustini ad Eudoxium: ejus pars fere dimidia deest.

In initio: "e cōi libraria Moachoꝝ Dunelm̄" ab alia manu: "Liber Sc̄i Cuthb̄ti."

B. II. 22. AUGUSTINUS DE CIVITATE DEI.
FOLIO.

Sic incipit: "Gloriosissimam Civitatem Dei"—

Præmittitur Libri hujus Censura e Retractationibus auctoris.

Sic incipit: "Interea cum Roma Gothorum irruptione."

Præfiguntur ab alia manu: (1) Index alphabeticus brevior, folio unico. (2) Index alius prolixior, foliis 15. (3) Tabula omnium Capitulorum in his 22 de Civitate Dei libris; et simul Capitulorum singulorum Exordia.

In initio: "Liber Sancti Cuthberti de Dunelmo." a primâ manu: ut in hoc Monasterio scriptus videatur: ab aliâ: "e cōi libraria Mo^u^choꝝ Dunelm̄."

Scriptus est hic Codex pulcherrimè; lineis continuis et integris; literis mediocribus, rotundis; ante annos 600: Videtur enim fuisse è libris Willelmi 1mi (de Sto Carilepho) Episcopi.

23. AUGUSTINUS DE CIVITATE DEI.

Præmittitur Tabula omnium Capitulorum cum eorum initiis: et Augustini Censura hujus libri è Retractationibus; ut in Codice præcedenti.

Scriptus est lineis divisis; literis mediocribus, acuminatis, non inelegantibus; ante annos circiter 400.

In initio: "e cōi libraria Mo^a^choꝝ Dunelm̄." Et ab aliâ manu: "Liber Sc̄i "Cuthberti de Dunelm̄ assignatus cōi armariolo Claustri ꝑ Dn̄m Joh̄em de He- "myngburgh, q^o^nd^a^m P^r^orē Dunelm̄."

Obiit iste Joannes A.D. 1416: Sed liber ipse antiquior est.

24. AUGUSTINUS DE CIVITATE DEI.

Præmittitur (ut in superioribus) Censura hujus libri ex Retractationibus. Subjicitur vero Tabula Capitulorum, cum eorum Exordiis.

Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis mediocribus, acuminatis, eleganti-bus; a manu simili, si non eâdem cum iis libris quos procuravit Robertus de Graystanes, [vide supra Codices 19 & 20.] adeóque ante annos circiter 400.

In fine hujus Codicis (ut et duorum præcedentium) subjiciuntur Observationes pauculæ miscellaneæ, unicâ paginâ; quæ cum eædem sint in omnibus, nec ad argumentum hujus libri pertineant, (exceptâ primâ) indicio esse videntur, duos recentiores libros ex vetustiori [cod. 22] transcriptos fuisse.

In initio: "de com̄i libraria Mo^a^choꝝ Dunelm̄."

25. AUGUSTINI LIBRI DUO.

1. DE CIVITATE DEI.

Præmittuntur.

1. Index Rerum alphabeticus.

B. II. 25. FOLIO.
2. Tabula Capitulorum, sed sine Exordiis.
3. Censura hujus libri ex Retractationibus transcripta.
In fine: "Terminus hic denis libris est, cum duodenis."

2. AUG[USTINI] DE LIBERO ARBITRIO LIBRI 3.
Eorum ordo hic transponitur: Primum enim locum habet liber 2us; quem proximè sequitur 3ius; & post eum 1mus, quasi liber a reliquis diversus, cui titulus est, "Unde mala."
Sic incipit liber
1us. "Dic mihi queso te, utrum Deus non sit auctor mali"—
2us. "Jam, si fieri potest, explica mihi, quare dederit Deus"—
3ius. "Quoniam satis mihi manifestum est"—
In initio: "Liber S̄c̄i Cuthb̄ti ex procuratione fratris Thome de Lund." Thomas de Lund fuit Prior de Finchale, et unus è Compromissariis quibus electio Episcopi Dunelmensis, post mortem Ludovici de Beaumont demandata fuit, A.D. 1334. Sed tum, cum hic liber datus est, Thomas fuit tantum Frater, i.e. Monachus [Dunelm.] Et quidem Codex hic ante annum 1300 Scriptus videatur.
Lineæ divisæ sunt: Literæ mediocres, et satis elegantes.
Utriusque tractatûs Scriptura ab eâdem manu est.

26. AUGUSTINI EP'I DE TRINITATE LIBRI 15.

Præmittuntur
1. CENSURA hujus libri ex Retractationibus ejus desumta.
2. EPISTOLA AD AURELIUM.
3. Singulis Libris CAPITUM ARGUMENTA.
Sic incipiunt: "Lecturis hec que de Trinitate disserimus"—
Scriptus est pulcherrime; lineis divisis; literis majoribus, rotundis; ante annos 600.

27. AUGUSTINI LIBRI ALIQUOT: ET ALIA NONULLA.

1. DE TRINITATE LIBRI 15.
Præmittuntur iis
1. Censura librorum horum ex Retractationibus.
2. Epistola ad Aurelium.
3. [Ab aliâ manu] Singulorum Capitum argumenta.

2. DE GENESI AD LITERAM LIBRI 12.
Sic incipiunt: "Omnis Scriptura divinitus inspirata est"—
Præponitur Censura ex libris Retractationum.

3. DUO TRACTATUS BREVES:
1. Ut videtur, (satis enim perplexa est Scriptura et tractatio ipsa) de Naturâ hominis, et Origine Animæ. Sic incipit: "Beatus Augustinus hunc librum "exponens"— Est folium 1um.

B. II. 27. FOLIO. 2. De Peccato Originali, pagina una.
Sic incipit: "Quo vitia humana"—

4. De Fide ad Petrum.
Auctoris nomen non apponitur; nisi quòd in initio hujus Codicis (a recentiori tamen manu) inscribatur "Aug. de Fide ad Petrum." At hunc librum non esse Augustini, sed Fulgentij Ruspensis, ostendit Editor Benedictinus; auctoritate tum Corbeiensis mille annorum Msti; tum Scriptorum veterum qui eum Fulgentio tribuerunt.
Sic incipit: "Epistolam, fili Petre, tue caritatis accepi"—
Deest in hoc Codice hujus tractatûs Pars ultima, quæ in editis libris legitur; quamque idem editor ait in Mstis vetustissimis non inveniri: neque Fulgentij esse putat.
Sunt 8 folia.
Occurrit iterum, in Volumine sequenti.

5. De Moribus Ecclesie Catholice, et de Moribus Manicheorum li. 2.
Præfigitur Augustini de eis Sententia ex libro Retractatiorum: "Jam baptizatus "cum Rome essem"—
Sic incipit liber primus: "In aliis libris satis opinor egisse nos"—
Habet folia 8. Occurrit supra, Cod.
Secundus sic: "Nulli esse arbitror dubium"— Sunt folia itidem 8.
In fronte libri: "Lib. Sci [Cuthbti] de Dunelm. assignatus cōi almariola Du-"nelm. p Dnm Johem de Hemyngburgh qndm P'orē Dunelm." Obiit iste Joannes A. D. 1416. Sed videtur liber ipse ejusdem ætatis cum Codice 23, qui ab eodem Priore legatus est.
Lineæ divisæ sunt: Literæ mediocres.

28. Augustini tractatus 4.

1. De Trinitate libri 15.
Præmittuntur
1. Augustini de his libris Censura, ex Retractationibus ejus.
2. Ejusdem Epistola ad Aurelium.
3. Singulis libris Capitum argumenta.

2. De 83 Questionibus. [v. infra Cod. 29. tr. 2.]
Sic incipit: "Utrum Anima a seipsâ sit. Omne verum a veritate verum est."

3. Liber Augustini ad Petrum Diaconum, de Fide Sc'e Trinitatis.
Observatum est paulo supra (ad Cod. 27. tractatum 4.) non esse Augustini, sed Fulgentij.

4. Liber Augustini ad Dulcitium de 8 Questionibus.
Sic incipit: "Quantum mihi videtur, fili dulcissime, vel dilectissime, Dulciti."
In fine libri: "Liber Sci Cuthbti de Dunelm. ex pcuracione fris Robti de Gray-"stains." Ab eâdem videntur manu, quâ libri superiores [19, 20] ab eodem Roberto procurati.

B. II. 29. AUGUSTINI SCRIPTA VARIA [38.]
FOLIO.

1. LIBER B'I AUG. EP'I [beati Augustini Episcopi] ENCHERIDIUM AD LAURENTIUM Primicerium Notarium Ecclesie Urbis Rome.
Sic incipit: "Dici non potest, dilectissime fili, Laurenti."
Præmittitur Tabula, Capitulorum (quæ numero sunt 136) titulos exhibens.
Occurrit supra, Cod. 12. tract. 2.

2. AURELIJ AUGUSTINI, DOCTORIS PRECLARISSIMI, DE 83 QUESTIONIBUS [liber.]
v. supra Cod. 28. tract. 2. fol. 24.
Sic incipit: "Utrum Anima a seipsâ sit. Omne verum a veritate verum est"—

3. BEATI AUGUSTINI DE LIBERO ARBITRIO LIBRI 3. fol. 53. b.
Sic incipiunt: "Dic mihi, queso te, utrum Deus non sit auctor mali—Aug. "Dicam si."
In fine subjicitur Tabula alphabetica Rerum in his libris contentarum.
Vide Supra Cod. 12. tract. 5.

4. FRAGMENTUM [unica tantum pagina] LIBRI DE VISITATIONE INFIRMORUM: ut patet, tum ex libri ipsius Clausulâ: tum ex hâc Notâ adscriptâ: "Explicit A[9] [Augustinus] "de Visitatione infirmorum."
Editus est hic tractatus, in duos libros divisus, in Appendici Tomi 6[ti] operum Augustini, inter eos libros qui Augustino falsò adscripti sunt: et incerto auctori tribuitur.

5. GENNADIUS DE ECCLESIASTICIS DOGMATIBUS. fol. 81. b.
Sic incipit: "Credimus unum esse Deum, Patrem, et Filium, et SS. [Spiritum Sanctum.]
Hic tractatus a nonnullis Augustino adscribitur, sed hic Gennadio, idque a primâ manu. Idem habet Exordium alius tractatus, Augustino adscriptus, de Definitionibus rectæ fidei, supra Cod. 4. tract. 10. An idem sit liber, cum Codices hi ad manum nunc non sint, affirmare nequeo.

6. RETRACTATIO AUGUSTINI EPISCOPI. fol. 85.
Sic incipit: "Jam diu istud facere cogito, atque dispono"—
In fine subjiciuntur Capitulorum tituli.
Sunt libri duo Retractationum. Leguntur in Tomo 1[mo] operum Augustini. Earum aliud exemplum est supra, Cod. 12. tract. 8.

7. LIBER SC'I AUGUSTINI AD PETRUM DIACONUM DE FIDE TRINITATIS.
Augustino hunc librum falsò adscribi supra observatum est, Cod. 27. tract. 4. et 28. tract. 3.

8. AUG[9][tinus] DE VERA INNOCENTIA. fol. 122.
Sic incipit: "Innocentia vera est que nec sibi, nec alteri nocet"—
Sunt Sententiæ 390, quas Prosper Aquitanus ex Augustini Scriptis collegit, quæque inter ejus opera (numero 388) editæ sunt.

B. II. 29. FOLIO. 9. AUGUSTINUS DE PENA INFERNI, ET GAUDIIS PARADISI. Fol.

Idem tractatus est, qui supra (Cod. 20. tract 27.) vocatur, "de Gaudio Electorum, "et Dampnatorum supplicio." Vide etiam infra, IV. Cod. 10. tract. 3.

Editus est in Appendice Tomi 6^ti^ operum Augustini, hoc titulo, "De triplici habi-"taculo:" et adscribitur Auctori incerto, sed non inerudito.

10. TRACTATUS BEATI AUGUSTINI AD DEO-GRATIAS, CONTRA SEX QUESTIONES PAGANORUM.

Idem est qui legitur inter Augustini Epistolas. Vide supra, Cod. 21. Nomen Deo-gratias. Epist. 32.

11. SERMO BEATI AUGUSTINI DE 10 CORDIS.

Sic incipit: "Dominus Deus noster, misericors et miserator longanimis."

Est Sermo 9^nus^ Tomi 5^ti^ in Editione Benedictinâ.

12. SERMO SC'I AUGUSTINI DE LAUDE CARITATIS.

Sic incipit: "Qui divinarum Scripturarum multiplicem habundantiam, latissi-"mamque doctrinam sine ullo errore comprehendit"—

Est sermo 2^dus^ de Charitate; sive 350^mus^ Tomi 5^ti^ Edit. Bened.

13. B'I AUGUSTINI DE DOCTRINA CHRISTIANA LIBRI 4.

Præmittitur Censura hujus libri ex Retractationibus, quæ hìc Prologus vocatur: "Libros de Doctrinâ Christianâ, cum imperfectos comperissem, perficere "malui"—

Prologus verus sic incipit: "Sunt precepta quedam tractandarum Scriptura-"rum"—

14. AUG^9^ [tinus] DE MENDACIO. fol. 193.

Sic incipit: "Magna questio est de Mendacio que nos in ipsis coditianis actibus "sepe conturbat"—

Occurrit supra, Cod. 20. tract. 1. et in Tomo 6^to^ Edit. Bened.

15. [Augustini] LIBER CONTRA MENDACIUM. fol. 206.

Sic incipit: "Multa mihi legenda misisti, Consenti"—

Vide supra, Cod. 20. tract. 2. et Tomum 6^tum^ Edit. Benedict.

16. AUG^9^[tini] DE ADULTERINIS CONJUGIIS [libri 2.] fol. 219.

Sic incipiunt: "Prima questio est, frater dilectissime Pollenti"—

Nomen Auctoris non in initio sed fine apponitur.

Vide supra, Cod. 20. tr. 3. et Tomum 6^tum^ Edit. Bened.

17. B'I AUGUSTINI DE NUPTIIS ET CONCUPISCENTIA [liber.] fol. 233.

Præmittitur Epistola ad Valerium Comitem, tanquam Præfatio in librum ipsum. Ea sic incipit:

"Cum diu molestè haberem, quod aliquotiens scripserim"—

Liber ipse sic: "Heretici novi, dilectissime fili, Valeri"—

Scripsit Augustinus duos libros, qui in 10^mo^ Tomo operum ejus (Edit. Benedict.) leguntur: Sed hic posterior desideratur. Utrumque habet Codex 20. tract. 4.

B. II. 29. FOLIO. 18. Beati Augustini liber de Bono Conjugali. Fol. 242.
Sic incipit: "Quoniam unusquisque homo humani generis pars est"—
Vide supra, Cod. 20. tract. 5. et Tomum 6tum Edit. Bened.

19. Beati Augustini liber de Bono Virginitatis. fol. 252.
Sic incipit: "Librum de bono Conjugali nuper edidimus"—
Titulus in summo folio (ab aliâ manu) est "De Bono Virginali:" et ea quidem Lectio meliùs respondet titulo præcedentis tractatûs, qui est de bono Conjugali, non Conjugij.
Vide operum Tomum 6tum in Editione Benedict.

20. Liber beati Augustini de disciplina Christiana. fol. 266. b.
Sic incipit: "Locutus est ad nos sermo Dei"—
Vide supra, Cod. 20. tract. 22. et Tomum 6tum Edit. Bened.

21. Augustini de Natura boni [liber]. fol. 271.
Sic incipit Prologus: "Liber de Naturâ Boni adversum Manicheos est"—
Liber ipse sic: "Summum bonum, quo superius non est, Deus est"—
Vide supra, Cod. 20. tract. 29. et Tomum 8vum Edit. Bened.

22. Beati Augustini de Perfectione Justicie liber. [oper. 10. 10. f. 276.
Sic incipit: "Caritas vestra que in Vobis tanta est."

23. B'i Augustini de Natura et Gratia liber. fol. 285.
Sic incipit: "Librum quem misistis, karissimi filij"—
Extat in Operum Tomo 10mo in Editione Benedictinâ.

24. B'i Aug9[tini] de Gratia et Libero arbitrio liber. fol. 302.
Sic incipit: "Propter eos qui liberum hominis arbitrium sic predicant"—
Vide Tomum 10 Editionis Benedict.

25. Liber de Correptione et Gratia. fol. 314.
Sic incipit: "Lectis literis vestris, Valentine frater dilectissime, et qui simul ser-"vitis Deo"—
Augustini est: Extat in Tomo 10mo Edit. Benedict.

26. B'i Augustini de Vera et Falsa Penitentia liber. fol. 326.
Prologus sic incipit: "Quantum sit appetenda gratia Penitentie."
Liber sic: "Si Fides est fundamentum Penitentie"—
Legitur in Appendice Tomi 6ti operum Augustini, (in Edit. Benedict.) cui a multis adscribitur; sed non rectè, ut ibi ostenditur.

27. Aug9[tinus] de Igne Purgatorio. fol. 333.
Vide supra, Codice 20 tractatum 9.

28. B'i Augustini de Penitencia liber. fol. 334. b.
Sic incipit: "Quam sit utilis et necessaria penitencie medicina"—
Non invenio inter opera Augustini. Alius est liber ab eo qui inscribitur de Penitenciâ agenda: supra, Cod. 20. tract. 26.

29. Beati Augustini de decem Legis Preceptis, et totidem Plagis tractatus. fol. 340. b.
Sic incipit: "Non est sine causâ, fratres dilectisimi."

B. II. 29. FOLIO. In editione Benedictinâ est Sermo 31 Appendicis Tomi 5^ti: in aliis est 95^tus de Tempore.

Vide supra, Cod. 4. tract. 9: et Præfationem hujus Sermonis in editione Benedictinâ.

30. Liber Aug⁹[tini] de Assumptione beate Marie. Fol. 342.
Sic incipit: "Ad interrogata de Virginis et Matris Domini resolutione"—
Legitur inter libros Augustino suppositos, in Appendice Tomi 6^ti Editionis Benedictinæ.

31. Liber Aug⁹[tini] de Oratione. fol. 345.
Sic incipit: "Quo studio et quo affectu orandus a nobis sit Deus"—
Sic desinit: "Cujus mens in Oratione accenditur, et gratissimum Deo sacrificium in arâ cordis aboletur." [pro adoletur.]
Non invenio inter Augustini opera.

32. Aurelij Augustini liber contra Pelagianos de Predestinatione. fol. 349.
Sic incipit: "Addere etiam hoc quam maximè huic operi oportet"—
Sic desinit: "Ipsius erit potestatis Judicium in nobis debitum mutare damnaco͞nis; gratiam Predestinaco͞nis indebitam p⁹rogare. Amen."
Non invenio inter Augustini opera. Scriptum non esse integrum Initium ipsum docet: ex aliquo Augustini libro excerptum forte est.

33. Soliloquiorum b'i Augustini libri 2. fol. 354.
Sic incipiunt: "Volventi michi multa ac varia mecum"—
Leguntur in Tomo 1^mo operum Augustini.

34. B'i Augustini de Agone Christiano libellus. [Titulus est in fine.] f. 368.
Sic incipit: "Corona victorie non promittitur nisi certantibus"—
Extat in Tomo 6^to operum Edit. Benedict.

35. De Cognitione vere Vite. fol. 375. b.
Sic incipit: "Sapientia Dei que os muti aperuit, et rudibili animali humana verba formare tribuit"—
Extat in Appendici Tomi 6^ti operum Augustini. Editor Benedictinus ait scriptum fuisse ab Honorio Augustodunensi. Auctoris nomen in hoc Codice non apponitur.

36. Aurelij Augustini, Doctoris egregij, de Cura pro mortuis gerenda liber. fol. 383.
Sic incipit: "Diu Sanctitati tue, Venerande Coëpiscope Pauline"—
Occurrit supra, Cod. 19. tract. 8. et in Tomo 6^to Ed. Bened.

37. Liber Augustini de Spiritu et Anima. fol. 389.
Sic incipit: "Quoniam dictum est mihi, ut meipsum cognoscam"—
Legitur in Appendice Tomi 6^ti operum Augustini. Editor Benedictinus putat esse Alcheri.

38. Liber Sancti Augustini de Conflictu Viciorum et Virtutum. fol. 398. b.
Sic incipit: "Apostolica Vox clamat per orbem"—

B. II. 29. FOLIO. Extat in Appendice Tomi 6ti operum Augustini. Editor Benedictinus existimat esse Ambrosij Autperti.

39. QUESTIONES 65 OROSIJ, ET TOTIDEM RESPONSIONES BEATI AUG[tini] VENERABILIS EPISCOPI. Fol. 402.

Sic incipiunt: "Licet multi et probatissimi viri diverso quidem stilo, sed non "diversâ fide"—

Non invenio inter Augustini opera. Cavëus ait, ex variis Augustini Scriptis hunc librum collectum esse.

Præmittuntur Quæstionum Capitula.

Sunt folia 8½. Vide A. iv. 17. tract. 2.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis mediocribus, acutis (quas Secretarias vocant;) circiter annum 1400.

In initio: "Iste liber assignatur cōi librarie Monachoꝝ Dunelm̄. per Dn̄i Willm̄ "Poklyngton Monachum ibm̄, et Sacre Theologie Bacularium." Nota hæc ejusdem videtur ætatis cum libro ipso.

30. CASSIODORUS SUPER PSALTERIUM. In folio majori.

Cassidori nomen est a manu recentiori.

Folium primum deest in Autographo: at suppletur a manu aliâ, recentiori quidem, sed antiquâ tamen.

Præfatio sic incipit: "In primo libro Paralipomenôn legimus, cum Propheta "David devotâ Domino ætate senuisset"—

Psalmus primus sic: "Quare primus Psalmus non habet titulum? Psalmus "hic ideo non habet titulum, quia Capiti nostro, Dn̄o et Salvatori, de quo absolutè "dicturus est, nihil debuit præponi"—

Deficit etiam in fine; non enim ultra versum 3ium Psalmi 143 progreditur. Sed et hic folium unum additum est ab eâdem manu quæ Præfationis defectum supplevit.

Mirari subit quare hic Commentarius in Psalmos, qui seorsim editus fuit Basileæ 1491, et Paris 1519. in operum Cassiodori editionibus omissa fuerit; in quibus omnibus deest, excepta ultimâ, Rothomagensi, curâ Garreti editâ, A. D. 1679, 2 voluminibus in folio.

Pulchrè scriptus est hic Codex, lineis divisis; literis mediocribus, Saxonicis; et quidem ipsius Venerabilis Bedæ manu, si fides habenda est huic Notæ in fronte libri positæ: "Cassiodorus sup Psalterium de manu bede." Est quidem hæc nota libro ipso multo recentior; neque scripta (ut videtur) ante annos 400: Sed indicat saltem quodnam fuerit Monachorum Dunelmensium eo tempore de hoc Codice judicium; quidque illis de eâ re traditum fuit. Neque sanè temerè rejicienda est hujusmodi traditio. Dunelmenses enim Monachi, qui Girvensium (e quorum numero Beda fuit) propago fuere, quique summâ veneratione illius memoriam colebant, meliùs quam ulli alij Vitæ ejus historiam rescire poterant.

Et quidem ipsa Codicis Scriptura ad eam ætatem assurgere videtur. Exaratus

B. II. 30. FOLIO. est enim literis Saxonicis, iisque antiquioribus, quam quibus alij iique vetusti, libri Scripti sunt: quod conferenti hunc librum cum alio antiquo Codice hujus Bibliothecæ (literis itidem Saxonicis descripto) statim patebit. Humfredus vero Wanleius (vir in his literis exercitatissimus) in isto Codice (quem Pontificale et Rituale Ecclesiæ Dunelmensis vocat, vide supra A. IV. 19.) deprehendit manum Scribæ cujusdam, qui sub finem seculi noni (Ælfrido regnante) vixit: idque in versione interlineari Dano-Saxonicâ; ut liber ipse aliquanto antiquior videatur. Nullam igitur video causam quare hic Codex, qui isto antiquior est præcedenti seculo (8vo scilicet, in quo Beda vixit) non sit assignandus.

Habet etiam alia indubiæ vetustatis argumenta: Diphthongos scilicet non connexas, sed solutas ubique, ut *ae:* Orthographiam veterem: et literas Miniatas pene evanidas.

Si autem a Bedâ descriptus est, fecit id ille proculdubio Juvenis adhuc; priusquam accingeret se ad libros (quos plurimos scripsit) suo Marte componendos. Itaque assurgere videtur hic Codex ad initium Seculi 8vi: mortuus est enim Beda, sexagenario major, A.D. 735. Habet itaqȝ minimum mille annos.

31. HOMILIÆ PATRUM VARIORUM DE TEMPORE.

Nomina Festorum, Lectionum, et Auctorum (quoties apponuntur, quod sæpiùs tamen factum non est:) Exordia item Homiliarum in sequenti Tabulâ exhibentur.

[HOMILIÆ PATRUM.]

| FESTUM ET HOMILIÆ EXORDIUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|
| Adventus Dominica prima: “ In Lucâ ita scriptum est” | Mat. 21. 1. | | 1. |
| Homilia alia: “ Hodie fratres” | | Bernard• | 2. |
| Adventus Dominica secunda: “ Dominus ac Redemtor” | Luc. 21. 25. | | 3. |
| 3a tertia: “ Querendum nobis est.” | Mat. 11. 1. | Gregorius | 4. |
| Feria quarta. “ Quid sive voluit Evangelista” | Luc. 1. 26. | | 5. |
| Homilia alia: [de beatâ Virgine Mariâ] “ Novum quidem canticum” | | Auctor recens. | 6. b. |
| Homilia alia: [de beatâ Virgine] “ Libenter ubi mihi congr.” | | Auctor recens. | 8. |
| Homilia alia: [de beatâ Virgine.] “ Non est dubium quicquid” | | Auctor recens. | 11. |

[HOMILIÆ PATRUM.]

| | FESTUM ET HOMILIÆ EXORDIUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| B. II. FOLIO. 31. | Feria sexta : "Lectio quam audivimus" | Luc. 1. 39. | | 13. b. |
| | Sabbato : "Redemtoris nostri precursor" | Luc. 3. 1. | Gregorius | 15. b. |
| | 4ta quarta : "Ex hujus nobis lectionis" | Joan. 1. 19. | Idem | 18. |
| | Vigilia Natalis Domini. "Que fuit necessitas" | Mat. 1. 18. | Origenes | 19. b. |
| | Homilia alia : "O Juda et Jerusalem" | | Bernard | 20. b. |
| | Natalis Domini : "Quia temporalem medietatem" | Joan. 1. 1. | Beda | 22. |
| | Homilia alia : "Lectis dilectionis tue literis" | | Leonis Epist. ad Flavianum | 23. b. |
| | Homilia alia : "Salvator noster dilectissimus" | | Leo | 25. b. |
| | Homilia alia : "Cupientes aliquid de hujus" | | Fulgent9 | 26. |
| | Homilia alia : "Justissime fratres festivitate" | | Maxims | 27. |
| | Natalis Domini : "Hodie fratres karissimi" | | Maximus | 27. b. |
| | Homilia alia : "Vos inquam convenio" | | Augustinus | 28. |
| | Natalis Sancti Stephani : "Hoc quod antea dixerat" | Mat. 23. 34. | Hieron. e Comment. | 30. |
| | Homilia alia : "Heri celebravimus" | | Fulgentius | 30. b. |
| | Homilia alia : "Lectio Actuum Apostolorum" | | Maximus | 31. b. |
| | Homilia alia : "Quoniam video nostras disputat." | | Augustinus | 32. |
| | Homilia alia : "Jesus filius Nave" | | Idem | 33. b. |
| | Natalis Sancti Joannis Evangeliste : "Lectio Sancti Evangelij" | Joan. 21. 19. | Beda | 34. |

[HOMILIÆ PATRUM.]

| | FESTUM ET HOMILIÆ EXORDIUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| B. II. 31. FOLIO. | Homilia alia: "Gaudeamus fratres karissimi" | | | 36. |
| | De Innocentibus: "De morte pretiosâ martirum" | Mat. 2. 13. | | 38. |
| | Homilia alia: "Dedicatur novus ab Infantibus" | | | 39. |
| | Dominica infra Natalem: "Patrem Salvatoris" | Luc. 2. 33. | Origenes | 40. |
| | Homilia alia: "Hodierni misterij Sacramentum" | | Maximus | 40. b. |
| | Homilia alia: "In adventu Dominico" | | Idem | 41. |
| | Circumcisio Domini: "Sanctam venerandamque" | Luc. 2. 21. | Beda | 41. b. |
| | Homilia alia: "Ritus et Religio Circumcisionis" | | Idem | 42. b. |
| | Circumcisio Domini: "Quanquam non dubitem" | | Maximus | 43. b. |
| | Vigilia Epiphanie: "Obitus Herodis terminum" | Mat. 2. 19. | Leo. | 44. |
| | Epiphania: "Sicut in lectione Evangelij" | Mat. 2. 1. | Gregorius | 44. b. |
| | Homilia alia: "Gaudete in Domino dilectiss" | | Leo. | 45. b. |
| | Homilia alia: "Justum et rationabile" | | Idem | 46. |
| | Homilia alia: "Hodiernam festivitatem" | | Idem | 46. b. |
| | Homilia alia: "Nostis fratres karissimi" | | Fulgenti⁹ | 47. |
| | Homilia alia: "In hac dilectissimi celebritate" | | Maximus | 48. |
| | Homilia alia: "Quam plura nobis fratres" | | Idem | 49. |
| | Homilia alia: "Audistis fratres lectionem" | | Idem | 49. b. |
| | Homilia alia: "Quamvis dilectissimi fratres" | | Idem | 50. |

[HOMILIÆ PATRUM.]

| | FESTUM ET HOMILIÆ EXORDIUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| B. II. 30. FOLIO. | Homilia alia: "Ait prophetarum precipuus" | | Idem | 50. b. |
| | Homilia alia: "Salutare nobis est fratres" | | Idem | 51. |
| | Dominica infra Octavum Epiphanie: "Lectio Sancti Evangelij" | Mat. 3. 13. | Beda | ib. |
| | Octava Epiphanie: "Joannes Baptista et Precursor" | Joan. 1. 29. | Idem | 52. b. |
| | Dominica post Octavam Epiphanie prima: "Aperta est nobis fratres" | Luc. 2. 42. | Idem | 54. |
| | Dominica post Epiphaniam prima: "Petis a me fili karissime" | Luc. 2. 42. | Ælredus Ab. | 55. |
| | 2da secunda: "Quod Dominus atque Salvator" | Joan. 2. 1. | Beda | 60. |
| | 3ia tertia: "Docente Domino in Monte" | Mat. 8. 1. | Origenes | 61. b. |
| | 4ta quarta: "Ascendente Domino Jesu" | Mat. 8. 23. | Idem | 64. |
| | 5ta quinta: "Quasi dives pater familiâs" | Mat. 13. 24. | Excerpta è diversis. | 65. |
| | Septuagesima: "In explanatione" | Mat. 20. 1. | Gregorius | 66. |
| | [Sexagesima] "Lectio Sancti Evangelij" | Luc. 8. 4. | Idem | 67. |
| | [Quinquagesima] "Redemtor noster previdens" | Luc. 18. 31. | Idem | 68. |
| | [Quadragesima] "Postquam Dominus et Salvator" | Mat. 6. 16. | | 69. |
| | Feria 5ta post diem Cinerum: "Terminato prolixo sermone" | Mat. 8. 5. | Excerpta è diversis. | 70. |
| | 6ta sexta: "Proximum hic intellexit Moyses" | Mat. 5. 43. | | 70. b. |
| | Sabbatum: "Labor discipulorum in remigando" | Mar. 6. 47. | Beda | 72. b. |
| | Dominica prima in Quadragesimâ: "In sermone presenti non oportet" | Mat. 4. 1. | Ric. de Sto [Victore] | 73. b. |

[HOMILIÆ PATRUM.]

| | FESTUM ET HOMILIÆ EXORDIUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| B. II. 31. FOLIO. | Feria secunda: "In lectione que hanc precedit" | Mat. 25. 31. | | 80. b. |
| | $3^{ia}$ tertia: "Dominus et Deus auctor" | Mat. 21. 10. | Gregorius | 82. |
| | $4^{ta}$ quarta: "Narratur in superioribus quomodo" | Mat. 12. 38. | | 83. |
| | Dominica in Quadragesima $1^{ma}$; Feria $5^{ta}$: "Quia non nunc credentes" | Joan. 8. 31. | | 84. b. |
| | Homilia alia: "Dominus noster etiam in" | Eadem | Augustin⁹ | 87. |
| | Feria sexta: "Mirum non esse debet" | Joan. 5. 1. | Idem | 88. b. |
| | Sabbatum: "Paulo superius premissum est" | Mat. 17. 1. | | 90. b. |
| | $2^{da}$ Secunda Feria: "Miratur Evangelista" | Mat. 15. 21. | Chrisostom' | 92. |
| | Feria secunda: "Lectio Sancti Evangelij" | Joan. 8. 21. | Augustin' | 95. |
| | Homilia alia: "Verba Domini nostri Jesu Xti" | Joan. 8. 25. | Idem | 96. b. |
| | $3^{tia}$ Feria tertia: "Grandis in hoc loco Domini" | Mat. 23. 2. | | 98. |
| | $4^{ta}$ Feria quarta: "Dominus ac redemptor noster" | Mat. 20. 17. | Hieronim | 99. |
| | $5^{ta}$ Feria quinta: "Prudentibus Sancti Evangelij" | Joan. 5. 30. | | 100. b. |
| | $6^{ta}$: "Passurus pro Salute" | Mat. 21. 33. | | 101. b. |
| | Sabbatum: "Scribis et Phariseis contra" | Luc. 15. 11. | | 103. |
| | $3^{tia}$ Dominica tertia: "Demoniacus iste apud Matheum" | Luc. 11. 14. | Beda | 105. |
| | Feria $2^{da}$ Feria secunda: "Refert Superius Evangelista" | Luc. 4. 23. | | 106. b. |
| | $3^{tia}$ Feria tertia: "Tota hec Sancti Evangelij lectio" | Mat. 18. 15. | | 107. b. |
| | $4^{ta}$ Feria quarta: "Quia Dei Filius pro Salute" | Mat. 15. 1. | | 108. b. |

[HOMILIÆ PATRUM.]

| | FESTUM ET HOMILIÆ EXORDIUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| B. II. 31.<br>FOLIO. | Dominicæ in Quadrag. 3$^{tiæ}$ Feria quinta:<br>" Describit in precedentibus" | Joan. 6. 27 | | 110. |
| | 6$^{ta}$ Feria sexta:<br>" Puteus erat: sed omnis puteus" | Joan. 4. 5. | | 112. |
| | Sabbatum. Sabbatum:<br>" Potentissimus conditor" | Joan. 8. 1. | | 115. |
| | Dominica quarta:<br>" Miracula que fecit Dominus" | Joan. 6. 1. | Augustin$^{s}$. | 116. b. |
| | Feria 2$^{da}$ Feria secunda:<br>" Beatus Johannes quia" | Joan. 2. 13. | | 117. b. |
| | 3$^{tia}$ tertia:<br>" In lectione que hanc precedit" | Joan. 7. 14. | | 119. b. |
| | 4$^{ta}$ quarta:<br>" De homine quem Dominus Jesus" | Joan. 9. 1. | Augustin$^{s}$. | 122. |
| | 5$^{ta}$ quinta:<br>" Heret hec lectio superioribus" | Joan. 5. 17. | | 124. |
| | 6$^{ta}$ sexta:<br>" Inter omnia miracula que fecit" | Joan. 11. 1. | | 125. |
| | Sabbatum. Sabbat.<br>" Quod modo audivimus et intenti" | Joan. 8. 12. | | 128. b. |
| | Dominica in Passione:<br>" Pensate fratres karissimi" | Joan. 8. 46. | Gregorius | 130. b. |
| | Feria 2$^{da}$ Feria secunda:<br>" Nemo satis digne sufficit admirari" | Joan. 7. 32. | | 131. b. |
| | 3$^{ta}$ tertia:<br>" In isto Evangelij Capite fratres" | Joan. 7. 1. | | 133. |
| | 4$^{ta}$ quarta:<br>" Quod jam commendavi dilecti" | Joan. 10. 22. | | 134. b. |
| | 5$^{ta}$ quinta:<br>" Narratur in Superioribus quia" | Joan. 7. 40. | | 136. |
| | 6$^{ta}$ sexta:<br>" Resuscitato a Salvatore Christo" | Joan. 11. 47. | | 137. |
| | Sabbatum post Dominicam in Passione:<br>" Hec sacra lectio plena est" | Joan. 6. 53. | | 137. b. |
| | Dominica Palmarum:<br>" Quod supra dicit Evangelista" | Mat. 26. 2. | | 139. b. |
| | Feria 2$^{da}$ Feria secunda:<br>" Vivebat, loquebatur, epulabatur" | Joan. 12. 1. | | 154. |

[HOMILIÆ PATRUM.]

| | FESTUM ET HOMILIÆ EXORDIUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| B. II. 31. FOLIO. | 5ta Feria quinta: "Pascha, fratres, non sicut quidam" | Joan. 13. 1. | | 158. |
| | Sabbatum Sanctum: "Vigilias nobis hujus sacratissime" | Mat. 28. 1. | [Beda] | 164. |
| | Pascha: "Notum quidem dilectissimi" | | | 165. b. |
| | Homilia alia: "Commendat nobis hec sacra lectio" | Mar. 16. 1. | | 166. b. |
| | Homilia alia: "Non immerito fratres hodierno die" | Psal. 117. 24. | [Maxim'] | 169. b. |
| | Feria 2da Feria secunda: "In Exordio hujus lectionis" | Luc. 24. 13. | | 170. b. |
| | 3ia tertia: "Herent sibi divine lectiones" | Luc. 24. 36. | | 174. |
| | 4ta quarta: "Lectio Sci Evangelij que modo" | Joan. 21. 1. | [Gregori9] | 177. b. |
| | 5ta quinta: "Maria Magdalene que fuerat" | Joan. 20. 11. | | 180. |
| | 6ta sexta: "Evangelica lectio fratres karissimi" | Mat. 28. 16. | [Beda] | 183. |
| | Sabbatum: "Tractus longâ molestiâ Stomachus" | Joan. 20. 1. | [Gregori9] | 186. |
| | Dominica prima post Pascha: "Quotiens legimus discipulos" | Joan. 20. 19. | | 188. b. |
| | 2da secunda: "Audivimus fratres kariss'. ex lectione" | Joan. 10. 11. | [Gregorius] | 191. |
| | 3tia Dominica post Pascha: "Modicum et non videbitis me" | Joan. 16. 16. | | 192. |
| | 4ta quarta: "Frequenter ab initio sue predication'" | Joan. 16. 5. Joan. 16. 23. | | 194. |
| | 5ta quinta: "Largitor virtutum et remunerator" | | | 195. |
| | Rogationem Feria 2da: "Rogatus a discipulis Salvator" | Luc. 11. 5. | [Beda] | 196. b. |
| | 3tia tertia: "Poterat aliquis ex auditoribus" | Mat. 7. 7. | | 197. |
| | 4ta quarta: "Potuit silenter hec eadem verba" | Joan. 17. 1. | | 200. |

[HOMILIÆ PATRUM.]

| | FESTUM ET HOMILIÆ EXORDIUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| B. II. 31. FOLIO. | Ascensio Domini: " Ascensurus in Celum Deus" | Mar. 16. 14. | | 201. b. |
| | Dominica post Ascensionem: " In multis locis Evangelij legimus" | Joan. 15. 26. | | 205. |
| | Pentecoste: " Quid est q$^d$ dicit, q$^d$ diligentibus Deum" | Joan. 14. 15. | | 206. |
| | Homilia alia: " Promissurus Dominus Spiritum Stu" | Joan. 14. 23. | | 207. b. |
| | Homilia alia: " Hodiernam solempnitatem dilectiss$^{i}$" | | [Leo] | 209. b. |
| | Hic sex folia pura interposita sunt. | | | |
| | Purificatio beate Virginis: " Solempnitatem nobis hodierne cel." | Luc. 2. 22. | [Beda] | 217. |
| | Petri et Pauli: " Lectio Sancti Evangelij quam modo" | Mat. 16. 13. | [Idem] | 221. |
| | Matthie Apostoli: " Sanctum Evangelium cum legeretur" | Mat. 11. 25. | | 225. |
| | Annuntiatio beate Virginis: " Iccirco Angeli privatis nominibus" | Luc. 1. 26. | | 226. |
| | Homilia alia in Annuntiatione B. Virgin$^s$ " Adest nobis fratris dilectissimi" | | | 227. b. |
| | Homilia alia: " Egredimini filie Syon" | | | 228. |
| | Marci Evangeliste: " Ipse locus Evangelicus ubi se dicet" | Joan. 15. 1. | | 229. |
| | Philippi et Jacobi: " Erigenda est vobis fratres ad Deum" | Joan. 14. 1. | [Augustin$^9$.] | 231. |
| | Joannis Baptiste: " Venturus in carnem Dominus" | Luc. 1. 5. | | 234. |
| | Homilia alia: " Precursoris Domini nativitas" | Luc. 1. 57. | [Beda] | 236. |
| | Homilia alia: " Quid de eo loquemur" | | | 237. b. |
| | Homilia alia: " Cunctorum quidem Prophetaꝝ beata" | | | 238. b. |
| | Homilia alia: " Post illum Sacrosanctum Dñi natalē" | | [Leo] | 240. |

[HOMILIÆ PATRUM.]

| | FESTUM ET HOMILIÆ EXORDIUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. | FOLIO. |
|---|---|---|---|---|
| B. II. 31. FOLIO. | Petri Apostoli: "Virtutem nobis perfecte dilectionis" | Joan. 21. 15. | | 240. b. |
| | Marie Magdalene: "De Mariâ Magdalene" | Luc. 7. 37. | | 242. |
| | Homilia alia: "Due nobis mulieres proponuntur" | Prov. 31. 10. | | 244. b. |
| | Petri ad Vincula: "Legitur in Annalibus q^d Gaius Cesar" | Act. 12. 11. | | 245. |
| | Assumptio Beate Marie: "Quid ad gloriosam Virginem" | Luc. 10. 38. | | 247. |
| | Decollatio Johannis Baptiste: "Heu me! quid agam? unde Sermonẽ" | Mar. 6. 17. | | 248. |
| | Exaltatio Crucis: "Multa sunt Judicia Dei" | Joan. 12. 31. | | 250. |
| | Homilia alia in Exaltatione Crucis: "Verbum Crucis pereuntibus quidem" | | | 251. |
| | Mathei Apostoli: "Idem Levi qui et Matheus" | Luc. 5. 27. | | 251. b. |
| | Homilia alia: "Legimus Apostolo dicente" | Mat. 9. 9. | | 252. |
| | Michaelis Archangeli: "Quotiens legimus Domini discipulos" | Mat. 18. 1. | | 253. b. |
| | Luce Evangeliste: "Dominus et Salvator noster fratres kar." | Luc. 10. 1. | | 257. |
| | Omnium Sanctorum: "Ad literam Prophetia est de collectione" | Isai. 25. 6. | | 259. b. |
| | Homilia alia: "Levavi oculos meos" | Psal. 120. 1. | | 261. b. |

## HOMILIARUM AUCTORES.

B. II. 31.

| FOLIA | | HOMIL. |
|---|---|---|
| Ælredus Abbas. | Folio 55. | 1 |
| Augustinus. | fol. 28. 33. 33. b. 87. 88. b. 95. 96. b. 116. b. 122. 231. | 10 |
| Beda. | fol. 22. 34. 36. 38. 39. 41. b. 42. b. 51. 52. b. 54. 60. 72. b. 105. 164. 183. 196. b. 217. 221. 236. | 19 |
| Bernardus. | fol. 2. 20. | 2 |
| Chrysostomus. | fol. 92. | 1 |
| Fulgentius. | fol. 26. 30. b. 47. | 3 |
| Gregorius. | fol. 4. 15. b. 18. 44. b. 66. 67. 68. 82. 130. b. 177. b. 186. | 11 |
| Hieronymus. | fol. 30. 99. | 2 |
| Leo. | fol. 23. b. 25. b. 44. 45. b. 46. 46. b. 209. 240. | 8 |
| Maximus. | fol. 27. 27. b. 31. b. 40. b. 41. 43. b. 48. 49. 49. b. 50. 50. b. 51. 169. b. | 13 |
| Origenes. | fol. 19. b. 40. 61. b. 64. | 4 |
| Ricardus de Sancto Victore. | fol. 73. b. | 1 |
| | | 75 |
| Homiliæ anonymæ. | | 73 |
| | | 148 |

Multis Homiliis nec Festorum nomina, nec Homiliarum Auctores apponuntur. De Festis conjecturam feci ex Evangelicis lectionibus: Auctorum nomina pauca adscripsi (uncis inclusa) ex alio Homiliarum Codice Msto; et plura proculdubio ex Patrum (si quærere vacaret) adjici possent.

Duo alij Homiliarum Codices Msti occurrunt supra, [A. III. 29. et B. II. 2] multo quàm hic est antiquiores.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis mediocribus, acutis, [secretariis] non malè formatis; ante annos (ut videtur) circiter 400.

In initio: "de cōi libraria Moachoꝫ Dunelm̄."

32. BEATI GREGORIJ PAPE EXPOSITIO JOB. In fine libri: MORALIA BEATI GREGORIJ PAPE URBIS ROME PER CONTEMPLATIONEM SUMTA expliciunt.

Moralis est Expositio Gregorij Pape in librum Job, 35 libris comprehensa; scripta rogatu Leandri Hispalensis Episcopi.

Epistola ad Leandrum sic incipit: "Reverentissimo atque sanctissimo fratri "Leandro Cœpiscopo Gregorius servus servorum Dei. Dudum te frater beatissime "in Urbe Constantinopolitanâ noscens"—

Expositio ipsa sic: "Inter multos sepe queritur, quis libri beati Job scriptor "habeatur"—

Præfigitur Narratio brevis, de Inventione librorum horum, cum amissi crederen-

B. II. 32. tur; quæ sic incipit: "Beatus Gregorius Papa librum Job, petente Sancto Lean-
FOLIO. "dro, Spalense Episcopo, exposuit"—Narratiuncula hæc in libris editis legitur.

Pertinebat hic Codex ad Cœnobium Coldinghamense in Scotiâ, ut ostendit hæc Nota in fronte libri adscripta, a primâ (ut videtur) manu: "Liber Sancte Marie et "Sancte Ebbe de Coldigham. Adam de Hedun." Fuit autem Coldinghamum, licet in Scotiâ positum, Prioratus a Cœnobij Dunelmensi pendens. Adam de Hedun videtur Codicem hunc Coldinghamensibus dono dedisse: quis autem fuerit ille nescio.

Scriptus est Codex hic eleganter; lineis dimidiatis; literis majoribus, paululum acuminatis; ante annos circiter 500.

Vide B. III. 10.

33. TRACTATUS SEX.

1. TABULA HISTORIE SCOLASTICE.

Titulus hic est a manu recentiori; à primâ nullus est.

Exhibentur hic Tabulæ Genealogicæ ab Adamo ad Christum deductæ; cum brevi descriptione personarum præcipuarum.

Sic incipiunt: "Considerans Historie Sacre prolixitatem, nec non et difficultatem: Scolarium quoque circa studium Sacre lectionis, maximè illius que in "Historie fundamento versatur, negligentiam"—

Habet folia 6; et accedere videtur ad annos 500.

Literæ mediocres sunt, modice acuminatæ, et satis elegantes.

2. YSIDORUS ETHYMOLOG. Fol. 7.

Sunt Isidori Hispalensis Etymologiarum libri 24.

Sic incipiunt: "Domino meo, que Dei [pro Deique] servo, Braulioni Episcopo "Ysidorus. Omni desiderio desideravi nunc videre faciem tuam"—

Lineæ divisæ sunt, literæ parvæ sunt, non malè formatæ. Videtur Codex habere annos supra 400.

In initio: "e cõi Mo^a^choꝝ Dunelm̃ librar."

3. LIBER DE GEMMIS ET LAPIDIBUS PRECIOSIS. fol. 64.

Sic incipit:

"Evax Rex Arabum leg^a. [legitur] misisse Neroni,
"Qui post Augustum regnavit in Urbe Secundus"—

Fragmentum est 26 versuum: Proemium Scil. et Capitis primi, de Adamante, Initium; hi 4 Versus:

"Ultima precipuum *genus India fert †Adamantem, forte *gens. vel †Adamantum
"de Cristallorum natum sumptumque metallis.
"Hunc ita fulgentem Cristallina reddit origo,
"ut ferruginei non desinat esse coloris."

Habeo hoc Poëma editum sub Marbodæi nomine, cum Scholiis Pictorij: A. D. 1530. Ab eâdem manu est quâ Isidori pars postrema.

B. II. 33. FOLIO. 4. YSIDORI DE SUMMO BONO LIBRI 4. Fol. 65.

Liber Primus habet Capita 13: Secundus 44: Tertius 66: Quartus 13. Cæterum tres tantum ex his libris agunt de Summo bono: Quartus est de Baptismo; itáque inscribitur in initio libri 4: "Idem de Ordine Baptismi:" Quanquam in fronte libri primi Omnes 4 de Summo bono nuncupentur.

Liber 1mus sic incipit: "Summum Bonum Deus, quia incommutabilis est"—

Liber 4tus sic: "Quod modo Infantes Catechumeni efficiuntur, antiquus mos "servatur"—

Scriptus est hic Codex literis mediocribus, non malè formatis; ætate (ut videtur) eâdem quâ Etymologiarum libri.

5. SMARAGDI DIADEMA MONACHORUM. fol. 92.

Sic incipit: "Hunc modum [forte modicum] libellum Smaragdus de diversis "Virtutibus collegit, et ei Nomen Diadema Monachorum imposuit: quia Sicut "Diadema gemmis, ita et hic Liber fulget Virtutibus. Hunc modicū operis "nostri libellum de multis dictis Orthodoxorum"—

Ab eâdem manu Scriptus est hic Tractatus quâ Superior.

6. In fine libri subjicitur brevis DESCRIPTIO (lineis tantum 22) PONDERUM MEDICINALIUM.

Sic incipit: "Scrupulus est pondus 20 granorum."

34. EXPOSITIO IN EPISTOLAS AD CORINTHIOS, GALATAS, EPHESIOS, PHILIPPENSES, COLOSSENSES, THESSALONICENSES, TIMOTHEUM, TITUM, PHILEMONEM, HEBRÆOS.

Nullum Auctoris vel Libri nomen a primâ manu adscribitur: ab aliâ manu (satis tamen antiquâ) hic Titulus est: "Flores Bede in Eplas Pauli, e cōi libraria Moᵃchoꝝ "Dunelm̄." Et in alio folio: "Iste liber fuit quondam pro lecturâ in Refectorio, "et jacuit in Armariolo juxta introitum Infirmarie."

Commentarium hunc (Mabillonij rationibus in Analectis permoti) Cavëus, et du Pin tribuunt Floro Lugdunensi, cujus nomen ei in MStis pluribus inscribitur: et quòd alius genuinus Bedæ commentarius, nondum editus, in Mabillonij manibus esset.

Hunc sane Commentarium Bedæ genuinum fuisse, in Monasterio hoc creditum fuisse colligere licet, tum ex titulo in libri fronte posito; tum ex eo, quòd legere solerent eum in Refectorio, Monachis scilicet cibum sumentibus. Hunc autem honorem non exhibituri fuisse videntur alterius cujusquam Commentariis in librum aliquem Sacri Codicis, in quem ejusdem generis Commentarium conscripsisset Beda; cujus memoriam Summâ Veneratione prosequebantur; cujúsque ossa e proprio Sepulchro transtulerunt, ut ea in Ecclesiâ suâ conderent. Idem indicare videtur Codicis ipsius elegantia supra cæteros pene omnes eximia. Nulli certè meliùs de Bedæ scriptis statuere poterant quam Monachi Dunelmenses; eorum igitur testimonium de hac re magni ponderis esse debet. Minimè ergo probabile est, eos Bedæ adscripsisse

B. II. 34. FOLIO. librum ab altero scriptum; præsertim de eo argumento in quo Beda ipse elaboràsset. Nam omnes Bedæ libros Monachos Dunelmenses habuisse dubitari vix potest.

Eodem quoque nomine, quo Codex hic [Flores Bedæ] vocatur ejusdem Bedæ Commentarius in Epistolas Pauli ad Romanos et Corinthios, in Codice Bodleiano, num. 5070.

Sigebertus quidem Gemblacensis scribit, (Capite 92) Florum contexuisse Commentarium in Pauli Epistolas ex Augustini Scriptis: sed se etiam idem fecisse testatur Beda, in extremo historiæ suæ Ecclesiasticæ Capite. Et sane judicium de Bedæ Scriptis ex Anglicis potiùs quàm Gallicis MStis fieri debet.

Deest in Codice nostro Commentarij in Epistolam ad Galatas pars major; scilicet ab initio usque ad Capitis 4[ti] versum 4[tum]: et integra etiam Epistola ad Romanos; quæ tamen in eo olim fuisse videtur: nam in initio libri hic Titulus legitur: "Flores "Bede extracti de diversis libris Augustini super Epistolas Pauli; scil. ad Roma-"nos, &c." Probabile est Bedæ nomen huic Epistolæ præfixum fuisse.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis majoribus, modicè acuminatis, accuratè formatis; ante annos circ. 500.

35. TRACTATUS 13.

1. CRONICA BRITANNIE.

Titulus hic non in initio hujus Tractatûs adscribitur, sed in Indiculo singulorum tractatuum qui libro præfigitur.

Est Chronologica Angliæ Historia a Bruto ad A. D. 1347.

Sic incipit: "Britannia Insularum optima, inter Galliam et Hiberniam sita"—

Sic desinit: "Et sic in Angliam cum honore et gloriâ redierunt."

Scripta est lineis divisis; literis mediocribus, acutis: circa annum in quo desinit, 1347.

Habet folia 34.

2. GILEBERTUS LUNNICENSIS EPISCOPUS DE STATU ECCLESIE. fol.

Sic incipit: "Imago generalis Ecclesie supernotata"—

Sic desinit: "Qui quotidie clamide coccineâ induitur, ut semper martirio proba-"tus probetur." Liber imperfectus videtur.

Gileb vel Gillebertus, Lunnicensis, vel Lumnicensis, vel Limericensis Ecclesiæ Episcopus in Hiberniâ, libelli de Statu Ecclesiæ Scriptor, floruit A. D. 1110, mortuus est circiter 1140. [Usserius et Warëus apud Cavëum.]

Hujus libelli Scriptura non videtur eâ ætate multum recentior.

3. BEDA DE GESTIS ANGLORUM LIB. 5. fol. 72.

Titulus hic est a manu 2[da], non recenti tamen. Sed a primâ manu legitur, post Indicem Capitum libri 1[mi]: "Incipit liber primus Ecclesiastice historie gentis "Anglor̃."

Præmittitur Præfatio ad Regem Ceolwlfum; quæ sic incipit: "Gloriosissimo "Regi Ceolwlfo Beda famulus Christi et Presbiter—Historiam Gentis An-"glorum, quam nuper edideram."

B. II. 35.
FOLIO.

Sequuntur Tituli Capitum libri primi; similiter etiam in initiis reliquorum librorum.

Historia ipsa sic incipit: "Britannia, Oceani insula, cui quondam Albion nomen "fuit"—

Capita sunt in libro primo 33: in secundo 20: in tertio 30: in quarto 31: in quinto 25.

4. Vita Bede Presbiteri, et Gyruuensis Monachi. F. 215.

Præfatio sic incipit: "Inter Catholicos sacre Scripture expositores"—

Vita sic: "Humane salutis auctore Christo Jesu."

In fine subjicitur ab aliâ manu (ex Epistolis Sancti Aldelmi) Epistola Sergij Papæ ad Celfredum Abbatem, quâ Bedam Romam ad se vocat. Sic incipit: "Hortamur Deo dilectam bonitatis tue religiositatem ut quia exortis quibus-"dam"—

5. Vita Sanctorum Abbatum in Wiramutha et Gyrvuum, Benedicti, Ceolfridi, Easterwini, Sigfridi atq; Hwetberti, ab ejus Monasterij Presbitero et Monacho Beda composita. fol. 224. b.

Sic incipit: "Religiosus Christi famulus Biscopus, cognomento Benedictus"—

Hi tres tractatûs Historici ab eâdem manu descripti sunt; lineis divisis; literis paulo majoribus, rotundis, elegantibus; ante annos plus quam 600. Videtur sane esse idem liber qui (in Indiculo librorum quos Willelmus de Sancto Carilepho huic Coenobio dono dedit) Historia Anglorum vocatur.

6. Eulogium brevissimum Britannie Insule quod Nennius Elvodugi discipulus congregavit.

Titulus hic ante Præfationem legitur: ante Eulogium ipsum duo alij: in summo folio hoc: "Incipit Gesta Britonum a Gilda Sapiente composita." In margine vero: (idque a manu, ut videtur, primâ) "Incipit res gesta, a Nennio "Sapiente composita." Unde colligi forte possit, Historiolam hanc ab aliis Gildæ, ab aliis Nennio adscriptam fuisse: quod eam Gildas fortasse inchoavit, auxit aut correxit Nennius.

Præfatio sic incipit: "Ego Nennius Elvodugi discipulus aliqua excerpta"—

Liber ipse sic: "A principio mundi usque ad Diluvium."

Eulogium hoc edidit Galeus Oxonij cum aliis Historiæ Britannicæ Scriptoribus.

Desunt autem hîc Capitum argumenta, quæ in edito Codice Præfationem sequuntur: quorum tamen vicem supplere possunt Lemmata alia margini adscripta. Capitum vero divisio diversa est in hoc Codice a libro vulgato.

Apponuntur etiam margini, ab aliâ manu, (ex alio, ut videtur, Codice) Supplementa quædam hujus Historiæ: et in fine adjicitur (quod in edito libro deest) folium unum de Mirabilibus Britannie, de quibus se dicturum aït paulò supra.

Eulogij scriptura ad initium Seculi duodecimi accedere videtur: Supplementa aliquanto recentiora videntur.

7. Genealogia Regum Britannie ab Enea ad Caduualadru. f. 250.

Scripta videtur eâdem ætate, quâ Supplementa marginalia Nennij, circiter annum 1166. Vide tr. 11.

B. II. 35. FOLIO.

8. VITA SANCTISSIMI ATQUE DOCTISSIMI VIRI GILDE. F. 252.

Sic incipit: "Nall fuit Rex Scocie nobilissimus Regum Aquilonalium, qui viginti et quatuor filios habuit."

Historiola hæc 30 Capitula habet: (1) de nobilitate Gilde Sapientis. (2.) de transitu ad Galliam. (3.) de primo studio regendi Scolas &c.

Ab eâdem manu est quâ Genealogia præcedens.

9. STEMMA REGUM ISRAELITARUM ET JUDÆORUM, COLUMNIS PARALLELIS DESCRIPTUM, ET AD CAPTIVITATEM BABYLONICAM PRODUCTUM. fol. 254.

In medio adscribuntur nomina Prophetarum, pro ratione ætatis quâ prophetarunt.

Subjiciuntur nomina Regum Assyriorum et Chaldæorum, quorum in Historiâ sacrâ mentio facta est.

Ab eâdem manu est quâ superior Historiola.

10. GENEALOGIÆ REGUM SAXONICORUM IN BRITANNIA. fol. 257.

1. AB ADAMO AD WODENUM lineâ rectâ a summo folio ad imum deducitur: cui ab utroque latere adjungitur Stirps Noachi filiorum Chami et Japheti. Nominibus Adami et Wodeni vultûs eorum appinguntur.

In imo folio, ad utrumque Wodeni latus, Regum Saxonicorum Genealogia a singulis Wodeni filiis deducitur. Exempli gratiâ: "Woden *g* [genuit] Vectam; "qui *g*. Wittam, qui *g*. Withegils, qui *g*, qui genuit Horsam et Hengest." Fuit autem Hengistus Regni Cantiani conditor. Et sic de cæteris.

Huic similis, in nonnullis tamen diversa, Genealogia exhibetur in fine Nennij a Thoma Gale editi, in Historicorum Anglorum Volumine 1mo pag. 134.

2. Post brevem narrationem de antiquis Britonibus, sequuntur GENEALOGIÆ REGUM SAXONUM, IN SINGULIS HEPTARCHIÆ PROVINCIIS.

(1.) Cantuariorum, ab Hengisto ad Baldredum. fol. 258.

(2.) Orientalium Anglorum, a Reodwaldo ad Eoricum. fol. 259.

(3.) Orientalium Saxonum, a Sedberto ad Guthrunum. fol. eod.

(4.) Mertiorum, a Pendâ ad Ceolwlfum. fol. 260.

(5.) Deïrorum et Berniciorum, ab Idâ ad Eiricum. fol. 261.

(6.) West-Saxonum, et eorum qui super totam Angliam regnaverunt; quorum Genealogia hic deducitur a Cerdico usque ad Henricum secundum, qui Stephano successit A.D. 1154. fol. 262.

(7.) Suth-Saxonum Regum Genealogia hic desideratur.

Ætatis ejusdem videtur hic tractatus cum præcedentibus. Lineæ dimidiatæ sunt, Literæ mediocres, elegantes.

In margine Regum nomina adscribuntur literis majoribus.

11. SERIES CHRONOLOGICA, CUM BREVI HISTORIA EPISCOPORUM ANGLIÆ: scil: Dorobernensium, Rofensium, Londinensium, Selesæiensium, et Cicestrensium, Wintoniensium, Sunnungensium, Salabiriensium, Cridiatonensium, Excestrensium, Wellensium, Bathonensium, Dorcestrensium, Sireburnensium, East-Anglorum, Norwicensium, Heliensium, Herefordensium, Wigorniensium, Licefeldensium, Leogernensium, Lindissensium, Dorcacestrensium, Lindoco-

B. II. 35. FOLIO. linensium. Eboracensium, Haugustaldensium, Carlelensium, Lindisfarnensium, Hwiternensium, sive Candide Case, Hripsensium. P. 265.

Videtur hic tractatus in Cœnobio Dunelmensi scriptus fuisse; quia Episcoporum Dunelmensium vitas pleniùs describit, reliquorum (exceptis Eboracensibus) admodum breviter.

Videtur scriptus hic tractatus circ. annum 1166: quòd nullus Episcoporum, qui hic recensentur, post eum annum Episcopatum adierit: et quod nonnulli eo anno, aut paulo post, obierint.

Lineæ divisæ sunt: Literæ parvæ, elegantes.

12. TABULA SUPER 5 LIBROS VENERABILIS BEDE DE GESTIS ANGLORUM. fol. 281.

Index est alphabeticus Rerum in Bedæ Historiâ contentarum; scriptus literis acutis) ante annos circiter 300.

13. CRONICA FRATRIS MARTINI, ORDINIS FRATRUM PREDICATORUM. PENITENTIARIJ DOMINI PAPE. p. 291.

Sic incipit: "Quoniam scire tempora summorum Pontificum Romanorum, ac "Imperatorum; nec non et aliorum Principum, et aliorum Contemporaneo-"rum, quam plurimum (inter alios) Theologis et Juris peritis expedit: Ego "frater Martinus, Penitentiarius Domini Pape primarius, et Capellanus, ex "diversis Cronicis"—

Martinus iste, Polonus a patriâ vulgo dictus, factus Archi-Epistopus Gnesnensis) dum Româ Poloniam tenderet, Bononiæ in itinere mortuus est A. D. 1278.

Scriptus est hic Codex lineis, primo divisis, deinde integris; (postquã scil. venit ad Papas et Imperatores Romanos, qui sibi paginis adversis mutuo objiciuntur) literis mediocribus, acuminatis, non malè formatis; circ. an. 1300; adeóque non multo post auctoris ipsius obitum. Quod itaque de Interpolationibus in hoc Chronico nonnulli affirmant, locum in hoc Codice habere non videtur. Habet autem, post Leonem Papam 4tum, Historiam de Joannâ Papissâ: adeo ut potiùs in iis Codicibus, in quibus deest, de industriâ omissa fuisse videatur, quam aliis Codicibus ab alienâ manu inserta. Neque sanè ulla probabilis causa afferri potest, quare credamus Narrationem tam probrosam, eo tempore quo Romani Pontifices omnia poterant, contra eos confictam, et a Monachis præsertim (a quibus libri plerique descripti fuere) propagatam fuisse.

Deductum est hoc Chronicon ab alio ad electionem Martini Papæ 4ti, A. D. 1281: et ad Coronationem Edwardi 1mi Angliæ Regis, (postquam ex terrâ Sanctâ rediisset) anno 1284.

36. HISTORIA ECCLE. [Petri Comestoris Historia Ecclesiastica.]

Titulus hic est a manu primâ. In folio opposito, a manu secundâ, sed antiquâ: "Historie Scolastice, cum Tabulâ in Principio. Item, Narratio de Tito et Vespasiano, quomodo ceperunt Judeam, post Ascensionem Domini."

In imâ parte ejusdem folij, Auctoris Epitaphium, quatuor his versibus (ab antiquâ manu) adscribitur:

"Petrus eram, quem Petra tegit: dictusque Comestor

B. II. 36. FOLIO. "Nunc comedor. Vivus docui, nec cesso docere
"Mortuus; ut dicat qui me videt incm̃atum, [forte, incameratum]
"Quod sumus iste fuit; erimus q̃nꝫ quod hic est." [quandoque]

Dedicatio ad Willelmum, Archiepiscopum Senonensem, quæ omissa fuerat a primo Scribâ, a Secundo (antiquo tamen) subjicitur in imo folio. Ea sic incipit: "Reverendo Patri ac Domino suo, Willelmo Dei gratiâ Senonensi Archiepiscopo, "Petrus servus Christi, Presbiter Trescensis"—[Trecensis]

Præfatio sic: "Imperatorie majestatis est tres in palatio."

Liber sic: "In principio erat verbum"—

In fine Historiæ Scholasticæ adjicitur Narratio insulsa de Tito et Vespasiano, euntibus è Galliâ in Judæam, (Tiberio rerum potiente) et expugnantibus Hierosolymam, eamqꝫ vastantibus; ut vindicatam sumerent de Judæis, quòd Christum morte affecissent.

Scriptus est hic Codex pulchrè; lineis divisis; literis mediocribus, acuminatis. Videtur superare annos 400.

## B. III. FOLIO.

### 1. Origenis Omelie in Vetus Testamentum.

Sunt Origenis Homiliæ (latinè versæ) in libros aliquot veteris Testamenti: scilicet in Genesin 16: in Exodum 13: in Leviticum 12: in Joshue 26: in Judices 9: in Canticum Canticorum 2: in Isaiam 9: in Jeremiam 16: in Ezechielem 2.

Sic incipiunt: "Incipit tractatus Origenis in vetus Testamentum. In principio "fecit Deus Celum et Terram. Quid est principium nisi Dominus et Salvator "omnium, Jesus Christus, primogenitus omnis Creature?"—

Scriptus est hic Codex pulcherrimè; lineis divisis: literis mediocribus, rotundis; ante annum 1096, quo Willelmus de S. Carilefo mortuus est. Fuit enim (ut ex Indiculo videre est) unus è libris quos Episcopus ille Cœnobio huic donavit.

B. III. 2. FOLIO. DIDYMUS DE SPIRITU SANCTO; cum 7 aliis tractatibus.

1. LIBER DIDIMI DE SPIRITU SANCTO, CUM PROLOGO S'CI [SANCTI] JERONIMI.
Prologus sic incipit: "Cum in Babilone versarer, et purpurate meretricis essem "colonus"—
Liber sic: "Omnibus quidem que divina sunt cum reverentiâ et vehementi curâ "oportet intendere"—
Editus est hic tractatus, libris 3, inter Hieronymi opera, in Tomo 6^to editionis Mariani Victorij. Sed in hoc Codice unus tantum liber est.
Occurrit infra, B. IV. Cod. 15. tract. 2.

2. LIBER MAGNI CASSIDORI SENATORIS. Folio 18. b.
Est Cassiodori Liber de Animâ.
Sic incipit: "Cum suscepti oneris optato fine gauderem"—
Habet Capita 18: sed libri editi habent 20. v. A. I. 10. tr. 3.

3. EXAMERON SANCTI BASILIJ CESARIENSIS ARCHIEPISCOPI. f. 29. b.
Latinè vertit Eustachius quidam; cujus Præfatio sic incipit: "Eustachius Sin-"cletice germane Diaconisse Salutem in Christo. Religiosus simúlque stu-"diosus animus tue germanitatis"—
Sunt libri 9.

4. S'CI GREGORIJ EPISCOPI DE YMAGINE, i. [id est] HOMINIS CONDITIONE. fol. 60.
Est Gregorij Nysseni liber περὶ κατασκευῆς ανθρώπου de hominis opificio, (ut Leunclavius vertit) vel, formatione.
Latinè vertit Dionysius Exiguus; cujus Præfatio sic incipit: "Domino meo et a "me plurimum venerando Sacro Egypio presbitero Dionisius exiguus. Sancto "venerationis tue studio pro meis viribus obsecutus"—
Auctoris ad fratrem suum Petrum Presbyterum Prologus sic incipit: "De pe-"cuniarum preciis eos oportet honorare qui virtutibus eminent"—
Liber ipse sic: "Hic liber, ait Scriptura, generationis celi et terre"—
In fine hæc Sententia adscribitur: "Expliciunt Sententie GG. [Gregorij] Niseni "Epi de Ymagine subsequentia eorum que a fratre ejus beato Basilio in Exa-"meron sunt redicta. Amen."
N. B. Pro redicta videtur scribendum predicta, i. e. ante eum dicta.

5. AURELIJ AUGUSTINI EP'I[scopi] DE MORIBUS ECC'LE [Ecclesie] CATHOLICE LIBER, CONTRA MANICHEOS. folio 84.
Sic incipit: "In aliis libris satis opinor egisse nos."
Vide supra B. II. Cod. 27. tract. 5.

6. EPISTOLA SANCTI JERONOMI PRESBITERI AD EUSTOCHIUM. fol. 97.
Sic incipit: "Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam"—

7. HYSIDORUS DE NOMINIBUS LIBRORUM VETERIS TESTAMENTI. fol. 107.
Isidorus (ut puto) Hispalensis hic designatur.
Sic incipit: "Veteris Testamenti, secundum Hebreos, hi perhibentur auctores"—
Non implet folium integrum.

B. III. 2. FOLIO. Si Isidori est, pars videtur majoris operis: ex Etymologiarum forte libris sumta est.

8. YSIDORUS DE SUMMO BONO. fol. 108.

Sic incipit: "Summum bonum Deus, quia incommutabilis est"—

Isidori Hispalensis est hic tractatus: Cæterum hic deest integer liber 3[tius], et secundi pars 4[ta]; Capita scilicet undecim posteriora.

Omnes hi tractatûs pulchrè scripti sunt, ab eâdem manu; lineis dimidiatis; literis majoribus, acuminatis; ante annos circiter 500.

3. 1. AURELIJ AUGUSTINI, DOCTORIS, YPPONIENSIS, EP' DE 83 QUESTIONIBUS LIBER.

Titulus hic in fine libri adscribitur; in initio nullus est, a primâ manu.

Liber sic incipit: "Utrum Anima a seipsâ sit. Omne verum a veritate verum "est."

Præmittitur Augustini Censura e libro Retractatioñ.

Elegantissimè scriptus est hic tractatus, lineis integris; literis majoribus, rotundis; ante annos (ut videtur) 600.

In fronte: "Liber Sancti Cuthberti" a manu antiquâ: ab aliâ; "de cõi librar.' " Mo"cho Dunelm̃."

2. MAUNDEVILLE, (JOHAN.)

Nomen hoc folio primo inscribitur, nullo libri titulo adjecto. Est autem Joannis Mandevil, Equitis Angli, Itinerum per Europam, Asiam et Africam, descriptio sermone Gallico adornata.

Sic incipit: "Comme il ensi soit, que la terre doutremire cest assavoir la Terre " Seinte, que homme dit la terre de Promission, outre toutes autres terre soit " la plus excellente, et la plus digne, et dame, et Souveraigne de toutes autres " terres."—

Habet folia 77, Capita 33, præter Præfationes.

In fine libri legitur Dedicatio brevis (hujus, ut videtur, libri) Edvardo [tertio] Francorum et Anglie Regi inscripta.

Itinerarium hoc (Gallicâ, quod sciam, linguâ) in lucem nunquam productum est: Anglicè nuper editum est, A.D. 162... Operæ pretium fuerit exemplar Anglicum cum Gallico nostro conferre.

Scriptus est hic Codex lineis continuis; literis minoribus, acutis, sive Secretariis; circiter annum 1400, (ut videtur,) adeóque non multo post Auctoris mortem; quæ incidit in annum 1372; ut in ejus Epitaphio videre est, quod apud Pitseum legitur.

B. III. 4. AUGUSTINI TRACTATUS TRES DUOBUS ALIIS.
FOLIO.

1. AUGUSTINI LIBRI 4 CONTRA DUAS EPISTOLAS JULIANI, ET ALIORUM DE HERESI PELAGIANORUM.
Sic incipiunt: "Noveram te quidem, famâ celeberrimâ predicante"—
Scripti sunt ad Bonifacium Romanæ Ecclesiæ Episcopum.

2. AURELIJ AUGUSTINI CONTRA JULIANUM, PELAGIANE HERESIS DEFENSOREM LIBRI 6.
Præmittitur Augustini de his libris Judicium, e libris Retractationum huc transcriptum.
Sequitur Epistola ad Claudium Episcopum: quæ sic incipit: "Quoniam michi, "fraterno excitatus affectu, Juliani quatuor libros"—
Liber primus sic: "Contumelias tua [tuas] et verba maledica, Juniane, que ar- "dens iracundiâ iiij^or libris anhelasti"—
Ab eâdem manu sunt omnes hi contra Julianum libri. Scripti sunt lineis divisis; literis mediocribus bene formatis; ut ex earum formâ conjicio, ante annos circiter 400.
Librorum numerus in summis foliis notatur.
In fronte librorum 4 hæc nota adscribitur: "Liber Sči Cuthbti [Dunelm̃. assig- "natus communi] almariolo Claustri p Dñum Johem de Hemyngburgh quon- "d^am Priorem Dunelm."
Joannes iste de Hemyngburgh obiit A.D. 1416.

3. In extremo librorum superiorum folio adjicitur ab aliâ manu (unâ tantum paginâ) fragmentum libri DE OPERE MONACHORUM.
Sic incipit: "Jussioni tue, Sancte frater Aureli, tanto devotiùs obtemperare me "oportuit"—
Præmittitur Augustini de eo libro Judicium, e libro Retractationum
In eodem cum superioribus compinguntur volumine.

4. CASUS LEGUM ALLEGATARUM IN 5 LIBRIS DECRETALIUM.
Sic incipiunt: "Gregorius, &c. Quod sicut per servum Domino acquiritur"
Scriptura non dissimilis est præcedentibus Augustini tractatibus, et ejusdem videtur ætatis.

5. TABULA MARTINIANI SUPER DECRETA CUM APPARATU SUPER DECRETALES.
Index est alphabeticus rerum in his libris contentarũ.
Puncta supposita voci Martiniani videntur indicare pro isto nomine aliud substituendum esse.
Scripta est lineis continuis; literis mediocribus, bene formatis, circiter annum (ut videtur) 1300.
In folio primo: "de cõi librariâ Mo^ach℞ Dunelm̃."

B. III. 5. AUGUSTINI TRACTATUS QUATUOR.
FOLIO.

1. AURELIJ AUGUSTINI DOCTORIS DE BAPTISMO PARVULORUM [LIBRI 2.]
Sic incipiunt: "Quamvis in mediis et magnis curarum æstibus."
Præmittitur Auctoris Judicium de hoc libro, in Retractationibus: idemque (per incogitantiam Scribæ (ut videtur) in fine etiam repetitur.

2. EPISTOLA BEATI AUGUSTINI EP'I AD MARCELLINUM. Fol. 62. b.
Sic incipit: "De questionibus quas mihi proposueras ut ad te aliquid scribe-"rem"—

3. AURELIJ AUGUSTINI DOCTORIS DE UNICO BAPTISMO LIBER. folio 73.
Sic incipit: "Respondere diversa sentientibus, et a Regulâ veritatis errantibus."
Præmittitur Auctoris Sententia de hoc libro in Retractationibus ejus exposita.

4. AURELIJ AUGUSTINI DOCTORIS DE SPIRITU ET LITERA LIBER. folio 89.
Sic incipit: "Lectis opusculis que ad te nuper elavoravi, fili karissime Marcel-"line"—
Præmittitur Tractatûs hujus Censura è Retractationum libro desumta.

Scriptus est hic Codex pulcherrimè, in folio (ut vocant) minori; lineis integris; literis majoribus, eâdem prope formâ, et (ut videtur) ætate, quâ Biblia illa maxima Hugonis Episcopi. [A. II. 1.] Habet itaque annos circiter 550.

In folio primo, ab antiquâ manu: "Liber Sc̃i Cuthb̃ti." Ab aliâ: "de cõi li-"brariâ Moachoꝝ Dunelm̃."

6. AUGUSTINI SERMONES 266: folio mediocri, crasso.

In tres partes distribuuntur; quarum prima habet Sermones 58: Secunda 38: Tertia 170.

In parte primâ sunt Sermones de Cantico novo "— de ultimâ quartâ feriâ—de "Catechismo—de tempore barbarico—de Prædestinatione Gratiæ Dei—de Bene-"dictionibus Esau et Jacob—de luctatione Jacob &c."

In secundâ: "de Symbolo—de Oratione Dominicâ—de quatuor virtutibus Cari-"tatis—de timore Dei—de laude Charitatis—de disciplinâ Christiana, &c."

In tertiâ: "de Secundo Adventu Domini—de Incarnatione Domini—de Natali "Domini 13—de Consonantiâ Evangelistarum—de Stephano 6—de Kalendis "Januarij—de Epiphaniâ Domini 6, &c. plerique in diebus Festis."

Scriptus est hic Codex lineis dimidatis; literis minoribus, acutis, cursivis, ante annos circiter 300.

In folio primo: "Ex cõi librariâ Dunelm̃. Ex procuratione fr̃[atris] T. Rome "S.[acræ] Pag.[inæ] Professoris."

De Monacho hoc T. Rome nihil novi.

**B. III. 7.** FOLIO. EUIPPIUS, CUM ALIIS 11 TRACTATIBUS.

1. LIBER EXCERPTUS AB EUIPPIO, VIRO SCHOLASTICO, EX DIVERSIS SC'I AUGUSTINI LIBRIS.

Ita vocatur in initio libri, post Indicem Capitulorum.

Præfatio sic incipit: "Domine merito venerabili, et fructu Sacre Virginitatis in "Christi Gratiâ semper illustri, ac per omnia Probe, Euipius servorum Dei "famulus in Domino salutem dicit."

"Excerptorum Codicem, quem de nonnullis operibus Sc̄i Augustini, cohortante "Domino meo Marino Abbate, vel [f. et.] ceteris sanctis fratribus, quomodo-"cunque compegeram"—

Videmus hic, Excerpta hæc congesta fuisse hortatu Marini Abbatis, et dedicata fuisse Virgini cuidam, cui nomen fuit Proba. Id enim innuere videntur voces istæ per omnia Probe: quasi dixisset, Probæ non nomine tantum, sed etiam moribus.

Præfationem sequitur Capitulorum Tabula; quæ hic sunt 387; at in libro ipso 388.

Liber sic incipit: "Quod ad te scripsi honorande mihi in Christo frater Jero-"nyme"—

2. SENTENTIA DE TRINITATE. Fol. 297.

Sic incipit: "Non enim aliud est ejus Essentie preter istam Trinitatem."

Videtur decerpta esse ex Augustino.

3. S.[ancti] AUGUSTINI SERMO DE DILECTIONE DEI & PROXIMI. f. 297. b.

Sic incipit: "Quantum nos, fratres dilectissimi, caritas vestra desiderat, ex meis "recognosco"—

4. EXCERPTA E VARIIS AUGUSTINI LIBRIS. folio 298. b.

5. AUGUSTINI EPISTOLA AD FELICITATEM VIRGINEM. fol. 303.

Sic incipit: "Bonus est Dominus, et Misericordia ejus est ubique diffusa"—

6. SENTENTIÆ EX VARIIS AUCTORIBUS EXCERPTÆ. fol. 304.

Sic incipiunt: "Anima est quedam rationalis immortalisque Substantia"—

7. E GREGORIO NAZIANZENO EXCERPTA BINA. fol. 310. b.

8. AURELIJ AUGUSTINI RETRACTATIONUM LIBRI 2. fol. 313.

Præmittitur Scriptorum ejus 93 Indiculus; eorum scilicet, quæ ad Censuram in his libris revocantur.

Liber 1$^{mus}$ sic incipit: "Jamdiu istud facere cogito atque dispono, quod nunc "adjuvante Domino aggredior"—

9. QUODVULTDEI DIACONI EPISTOLÆ DUÆ AD AUGUSTINUM, CUM AUGUSTINI RESPONSIONIBUS. fol. 348. b.

Epistola 1$^{ma}$ sic incipit: "Diu trepidus fui, et ausus hos meos aliquotiens dis-"tuli"—

B. III. 7. FOLIO. 10. SANCTI AUGUSTINI LIBER DE HERESIBUS AD QUODVULTDEUM. Folio 350.

Prologus sic incipit:

"Quod petis sepissime atque instantissimè Sancte fili Quodvultdeus, ut de He-"resibus aliquid Scribam"—

Huic libro subjicitur (folio 364) Appendix de recentioribus Hæreticis: scilicet,

1. De Hereticis qui Gallicâ linguâ dicuntur Telier, vel Deiamait.
2. Errores Petri Abailardi.
3. Errores Gilleberti Pictavensis Episcopi in Remensi Concilio dampnati sub P$^{a}$p Eug. [Sub Papâ Eugenio 3$^{tio}$ :]
4. Quibus additur Fides Remensis Concilij ab Abbe Clarevall. B. [Abbate Clarevallense Bernardo] dictata.

11. CAPITULA OPUSCULORUM, SIVE SERMONUM BEATI AUGUSTINI YPPONIENSIS EPISCOPI ET DOCTORIS. fol. 365. b.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis paulò majoribus, acuminatis, benè formatis, circ. annum 1300.

In folio primo: "Liber Sc̄i Cuthb̄ti de Dunelm̄. cōi armariolo assignat⁹ per "Dn̄m J. Fossor Priorem. per Procurationem Dn̄i Rob̄ti de Hexham Hos-"tillarij ut in perpetuo remaneat in Claustro."

Johannes Fossor Prior fuit ab anno 1342 ad 1374: Sed iste liber aliquanto antiquior videtur.

Hostillarius fuit unus e Monachis, cui Hospitum excipiendorum cura demandata fuit.

8. CASSIANUS CUM 17 ALIIS TRACTATIBUS.

1. JOH'IS CASSIANI DE INSTITUTIS MONACHORUM [libri 12 :] ET DE ORIGINE, CAUSA, ET CURATIONE, OCTO PRINCIPALIUM VITIORUM.

Præmittitur Præfatio ad Castorem Episcopum; quæ sic incipit: "Veteris In-"strumenti narrat Hystoria Sapientissimum Salomonem"—

Liber ipse sic: "De Institutis ac Regulis Monasteriorum dicturi"—

2. JOH'IS HEREMITE [Joannis Cassiani] LIBER DECEM COLLATIONUM. fol. 40.

Titulus hic in fine adscribitur.

Præmittitur Præfatio ad Papam Leoncium, et Elladium fratrem karissimum; quæ sic incipit: "Debitum quod beatissimo Pape Castorio in eorum volumi-"num Prefatione promissum est"—

Liber ipse sic: "Cheremon Scithie, ubi Monachorum probatissimi Patres, et "omnis commoratur perfectio."

Idem liber occurrit infra B. IV. Cod. 10. tract. 1.

3. EJUSDEM COLLATIONES ALIÆ QUATUORDECIM. folio 92. b.

Præmittuntur Præfationes duæ; altera ad Honoratum et Eucherium; altera ad Jovinianum &c.

Sed Ordo Collationum in hoc Codice paululum diversus est a libris editis: Nam Collationes tres Chæremonis, quibus Præfatio peculiaris in hoc Codice præfi-

B. III. 8. FOLIO.

gitur, quæque proximum post Collationes decem locum occupare debebant, in Msto sunt tantum 14ta, 15ta, 16ta: et Collatio Abrahæ, quæ in editis novissima est, hic est 13ia.

4. HERACLIDIS LIBER DE VITA SANCTORUM PATRUM, QUI DICITUR PARADISUS; AD LAUSUM PREPOSITUM PALACIJ. Folio 157.

Præmittitur Præfatio Heraclidis ad Lausum, quæ sic incipit: "In hoc libro, "quem de Vita Sanctorum Patrum Scripturi sumus"—

Liber ipse sic: "Multi quidem multos variosque libros diversis temporibus huic "seculo reliquerunt"—

Hic liber alio nomine vocatur (a Lauso, in cujus gratiam scripta fuit) Historia Lausiaca: et Palladio tribuitur. Probabile est Historiam istam collectam fuisse ex libris quos Helladius et Palladius de eodem argumento scripserunt. Vossius. Cave.

5. SANCTI BASILIJ REGULA. folia 187.

Constat ex 202 Interrogationibus, cum Responsionibus subjectis.

Includi videntur in iis Interrogationes quæ in Tomo 2do operum Basilij leguntur; licet pleræque hic contrahantur: Sed multo plures adjiciuntur.

Præfatio sic incipit: "Satis libenter, karissime frater Ursaci,"—

Liber ipse sic: "Humanum genus diligens Deus, et docens hominem Scien-"tiam"—

Interrogatio

1a. Si est Ordo in Preceptis.
2a. De Caritate.
3ia. De Utilitate fraterne Societatis.
4ta. De Abrenuntiatione.
5ta. De Facultatibus relinquendis.
6ta. Quomodo probentur suscipiendi.

In fine adjiciuntur hi duo versûs:

"Basilius, Domini Christi, Templique Sacerdos,
"Hec statuit Monachis sancte preconia vite."

6. MONITA SANCTI PATRIS NOSTRI BASILIJ CAPPADOCIE EPISCOPI. folio 206. b.

Sic incipiunt: "Audi, fili, admonitionem Patris tui, et inclina aurem tuam ad "verba mea"—

Tractatus hic in editis Codicibus vocatur, Admonitio ad Filium Spiritualem. Latinè tantum legitur, (in Tomo 3io) et inter libros Basilio suppositos recensetur.

In fine vocatur Monita ad Monachos.

7. REGULA SANCTI FRUCTUOSI EPISCOPI DE HISPANIA. fol. 211.

Sic incipit: "Post dilectionem Dei et proximi, quod est totius perfectionis vin-"culum"—

Habet Capitula 25.

B. III. 8. FOLIO

8. Regula S'ci Ysodori Ep'i Hispaniensis Provincie et Patris Monasterij Honoriensis, ad Monachos. Folio 215.

Auctor hujus Regulæ est Isidorus Hispalensis.

Præfatio sic incipit: "Plura sunt Precepta, vel Instituta Monachorum"—

Liber ipse sic: "Inprimis, fratres karissimi, Monasterium miram vestrum Con-"clavis diligentiam habeat"—

Capitula sunt (præter Præfationem) 23.

9. Regula beati Augustini Episcopi ad Servos Dei. folio 222.

Sic incipit: "Ante omnia, fratres kmi, [karissimi] diligatur Deus, deinde Proxi-"mus"—

Edita est in 1^mo Tomo operum Augustini in Editione Benedictinâ.

10. Expositio ejusdem Regule b'i Aug'9 Ep'i [beati Augustini Episcopi] de Vita Clericorum, per Dialogum Mag'ri et Disc. [Magistri et Discipuli.] fol. 222. b.

In fine vocatur, Colloquium Magistri et Discipuli, in Regulam beati Augustini de vitâ Clericorum."

In 5 libros dividitur.

Liber 1^mus sic incipit: "Sicut ille jure laudandus est, qui recto ordine custodito, "prius in Deum credit"—

11. Vita beati Augustini. folio 253. b.

Sic incipit: "Beatum Augustinum magnum fuisse doctorem, et per omnia lau-"dabilem"—

Nescio cujus Auctoris est; non est Possidij.

12. Sermo Sancti Augustini de Vita Clericorum. f. 257. b.

Sic incipit: "Propter quod volui et rogavi, hesterno die, ut frequentiùs conve-"niretis, hoc est quod dicturus sum"—

Sermones 2 sunt, sed non integri; quales leguntur in Tomo 5, col. 962 Editionis Benedictinæ Amstel.

13. Excerpta Sanctorum Patrum, qualiter Clerici vivere debeant in una Societate habitantes. f. 260.

Unicum tantum folium est, ex Isidoro et Hieronymo decerptum.

14. Regula Patris eximij, et beati Abbatis Benedicti. f. 261.

Sic incipit: "De generibus Monachorum. Monachorum quatuor esse genera "manifestum est: Primum Cenobitarum, hoc est Monasteriale"—

In fine Regulæ subjicitur Epistola Willelmi Episcopi Dunelmensis ad Monachos suos, nondum (quod scio) *edita: quam (quia non longa est) huc transcribere operæ pretium visum est.

"W. Dunolm. Ep̃us suis in Christo fratribus et filiis Dunolmensibus Cenobitis "salutem et vivificam Benedictionem."

* Edita est in Cap. vi. Lib. iv. Symeonis Dunelmensis Historiæ. inter X. Scriptores pag. 53

B. III. 8. FOLIO.

"Non credo vos discredere quantum mihi displiceat quod vobiscum ut deceret "morari non valeo. Sed qualicunque modo loco peccando laborem, mens ta-"men in vobis assiduè delectata quiescit. Precor ego ut et vos tribulationes "nostras mente cotidie videatis: et imbecillitatem devotis Orationibus et "eleemosinis caritativè sine fastidio sustentetis. Hoc autem precipiendo pre-"cor, et precando precipio, ut in amorem ordinis vestri fervendo crescatis; et "Ordinem pro nullâ necessitate vel causâ declinare permittatis: et nulli par-"catis in Ordine. In Ecclesiâ vero non properando, sed licenter [forte, de-"center] et honestè Psalmos decantetis. Confessiones frequenter Priori fa-"ciatis: Conventus firmiter et absque omni retentione ab omnibus retineatur, "preter egrotos, et eos qui exterioribus negotiis sunt regulariter deputati. Et "quia presens vobis quod deberem dare non valeo, literas istas unaquâque "Septimanâ semel in Capitulo recitate: ut et hec firmiùs teneatis; et me in "his loquentem audiendo Deo diligentiùs commendetis. Et quia Caritas "operit multitudinem peccatorum, non solum peregrinis et hospitibus, sed "omnibus omnino gentibus veram facite caritatem. Per hec et per alia bona "opera faciat vos et hic sanctè temporaliter vivere, et perhennem [peren-] "gloriam eternaliter possidere, Qui vivit et regnat Deus per omnia Secula "Seculorum. Amen."

Willelmus hic Episcopus videtur fuisse Primus, de Sancto Carilepho dictus qui Monachos primus in Dunelmensem Ecclesiam introduxit.

Scripsisse videtur hanc Epistolam paulo postquam a Willelmo Rege 2do [Rufo] ex Angliâ pulsus in Normanniam se recepisset; ubi per tres annos substitit apud Robertum Ducem, Willelmi fratrem majorem, cujus causæ ille favere visus fuerat, eâque de causâ ab Episcopatu suo dejectus est.

Willelmus enim Secundus, de Sanctâ Barbarâ nominatus, præterquam quòd primo anno prohibitus est Episcopatum ingredi a Willelmo Comin, qui Dunelmum per vim occupaverat, postea nunquam (quod scimus) necessario abfuit: neque quidquam de afflictionibus ejus legimus.

Et Scriptoris sollicitudo, ut Divinorum celebratio, et reliqua Monachorum Officia rite peragerentur, meliùs convenit cum Willelmo primo, qui et ipse Monachus fuerat, & Monasticæ disciplinæ in his regionibus præcipuus instaurator; et Monachos hic tanquam notos et familiares alloquitur: quam Willelmo Secundo, qui non Monachus sed Clericus Secularis fuisse videtur; erat enim Decanus Eboracensis: et initio Episcopatûs sui, cum Ecclesiam suam a Willelmo Comyn ingredi prohibebatur, et Monachis minùs notus erat, et Consuetudinum Cœnobii minùs peritus, quam hujus Epistolæ auctor fuisse videtur.

15. Smaragdi Expositio in Regula Sancti Patris nostri Benedicti.

Folio 273.

Dividitur in tres libros; quorum Primùs habet Capita 3: Secundus 4: Tertius 66.

In initio libri præponuntur

1. Versûs Elegiaci 74, qui sic incipiunt:

"Quisquis ad eternum mavult conscendere regnum,
"Debet astrigerum mente subire polum."

B. III. 8. FOLIO.

2. Prœmium breve, quod sic incipit:
" Cum turbas plurimorum cernerem Monachorum"—
3. Prologus prolixus, foliorum 11, quod sic incipit:
" Obsculta. [Ausculta.] " Hec nos hortantis beati sunt verba Benedicti"—
4. Capitulorum 73 argumenta.

16. Regula Sancti Francisci. Folio 352.
Sic incipit: " Regula siquidem et Vita Fratrum Minorum hec est"—

17. Testamentum ejusdem. folio 353.
Sic incipit:
" In nomine Patris, et Filij, et Spiritûs Sancti. Amen.
" Dominus dedit mi F. [mihi Francisco] incipere penitentiam facere, et cum
" essem in peccatis nimiis"—

18. Expositio quedam super Regulam beati Francisci. fol. 353 b. ad 358.
Sic incipit: " Quia Regula fratrum Minorum beato Francisco divinitus inspirata,
" a Domino Papâ Honorio confirmata"—

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis mediocribus, acuminatis, bene formatis; circ. annum 1300.

In initio: " Liber Sc̄i Cuthb̄ti de Dunolm̄ ex procuratione fratris Ricardi de El-
" ton assignatus Communi almariolo. [arma-] Qui alienaverit a Claustro anathema
" sit."

9. Registrum beati Gregorij Pape Urbis Rome.

Sunt Epistolæ Gregorij 1mi Papæ in 13 libros divisæ.

Epistolarum in singulis libris numerum, qui ab editis Codicibus aliquando diversus est, annotare non abs re erit.

Epistolarum Numerus in libro

| | in Msto. | in Editis. | lib. | in Msto. | in Editis. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1. | 82. | idem. | 9. | 85. | 65. |
| 2. | 39. | conjunguntur. | 10. | 34. | 75. |
| 3. | 66. | | 11. | 43. | 55. |
| 4. | 43. | 44. | 12. | 38. | 62. |
| 5. | 52. | idem. | 13. | 45. | 32. |
| 6. | 62. | idem. | | 664. | 807. |
| 7. | 41. | idem. | | | |
| 8. | 34. | 132. | | | |

Pulchrè scriptus est hic Codex, lineis continuis, literis mediocribus, rotundis; ante annos 600. Videtur enim fuisse e libris Willelmi 1mi Episcopi.

In folio primo; " a Liber Sc̄i Cuthb̄ti de Dunl̄mo." Cum hæc nota sit a primâ manu, indicare videtur Codicem hunc in Cœnobio Dunelmensi scriptum fuisse.

B. III. 10. BEATI GREGORIJ PAPAE EXPOSITIO JOB.
FOLIO.

Sunt tantum 16 libri priores: Volumen alterum desideratur. Commentarius hic integer exhibetur supra, B. II. Cod. 32.

Scriptus est hic Codex pulchrè, lineis continuis; literis mediocribus, rotundis; ante annos 600: Videtur enim fuisse e libris Willelmi 1$^{mi}$ Episcopi.

In folio primo: "e cõi librariâ Mo$^{n}$choȝ Dunelm̃."

11. GREGORIUS CUM DUOBUS ALIIS.

1. LIBER OMELIARUM Sc'I GREGORIJ PAPE URBIS ROME, DE DIVERSIS LECTIONIBUS EVANGELIJ.

Eaedem sunt quae in editis Codicibus leguntur, sed ordine paululum immutato. Nam homiliae 20, 19, 18, 34 non in suis locis leguntur, sed post homiliam 40$^{am}$: Et homilia 33$^{ia}$ non inter Gregorianas collocatur; sed inter alias diversorum (ut videtur) auctorum, quae Gregorianis in hoc volumine subjunguntur, num. 15. . Deest etiam in hoc Codice homiliae 17$^{mae}$ et 32$^{dae}$ pars posterior, et 35$^{tae}$ pars prior.

Scriptae sunt Homiliae hae lineis divisis; literis majoribus, rotundis, bene formatis; ante annos (ut videtur) 600.

2. HOMILIAE ALIAE, NUMERO 30, DIVERSORUM (ut videtur) AUCTORUM.

Paucis nomen auctoris adscribitur, reliquae sunt anonymae.

Lectiones Evangelicas, et Homiliarum, et Festorum, et Auctorum (quoties apponuntur) nomina, huc transcribere operae pretium visum fuit.

| FESTUM ET HOMILIAE EXORDIUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIAE AUCTOR. |
|---|---|---|
| Unde notandum quod eadem de Filio Dei— | Joan. 3. 16. | |
| Feria tertia: | Joan. 10. 1. | |
| "Propter Phariseorum qui se jactabant" | | |
| Quarta: | Joan. 6. 44. | |
| "Quid est? Nemo potest venire" | | |
| | Luc. 9. 1. | |
| "Concessâ primum potestate signorum | | |
| Sexta: | Luc. 5. 17. | |
| "Ubi Dominus sedens curavit eos" | | |
| Sabbatum: | Luc. 4. 38. | |
| "Si virum a demonio liberaverit" | | |
| "Sicut ex lectione Sancti Evangelij" | Joan. 3. 1. | Ven. Bed. P. [Venerabilis B.] |

B. III. 11.
FOLIO.

| FESTUM ET HOMILIÆ EXORDIUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. |
|---|---|---|
| " Hoc loco nihil nobis aliud" | Luc. 6. 36. | B. P. [Beda Presbyter] |
| " Factum est autem cum turba" | Luc. 5. 1. | Ven. B. P. |
| " Audistis dilectissimi in presenti" | Mat. 5. 20. | |
| " Amen i.e. vero, vel fideliter" | Lectio ead. | |
| " Modo fratres carissimi, cum Evangelium" | Mar. 8. 1. | |
| " Et in hâc lectione consideranda est" | Lectio ead. | |
| " Quod paulo superiùs spatiosam et latam viam" | Mat. 7. 15. | Be[da] Pr[esbr] |
| " Cogitanti mihi de Marie Penitentiâ" Est homiliarum Gregorij 33ia, quæ suo in loco omissa fuit. | Luc. 7. 36. | Gregorius. |
| " Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant" | Luc. 18. 10. | B. P. [Beda Presbyter] |
| " Surdus ille et mutus" | Mar. 7. 31. | Beda |
| " In exordio hujus lectionis queritur" | Mat. 13. 16. | |
| " Qui Judee terre confinia novit" | Luc. 17. 11. | |
| " Cum ad unius Dei culturam" | Mat. 6. 24. | |
| " Mediator Dei et Hominum Jesus Christus" | Luc. 7. 11. | |
| Mense 7mo: " Quotiens legimus Dominum ad Nuptias" | Luc. 14. 1. | |
| Feria quarta: " Notandum autem quod semper loca rebus" | Mar. 9. 17. | |
| Sexta: " Dicit et Apostolus, Semper gaudete" | Luc. 18. 1. | |
| Sabbatum: " Potest quidem hec arbor fici" | Luc. 13. 16. | |

B. III. 11.
FOLIO.

| FESTUM ET HOMILIÆ EXORDIUM. | EVANGELIJ LECTIO. | HOMILIÆ AUCTOR. |
|---|---|---|
| " Sepe contingere solet, ut una eademque res" | Mat. 9. 1. | |
| " Cum frequenter Regnum Celorum in Evangelio" | Mat. 22. 1. | |
| " Aliquotiens contingere solet ut nonnulli" | Joan. 4. 46. | |
| " Virtus et Sapientia Dei Dominus Jesus Christus" | Mat. 18. 23. | |
| " Quotiens legimus Dominum ex paucis panibus" | Joan. 6. 5. | |

Homiliæ hæ scriptæ sunt pleræque ab aliâ manu quám Gregorianæ, sed eadem (ut videtur) ætate.

Marginibus tum harum, tum superiorum Homiliarum, nonnullis in locis adscribuntur (literis minoribus, rotundis, elegantibus) Excerpta quædam (ut videtur) ex aliis Homiliis.

3. Antiphonarij pars.

Musicæ notæ plerumque apponuntur: et Antiphonis interseruntur Lectiones paucæ, de Sancto Stephano, de Sanctâ Trinitate &c.

Antiphonæ scriptæ sunt lineis continuis; literis minoribus, rotundis, elegantibus; eâdem (ut videtur) ætate, quâ Homiliæ.

Homiliis Gregorij præfixa fuerant Capitula, quæ nunc tamen desiderantur: ut et Epistola ejus ad Secundum Tauromenitanum Episcopum, cui eas inscripsit.

12. Gregorij Homiliæ in Lectiones Evangelicas.

Homiliæ sunt eædem, eodémque ordine dispositæ quo leguntur in libris impressis.

Præfiguntur singularum Homiliarum Exordia; ut et Initia singulorum Capitum in tribus libris de Curâ pastorali. Unde conjicere licet, et eos libros in eodem volumine olim junctos fuisse: at nunc desiderantur.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis rotundis, bene formatis; ante annos 500, aut ampliùs.

In folio primo: " Liber assignatus Librarie Mo^achoȝ Dunelm̃ p M. Willm Eb-" chestre P^orem."

Factus est Willelmus Ebchestre Prior A. D. 1446: munere se abdicavit anno 1456.

B. III. 13. EXCERPTA EX OPUSCULIS BEATISSIMI GREGORII PAPE. [Gregorianum.]
FOLIO.

Libris 16 distributa sunt: quorum

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1us. habet Capita | 19. | 7us. habet Capita | 15. | 13ius. habet Capita | 22. |
| 2us. | 14. | 8vus. | 25. | | 25. |
| 3ius. | 35. | 9nus. | 25. | | 9. |
| 4us. | 11. | 10mus. | 7. | | 9. |
| 5tus. | 61. | 11mus. | 11. | | —— |
| 6tus. | 24. | 12mus. | 18. | | 330. |

Argumenta Capitum Libri 1mi sunt: "de Deo: de Angelis: de Coelo: de Firmamento: de Sole: de Lunâ: de Stellis: de Lucifero: de Pliadibus: de Arcturo: &c."

Liber primus sic incipit: "In Scripturâ Sacrâ aliquando Deus nuncupativè, aliquando essentialiter dicitur"—

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis minoribus, paululùm acuminatis, elegantibus: ante annos fere 500.

In folio primo: "Gregorianum de cõi librariâ Moachoꝝ Dunelm̃."

14. ISIDORUS CUM QUINQUE ALIIS.

1. YSIDORUS DE SUMMO BONO.
   Sunt Isidori Hispalensis de Summo Bono libri 3: quorum primus habet Capita 31: secundus 44: tertius 66.
   Sic incipit: "Summum bonum Deus est; quia incommutabilis est"—
2. PETRI DAMIANI, HUMILIS MONACHI, LIBER QUI DICITUR DOMINUS VOBISCUM. Folio 59.
   Sic incipit: "Non ignorat Sanctitatis vestre prudentia, Pater dilectissime, quia te non qualemcunque complicem, vel amicum; Sed te Patrem, te Doctorem, te Magistrum et Dominum electum mihi pre ceteris mortalibus habeo"—
   Inscriptus est hic liber: "Domno Leoni amore superne libertatis incluso"—
3. APOCALIPSIS GLOSATA. folio 65.
   Sic incipit: "Beatus Johannes Apostolus a Domiciano sevissimo Imperatore apud Pathmos Insulam"—
   Trium horum tractatuum Scriptura non quidem est ab eâdem manu, sed ejusdem prope videtur ætatis annorum circiter 500. Secundus est fortasse paulo recentior. Nam dipthongus [*æ*,] quæ in primo et tertio sic pingitur [*ȩ*,] in secundo semper sic [*e*.] Et tertij quidem tractatûs Scriptura a folio 77 diversa est ab initio.
   Lineæ integræ sunt; Literæ mediocres, rotundæ, non malè formatæ.
4. CRISOSTOMI HOMILIE DUE IN PSALMUM 50. fol. 124.
   Sic incipiunt: "Pictores imitantur arte naturam"—
   Savilius dubias esse existimat. Leguntur tomo 1mo, p. 692.

B. III. 14. FOLIO. 5. CRISOSTOMI HOMILIA DE MULIERE CHANANEA. Fol. 136. b.
Sic incipit: "Multe tempestates et inquietudo aeris."
Legitur in volumine 5$^{to}$, p. 188, Editionis Savilianæ.

6. JOANNIS CRISOSTOMI LIBER DE REPARATIONE LAPSI. folio 141.
Sic incipit: "Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum?"

Horum tractatuum Scriptura diversa est a superioribus; sed ejusdem videtur ætatis.

Lineæ integræ sunt; Literæ mediocres, in initio rotundæ, deinde paululum acuminatæ.

In folio primo: "e cōi librariâ Mo$^{e}$choꝝ Dunelm̄."

15. ISIDORUS. GREGORIUS.

1. YSIDORI DE SUMMO BONO LIBRI 3.
Idem tractatus est qui in superiori volumine, tr. 1.

2. GREGORIJ PAPE ROMANE URBIS, DE VITIS SANCTORUM, DIALOGORUM LIBRI 4. foliis 43, 55, 68, 86.
Præfatio sic incipit: "Quâdam die nimiis quorundam Secularium tumultibus "depressus"—
Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis paulo majoribus, acuminatis, bene formatis; ante annos circiter quadringentos.
In folio primo: "e cōi librariâ Mo$^{e}$choꝝ Dunelm̄."

16. RABANI MOGUNTINI EXPOSITIO IN MATHEUM LIBRIS 8, AD HAISTULFUM ARCHIEPISCOPUM.

Præfatio sic incipit: "Memor. itaque illius Precepti quod per vas sibi aptum "olim Sapientia protulit dicens"—
In fine subjiciuntur duæ Homiliæ breves:
1. In illud dictum: "Qui dixerit fratri, suo, fatue"—
2. In illud: "Petite et dabitur vobis"—
Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis mediocribus, rotundis, elegantibus; ante annos 600: Videtur enim fuisse e libris Willelmi 1$^{mi}$ Episcopi.
In folio primo: "Liber Sc̄i Cuthb̄ti de Dunh̄m." a primâ (ut videtur) manu.

17. ANSELMUS. ALBINUS. HIERONYMUS.

1. ANSELMUS IN JOANNEM.
Sic incipit: "In principio erat Verbum—Verbum substantiale intelligitur, quod in ipso homine manet"—
Nomen Anselmi in fine libri a primâ manu adscribitur. Cæterum hic Commentarius inter Anselmi opera non legitur.

B. III. 17. FOLIO. 2. ALBINUS IN JOHANNEM. Fol. 31. b.

Præfigitur Epistola Gislæ et Rictrudæ ad Albinum, cum Albini Responsione.

Epistola Gislæ sic incipit: "Venerando patri, nobisque cum summo honore "amplectendo, Albino Magistro, Christi famule Gisla et Rictruda perpetue "beatitudinis salutem. Postquam; Venerande Magister, aliquid de melliflua "Sancte Scripture cognitione, vestrâ sagacitate exponente, hausimus"—

Albini Responsio sic incipit: "Nobilissimis in Christiane religionis Sanctitate, et "in Sapientie Studiis devotissimis, Deo dicatis Virginibus, Gisle Sorori, et "Rictride filie, humilimus frater et presbiter Albinus perpetue beatitudinis "salutem." [N.B. Compellatio hæc in margine adscribitur literis minoribus.] "Quantùm in sanctissimo sapientie studio optimam in vobis laudo devotionem, "tantùm mei ipsius plango imperitiam"—

Commentarius sic: "Non frustra beatus Johannes, dilectus Domini discipulus, "in cenâ supra pectus Jesu recubuisse perhibetur"—

3. B. JERONIMI EXPOSITIO IN YSAIAM. folio 76.

Præfigitur Epistola ad Eustochium, quæ sic incipit: "Longo vix tempore in duodecim Prophetas"—

Commentarius sic: "Pro Judâ, in quo significantur due tribûs, LXX et Theo-"dotio."

4. EUSEBIJ JERONIMI PRESBITERI EXPOSITIO EZECHIELIS. fol. 179.

Sic incipit Prologus ad Eustochium: "Finitis in Ysaiam decem et octo explana-"tionum voluminibus"—

Expositio sic: "Tricesimus annus non, ut plerique estimant, etatis Prophete "dicitur"—

Eleganter scriptus est hic Codex, lineis dimidiatis; literis minoribus, acuminatis; ante annum (ut videtur) millesimum trecentesimum.

In folio primo: "de cōi librariâ Moachoꝝ Dunelm̄."

18. BERNARDUS CUM 8 ALIIS.

1. BEATI BERNARDI ABBATIS MEDITATIONES. fol. 85.

Sic incipiunt: "Multi multa sciunt, et seipsos nesciunt"—

Leguntur inter opera ejus edita.

N.B. Excidisse videntur ex hoc Codice multa folia: hic enim tractatus, qui primus est, notatur fol. 85.

2. LIBER DE MISERABILI HUMANE CONDITIONIS INGRESSU EDITUS A LOTHARIO DYACONO CARDINALI SANCTORUM SERGIJ ET VEREI, QUI POST INNOCENTIUS PAPA TERTIUS APPELLATUS EST. folio 100.

Sic incipit Prologus: "Modicum otium quod inter multas angustias"—

Tractatus hic in libros tres divisus est, et P. Portuensi Episcopo inscriptus. Sæpe editus fuit.

Occurrit supra, licet imperfectus, A. IV. Cod. 29. tract. 2.

Hi duo tractatûs scripti sunt ab eâdem manu, reliqui ab aliâ multum diversâ.

B. III. 18.
FOLIO.

Lineæ divisæ sunt: Literæ mediocres, acutæ (quas Secretarias vocamus) bene formatæ. Scriptura videtur non multum antiquior ætate Joannis Aukland, qui hunc librum Cœnobio donavit, et obiit A.D. 1496.

3. TRACTATUS LINCOLNIENSIS DE LINGUA. Folio 128.

Ita vocatur in fine: in initio totius voluminis, (ab aliâ manu) de Lingue virtutibus et vitiis.

Auctor Libri (hactenus inediti) est Robertus Grostest, qui Episcopus Lincolniensis factus est A.D. 1235.

Sic incipit: "Lingua congruit in duo opera nature, in gustum"—

Dividitur in 6 partes.

In fine (folio 228) subjicitur Index rerum alphabetico ordine digestus.

4. TRACTATUS DE VENENIS SECUNDUM R. G. LINCOLN. EP'UM. fol. 233.

In initio hujus Codicis: "de Venenis peccatorum mortalium."

Ab eodem auctore scriptus est hic tractatus, a quo superior.

Sic incipit: "Ratio Veneni potissimè convenit peccato"—

5. SERMO SACERDOTIBUS CONVENIENS. folio 245.

Ita vocatur in Indiculo tractatuum, qui huic volumini præfigitur.

Sermo est quem, jussu Othonis Pontificij Legat. in Synodo Londinensi (A.D. 1237) habiturus fuerat auctor, nisi morbo impeditus fuisset. Scripto igitur consignatum eum edidit, ut in Præfatione ipse indicat.

Quisnam ille fuerit non constat; nullius enim nomen apponitur. Sed Roberti Grossetest esse inde conjicere licet, quòd cum aliis Roberti scriptis, et eâdem manu, hic conjungatur: quódque mox sequatur (ab eâdem manu) Sermo; qui quanquam nec titulum, nec auctoris nomen habeat adscriptum, Roberti tamen esse agnoscitur: [vide tract. 7.] Et quod temporis ratio optimè conveniat: Nam Synodus hæc habita est A.D. 1237; Robertus autem biennio ante (scilicet anno 1235) Episcopus factus est: et eâ erat eruditionis famâ, et tantâ apud omnes propter Vitæ Sanctitatem auctoritate, ut nemo magis idoneus huic officio designari potuerit.

Præfatio sic incipit: "Premonitus a Venerabili Patre Otone Sancti Nichi [Nico-" lai] in Carcere Tulliano Diacono."

Sermo ipse sic: "Sacerdotes tui induantur Justitiam." [Psalm. 131. 9.]

6. DE OFFICIO EPISCOPI. folio 253. b.

Superiori Concione in eâdem paginâ subjungitur.

Sermo est ejusdem (ut videtur) Roberti Grossetest, in Tit. 1. 7. "Oportet Epis-" copum sine crimine esse."

7. SERMO ROBERTI [Grossetest] LINCOLNIENSIS EPISCOPI, PROPOSITUS CORAM PAPA ET CARDINALIBUS IN CONCILIO LUGDUNENSI, A.D. 1250. folio 254.

Sermo hic, que superiori immediatè subjungitur nec titulum, nec auctoris nomen habet adscriptum. Editus est hoc titulo ab Edwardo Brown in Fasciculo rerum expetendarum, et fugiendarum: in volumine 2do, pag. 250.

Sic incipit: "Dominus Jesus Cristus, eternus eterni Patris filius"—

B. III. 18. FOLIO. 8. TRACTATUS PARTICULARIS LINCOLNIENSIS DE CORDE. Fol. 257.

Ejusdem Roberti scriptum est. Ita vocatur in Indiculo qui Codici præfigitur: Titulus nullus vel in initio vel fine ipsius tractatûs legitur: in fine autem Capitum argumenta subjiciuntur.

Sic incipit: "Preparate corda vestra Deo. Verba sunt Samuel"—

9. TRACTATUS LINCOLN. DE OCULO MORALI. fol. 292.

Et hic liber eundem habet auctorem.

Occurrit etiam infra B. IV. cod. 29. tract. 4.

Sic incipit: "Si diligentur volumus in Lege Domini meditari"—

Septem hi tractatûs ab eâdem manû descripti sunt, a primis duobus multum diversâ. Scripti enim sunt literis minoribus, cursivis, eâdem (ut videtur) ætate quâ vixit Joannes Aukland Prior, qui Codicem hunc Cœnobio donavit: Obiit autem ille A.D. 1494.

Transcriptus forte fuit e Codice sequenti.

In folio primo: "Hic liber assignatur nono armariolo in Claustro Ecc̃e [Eccle-"siæ] Dunelm̃ per Venerabilem Patrem Joh̃em Aukland Priorẽ ejusđ Ecc̃e."

19. ROBERTI GROSSETEST, LINCOLNIENSIS EPISCOPI, OPERA QUÆDAM. quorum nomina in folio primo a primâ (ut videtur) manu inscripta sunt.

1. LINCOLN. DE LINGUA, CUM TABULA SUPER EODEM.

Vide Codicis præcedentis tractatum 3tium.

2. TRACTATUS R. G. LINCOLNIENSIS DE CORDE. fol. 152.

Vide supra tractatum 8vum.

In fine hic versiculus: "Nomen Scriptoris Johannes plenus amoris. Muhtel."

3. LINCOLN. DE OCULO. fol. 207.

Vide supra tractatum 9num.

4. LINCOLN. DE VENENIS. fol. 244.

Vide supra tractatum 4tum.

Sequitur Index alphabeticus Rerum in his tractatibus contentarum.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis mediocribus, cursivis; circiter annum 1450, quo vixit Willelmus Ebchestre hujus Cœnobii Prior; a quo donatum fuisse huic Bibliothecæ ostendit hæc nota: "Iste liber assignatur librarie Moachoꝝ Du-"nelm̃. per Venerabilem Patrem Magrm Willm Ebchestre Priorẽ Dunelm̃."

Fuit vero Willelmus iste Prior ab anno 1446 ad 1456.

20. PETRI COMESTORIS HISTORIA SCHOLASTICA.

Titulus nullus vel Libri vel Auctoris adscribitur a primâ manu. In primo folio duæ fuerant inscriptæ notæ; quarum alterâ nomen Libri, & forte etiam Auctoris, alterâ Possessoris indicabatur. Sed utraque erasa est; nisi quod ex primâ legatur "Scolastica Historia"—

ex alterâ, "Liber Dñi"—

B. III. 20. FOLIO. In hoc Codice legitur Dedicatio ad Willelmum Archiepiscopum Senonensem.

Præfatio sic incipit: "Imperatore [rie] majestatis est tres in Palacio habere man-"siones"—

Liber sic: "In principio erat Verbum, et Verbum erat principium"—

Occurrit hic Codex supra B. I. 33. 34. et II. 36.

Scriptus est lineis divisis; literis mediocribus, bene formatis; ante annum (ut videtur) 1300.

**21.** SUMMA DE VITIIS.

Sic incipit: "Tractatus iste continet ix partes"—

Idem liber est cum eo qui subjungitur Summæ Raymundi, B. I. 29. quem vide. Sed cum eo Codice pulchritudine scripturæ, et integritate etiam libri minimè conferendus est. Scriptus est enim literis minoribus, cursivis; lineis dimidiatis; ante annos circiter 300. Magna item pars ejus humore ita conglutinata est, ut sine magno foliorum detrimento (in fine præsertim libri) divelli, et separari non possit.

In folio primo: "e cōi librariâ Mo^e^cho℞ Dunelm̄."

In fine: "Explicit Summa de Viciis. Benedictus qui incepit et complevit. "AMEN. AMEN."

In postremo folio Subjiciuntur versûs 28: scil. "de Confessione, 6: qualis debet "esse Confessor, 2: de bonis factis, in Mortali peccato, 3: de Circumstantiis pec-"catorum, 3: de quatuor rebus quibus Sensus pervertitur, 2: de Morte: de Pœni-"tentia, 2: de Baptismo, 4: de Fide, 4."

Sic incipiunt: "Sit simplex, Humilis, Confessio, Vera, Fidelis"—

**22.** BONAVENTURA CUM 11 ALIIS TRACTATIBUS.

1. BONEVENTURE MEDITATIONES DE VITA CHRISTI.
Habent Capita 106.
Prologus sic incipit: "Inter alia virtutum et laudum preconia"—
Meditationes hæ sunt Divi Bonaventuræ Cardinalis, inter cujus scripta recensentur.
In fine libri vocantur, "Meditationes quas scripsit Boneventura Cardinalis de "Vitâ et Passione Domini nostri Jesu Christi."

2. B.[eati] BERNARDI SERMO DE DUODECIM GRADIBUS IN SCALA JACOB. fol. 42.
Sic incipit: "Omni tempore Monachi observationem Quadragesime debent ha-"bere."
Non invenio inter opera Bernardi.

3. MEDITATIONES ANCELMI [selmi.]
Auctoris nomen in fine adscribitur.
Sic incipiunt: "O anima Christiana, Anima de gravi morte suscitata"—
Occurrunt supra, B. II. Cod. 4. tract. 6. et infra Cod. 26. tract. 5.

B. III. 22. FOLIO. 4. MEDITATIONES B'I BERNARDI. Fol. 48.
Sic incipiunt: "Multi multa sciunt, et seipsos nesciunt"— Vide paulo supra, Cod. 18. tract. 1.

5. MEDITATIONES BEATI BERNARDI DE COMPASSIONE DOLORIS BEATE VIRGINIS, QUEM SUSTINUIT PRO PASSIONE FILIJ SUI. folio 53. b.
Sic incipiunt: "Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis imbrem?"
Titulus hic non initio legitur; sed in fine adscribitur. Sermo est Bernardi in Parasceue, de Lamentatione Virginis: operum Col. 156. in edit. Ant. 1620.

6. MEDITATIO BEATI AUGUSTINI. folio 53. b.
Sic incipit: "Invocate [pro Invoco te] Deus meus: Invocate [lege, Invoco te] "quia prope es animabus invocantibus te in Veritate.
Titulus hic in fine adscribitur.
Forte ex Confessionum libro excerpta est.

7. TRACTATUS COMPENDIOSUS DE DECEM MANDATIS MULTUM UTILIS. folio 54. b.
Titulus hic non in initio, sed fine legitur.
Sic incipit: "Sequitur modo de illis que sunt adimplenda viriliter; cujusmodi "sunt decem mandata Decalogi"—
Videtur majoris operis pars.

8. TRACTATULUS, SIVE, PSALTERIUM HUMILITATIS; QUOMODO QUIS APPAREAT HUMILIS IN MENTE PROPRIA. ET NOTA CONSEQUENS DE VITA MONACHORUM, QUALIS DEBET [esse.] folio 57. b.
Titulus hic in initio adscribitur a manu recentiore.
Sic incipit: "Non est dubium, quòd, si quis bene suos defectûs, et maliciam re"cognosceret"—
De Vitâ Monachorum (in eâdem paginâ) sic: "Studium cujuslibet religiosi hoc "esse debet"—

9. TRACTATUS PER FORMAM DIALOGI, INTER HOMINEM ET ANIMAM SUAM. folio 58. a.
Hic titulus (sed ab aliâ manu) legitur in initio libri.
Dialogus est inter Hominem et Animam suam, de Mentali Exercitatione (ut vocat) sive Contemplatione.
Sic incipit: "Flecto genua mea &c. [Eph. 3. 14—19] Paulus Apostolus, Vas "eterne electionis, Sacrarium divine sanctificationis, et speculum et exemplar "superne contemplationis, in verbis premissis ostendit nobis mentalis Exerci"tationis ortum, objectum et fructum."
Paulò inferiûs, in imo folio: "Anime interrogatio. Dic queso, o homo, si post "devotam invocationem divine magnificentie, et post humilem imploraci"onem"—

10. CONCORDANCIE BIBLIE IN QUINQUE LIBROS DISTINCTE, CUM TABULA. folio 64.
Eædem Concordantiæ sunt quas supra descripsi, A. III. Cod. 12. tract. 18. Tituli autem non sunt (ut in isto libro) miniati; nec Scriptura tam elegans est.

B. III. 22. FOLIO. Sequitur vero Concordantias Tabula alphabetica omnium titulorum, quæ in Codice superiore deest.

11. CHRISOSTOMI HOMILIARUM, IN [opere] IMPERFECTO SUPER VERBIS MATHEI, TITULI. Folio 105.

Sunt tituli 77, a manu recentiore Scripti.

12. LIBER QUI VOCATUR PAUPERTAS: vel, LIBER COMONITARIUS [lege, commonitorius] DE CONTEMPTU MUNDI. folio 106 ad 158.

Auctoris nomen non apponitur: Videtur autem ex Prologo fuisse Episcopus, qui, munere eo deposito, in secessu suo Meditationes has de Contemtu Mundi conscripsit.

Habet Capitula, sive (ut vocantur) Divisiones 22; quibus Prologus præfigitur.

Prologus sic incipit: " Optatus michi dies advenerat........ visitante me divi-" nâ...... clementiâ exoneratus sum ab Ecclesiastici regiminis gravissimâ [cura] " tanto eâ de causâ animo lecior eff........ [lætior effectus,] quanto levigacior, " atque liberior factus, depositâ Pastoralis cure Sarcinâ grandi; quam invitus " portaveram, quia inbecillitatis mee vires excesserat; sub cujus pondere gra-" vatus ingemueram, quoniam Spiritu pusillus eram. Grates itaque Deo " meo"—

Divisio prima sic incipit: " Beati pauperes Spiritu, quoniam ipsorum est Reg-" num Celorum." " Pauperes Spiritu sunt non inflati, non elati, non arro-" gantes et superbi, de quibus Apostolus dicit, Noli altum sapere"—

Excidit ex hoc Codice Tractatus, qui in eo olim fuerat, (ut conjicere licet ex Indiculo in fronte libri præfixo, Tituli historiales Biblie.

Scriptus est lineis divisis; literis minoribus; ante annos (ut videtur) circiter 400. Non totus est ab eâdem manu; sed ejusdem fere ætatis.

In initio libri: " de cõi lib̃riâ Dunelm̃."

In folio opposito: " ex ꝑcur' fr̃is T. Rome sacre pag̃ie ꝑfessor'."

Quis fuerit iste T. Rome, nescio.

23. JOHANNIS LECTORIS SUMMA CONFESSORUM.

De Joanne Lectore vide B. I. Cod. 30.

Cæterum Summa hæc, quæ in isto Codice imperfecta est, in hoc est integra. Sunt enim Libri 4; quorum ultimus, de Matrimonio, habet titulos 25.

In fine libri subjiciuntur Tabulæ tres:

1. TITULORUM SUMMÆ RAIMUNDI, cum singulorum Paragraphorum, sive Sectionum, Exordiis.

2. STATUTORUM ADDITORUM SUMMÆ Confessorum, ex libro sexto Decretalium Bonifacij Pape. Sunt folio 10.

3. RERUM IN TOTO HOC OPERE CONTENTARUM alphabetica: copiosissima, foliis 36.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis mediocribus, acuminatis; ante annos circiter 400.

B. III. 24. ÆGIDIUS ROMANUS, cum duobus aliis.
FOLIO.

1. EGIDIUS ROMANUS DE REGIMINE PRINCIPUM, LIBRIS 3, ad Philippum primogenitum et heredem Philippi Regis Francorum.

Sic incipit: "Ex regiâ et sanctissimâ prosapiâ oriundo, suo speciali Domino, "Philippo, primogenito et heredi preclarissimi viri, Dñi Philippi"—

Scriptus est hic liber lineis dimidiatis; literis minoribus, acutis; ante annos circiter 300.

2. OPUSCULUM 5 FOLIORUM, 3bus CAPITIBUS DISTINCTUM: quorum 1um DE IMPERATORE, ET EJUS ELECTIONE, ET ALIIS PROPRIETATIBUS SIBI CONVENIENTIBUS. Folio 105. b

Sic incipit: "Primo est sciendum quod Imperator non succedit Imperio jure successionis"—

De Imperatore Germaniæ loquitur.

Operæ pretium erit legere formam Juramenti, quo Imperatorem Pontifici Romano fidem suam obstringere vult. folio 106. col. 2.

2dum. DE REGIBUS, MAGNATIBUS, POTENTIBUS, ET GENEROSIS, QUALITER SE DEBENT HABERE. folio 106. col. 3.

3tium. DE MILITIBUS, ET JURE MILITARI. folio 109. col. 3.

Auctoris nomen non apponitur. Anglus fuisse videtur ex Præfatione, quæ inscripta est "Magnifice bonitatis, mirèque pietatis Domino Johanni, Infanti "inclitissimo, illustrissimo generosi Comitis filio."

Scriptus est hic tractatulus ab eâdem manu quâ Ægidij liber.

3. ROGERI DE WALTHAM COMPENDIUM MORALE, DE VIRTUOSIS FACTIS, ET DICTIS EXEMPLARIBUS ANTIQUORUM. fol. 111—207.

Sic incipit: "Sapientium antiquorum exquiret sapiens; et narrationes virorum "nominatorum observabit." Ecc. 39.

Auctoris nomen in fine legitur: "Explicit Compendium Morale de quibusdam dictis et factis exemplaribus antiquorum per Rogerum de Waltham Canonicum Londoñ.

Floruit Rogerus hic sub Fulcone Basset, Episcopo Londinensi, qui obiit A.D. 1258.

Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis mediocribus, acuminatis, satis elegantibus; ante annos circiter 400.

In fronte libri: "de cõi lib. Moachoꝝ Dunelm̃."

25. TRACTATUS MAG'RI ...... ABBEVYLE SUPER EP'LAS ET EVANGELIA D'OICAR.' [Dominicarum, scilicet dierum] PER ANNI CIRCULUM.

Titulus hic folio primo inscribitur a manu, non primâ quidem, sed satis tamen antiquâ. Ab aliâ manu: Sermones per Anni circulum de Tempore.

B. III. 25. FOLIO. Sic incipiunt: "Cum sacrosancta mater Ecclesia, non sine certarum causâ rationum, premonstrante Spiritu"—

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis minoribus, acuminatis, satis elegantibus; ante annos (ut videtur) circiter 400.

26. TRACTATUS 14.

1. DETERMINATIO QUEDAM DE SACRAMENTO ALTARIS.

Folia tantum 2 implet.

Sic incipit: "Utrum in Sacramento Altaris sit totus s$^{e}$. [forte, Christus.] sub "speciebus Panis et Vini."

Scripta est lineis divisis; literis mediocribus; ante annos (ut videtur) supra 300.

2. LIBER DE ORTU BEATE MARIE VIRGINIS, AB INFANTIA SALVATORIS, A BEATO MATHEO EVANGELISTA HEBRAICE SCRIPTUS; ET A BEATO JERONIMO PRESBITERO IN LATINUM TRANSLATUS. Folio 3.

Præmittitur Præfatiuncula, de Annæ et Emeriæ Sororum liberis; quæ sic incipit: "Anna et Emeria fuerunt Sorores: de Emeriâ nata est Elisabeth mater Johannis Baptiste"—

Sequuntur Epistolæ duæ:

1$^{ma}$. Cromatij et Heliodori ad Jeronimum; quæ sic incipit: "Ortum Marie Virginis, & Nativitatem Salvatoris"—

2$^{da}$. Jeronimi ad præcedentem Epistolam Responsio: "Qui terram auri concupiscentiâ fodit"—

Liber ipse sic incipit: "In diebus illis erat vir in Jerusalem, nomine Joachym"—

Habet Historia hæc Capita 37. Alia est ab eâ quam edidit Fabricius in Codice Pseudepigrapho Novi Testamenti.

3. BEATI ANSELMI TRACTATUS DE CONCEPTIONE BEATE MARIE. folio 6. col. 4.

Sic incipit: "Principium quo Salus mundo processit mihi considerare volenti "occurrit hodierna sollempnitas"—

Videtur Sermo habitus in Festo Conceptionis Beatæ Virginis. Sed non invenio inter Anselmi scripta.

4. ANSELMI MEDITATIO DE EXCELLENTIA BEATE MARIE. fol. 9. col. 2.

Sic incipit: "Supereminentem omni quod post hominem-Deum creatum est"

Occurrit supra B. II. 4. 5.

5. ANSELMI ALLOCUTIO AD ANIMAM REDEMPTAM, UT SUI STATUS MEMORIAM HABEAT. folio 12. col. 2.

Sic incipit: "Anima Cristiana, Anima de gravi morte resuscitata"—

Occurrit iterum hic tractatus, B. II. Cod. 4. tr. 6. et III. Cod. 22. tr. 5.

In editione Coloniensi vocatur; "De Meditatione Redemtionis generis humani:" et in summo folio, "De memoriâ Incarnationis et Passionis, et nostre a servi-"tute liberationis."

6. ANSELMI MEDITATIONES. folio 13. col. 1.

Sic incipiunt: "Terret me vita mea"—

Vide supra B. II. Cod. 4. tract. 7.

B. III. 27. FOLIO. 7. BE[ati] ANSELMI LIBER DE SIMILITUDINIBUS. Fol. 14. col. 1.
Sic incipit: "Voluntas tripliciter intelligitur—"

8. JOHANNIS CRISOSTOMI OPUS IMPERFECTUM SUPER MATHEUM. folio 27.
Sic incipit: "Sicut referunt, Matheum conscribere Evangelium causa compulit "talis"—
Sunt Homiliæ 57: desinunt in versu 15^to Capitis 24^ti.
Habet hæc Bibliotheca tria alia hujus Operis imperfecti Exemplaria: scilicet B. II. Codd. 3 et 4.: et IV. Cod. 3. tr. 4.

9. BE[ati] JO. CRISOSTOMI DE LAUDIBUS SANCTI PAULI APOSTOLI OMELIE 7. fol. 94. col. 3.
Præmittitur Aniani Præfatio ad Euangelum Presbyterum; quæ sic incipit: "Re-"centi experimento didici"—
Leguntur supra B. II. 3. tract. 2.

10. JOHANNIS CRISOSTOMI DE PSALMO QUINQUAGESIMO LIBRI 2. folio 102.
Sic incipiunt: "Pictores imitantur arte naturam"—
Vide supra B. II. Cod. 4. tract. 2: et infra B. IV. Cod. 3. tr. 2.

11. JOHANNIS CRISOSTOMI SERMO DE PASSIONE DOMINI. fol. 107. col. 2.
Sic incipit: "Paucis hodie necessarium est fratres, tractare vobiscum—"

12. CRISOSTOMI LIBER QUOD NEMO LEDITUR NISI A SEIPSO. folio 111. col. 2.
Sic incipit: "Scio quod crassioribus quibusque, et presentis vite illecebris in-"hiantibus"—
Vide supra, B. II. Cod. 4. tract. 4.

13. CRISOSTOMI DE COMPUNCTIONE LIBRI 2. fol. 115. col. 2.
Sic incipiunt: "Dum te intueor beate Demetri"—
Vide supra, B. II. Cod. 4. tract. 3.

14. B'I [Beati] JO. CRISOSTOMI OMELIA IN LECTIONEM MAT. [c. 15. v. 22.] "EGRES-"SUS JESUS SECESSIT IN PARTES TYRI ET SIDONIS"— fol. 121. col. 3.
Sic incipit: "Multe tempestates, et inquietudo aëris, sed desiderium concursûs "vestri non potuit impediri"—
In margine hæc nota adscribitur: "Ista Omelia legitur in Refectorio."

Tractatûs hi omnes, excepto primo, ab eâdem manu descripti sunt; lineis divisis; literis mediocribus, acuminatis, non malè formatis; ante annos circiter quadringentos.

In folio 2^do Col. 4^ta: "Liber Sc̄i Cuthb̄ti et Ric̄i Bell Prioris Dunelm̄." Fuit iste Ricardus Bell Prior ab Anno Domini 1464 ad 1478; quo anno electus est Episcopus Carleolensis. Vocatur B. II. Cod. 5. Rannulfus; sed non rectè, ut ibi observatum est.

Et infra: "Iste liber assignatur nono armariolo in Claustro Dunelm̄ Eccl̄ie per "Venerabilem Patrem Joh̄em Auklande Priorem ejusđ. Eccl̄ie."

Fuit ille Prior ab A. D. 1484 ad 1494.

B. III. 27. TABULÆ ALPHABETICÆ RERUM CONTENTARUM IN.
FOLIO.

1. Augustini libris de Civitate Dei. Implet folia 26.
2. Gregorij Moralibus super Jobum. Implet folia 60.

Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis paulò majoribus, acuminatis, bene formatis; ante annos circ. 400.

In initio libri: " e cōi librar̄. Moᵃchoꝝ Dunelm̄."

In folio præcedente: " Lib̄. b̄i Cuthb̄ti ex ꝑcuracōne f̄ris Tho. de Lund̄."

Fuit hic Thomas de Lund Prior Finkhallensis; et unus e Compromissariis, qui (anno 1333) elegerunt Robertum de Graystanes Episcopum Dunelmensem: ut legimus in Whartoni Angliâ Sacrâ, Vol. 2. in Historiâ Dunelmensi ab ipso Roberto (ut Whartonus opinatur) conscriptâ. Sed hic liber eo anno antiquior sit oportet; quia Thomas hic tum (cum eum procuravit) non Prior Finkhallensis, sed tantum Frater, i.e. Monachus, Dunelmensis fuit. Sed non multo ante id tempus scriptus videtur.

28. TABULÆ SUPER PATRUM DIVERSORUM SCRIPTA.

Alphabetici sunt Indices Rerum in iis libris contentarum: qui cum nulli usuì hodie esse possint, eos sigillatim examinare operæ pretium visum non est. Satis erit huc transcribere Indiculum in fronte libri præfixum.

1. Tabula super libros Moralium beati Gregorij.
2. Tabula super libros Anselmi.
3. Tabula super 20 libros Ethimologiarum Ysodori [Etymologiarum Isidori Hispalensis] cum Inceptionibus [i.e. Exordiis] dictorum librorum, et Capitulis eorundem.
4. Tabula super auctoritates S. Scripture expositas in libris b̄ti Gregorij.
5. Principia Librorum et Capitulorum Confessionum B.[eati] Augustini.
6. Tabula super librum Augustini de libero Arbitrio.
7. Tabula super librum 83 questionum Augustini.
8. Inceptiones Sermonum beati Bernardi, cum Tabulâ super eosdem.
9. Tabula librorum B. Augustini de Civitate Dei.
10. Tabula super Originalia Augustini, et aliorum Doctorum.

Scriptus est hic Codex non totus ab eâdem manu sed eâdem (ut videtur) ætate; ante annos 300 aut etiam plures.

In initio et fine libri assuuntur folia veteris libri Censualis, sive Redituum annuorum hujus Cœnobij, anni scilicet 1339.

29. TABULÆ ALPHABETICÆ IN VARIOS AUCTORES, quæ ex Indiculo, qui libro a primâ manu præfigitur, huc transcriptæ sunt.

1. Tabula Joh̄is Crisost̄i super 5 Ep̄tas Pauli.
2. ——— super ejusdem opus imperfectum. Folio 12.

B. III. 29. FOLIO.

3. Tabula Ysidori de Summo Bono. Folio 21.
4. ——— super Parisiensem de Vitiis et Virtutibus. 22.
5. ——— Jo. Crisostōi de compunctione Cordis; cum aliis. 37.
6. ——— Lincolniensis de Oculo morali. 41.
7. ——— Ejusdem de Linguâ. 43.
8. ——— super Pastoralia Gregorij. 47.
9. ——— Augustini de Verbis Domini et Apostoli. 52.
10. ——— Super Omelias Gregorij. 62.
11. ——— Augustini super Johem. 70.
12. ——— super Rationale Divinorum. 76.
13. ——— sup Omelias Origenis super Ezechielem. 79.
14. ——— sup Distinctiones Holkot super Sapientiam. 85.
15. ——— sup Similitudines Anselmi. 89.
16. ——— sup Originalia Stōr Doctorum quorundam. 94.
17. ——— sup Omnes Questiones Sc̄i Thome. 103.
18. ——— sup Bartholomeum de Proprietatib' Rerum. 145.
19. ——— sup Magistrum Historiarum. 155.
20. ——— sup dicta Sc̄i Robti Lincolniensis. 175.
21. ——— sup Sermones Dominicales Johis Januensis. 182.
22. ——— sup Dietam Salutis. 189.
23. ——— sup Sententias Johis Damasceni. 190.
24. ——— sup plures libros beati Bernardi. 201.
25. ——— sup Flores Bernardi. 209.
26. ——— sup Bernardum sup Cantica. 220.
27. ——— sup Omelias Gregorij sup Ezechielem. 234.
28. ——— sup Regulam bī Benedicti. 242.
29. ——— sup Boecium de Consolatione Philosophie. 244.
30. ——— sup Collationes Patrum, et Institutiones Monachorum. 250.
31. ——— sup Legendam Sanctorum. 256.
32. ——— sup Ysidorum de Summo bono. 271.
33. ——— sup 12 abusivis Cipriani. 274.
34. ——— sup Epistolas Jeronimi. 275.
35. ——— sup Moralia Gregorij. 286.
36. ——— sup Augustiñ de Trinitate. 345.

In primo folio: "Hunc librum Tabularum fieri fecit Dompn' Willm̄s Seton, "Monachus et Professus Eccl̄ie Cath'. Dunelm̄. ad laudem Sc̄e Trinitatis, Sc̄e "Marie, et Sc̄i Cuthb̄ti Ep̄i. Et iste liber completè factus est in Vigiliâ Translationis ejusd. Sc̄i Cuthb̄ti, Anno Dm̄i 1438."

Ætas hujus Codicis ex præcedenti notâ apparet. Scriptus est lineis dimidiatis; literis mediocribus, acutis, quas Secretarias vocant.

B. III. 30. FOLIO. VOLUMEN hoc duas Principales habet Partes: quarum PRIOR complectitur COLLECTANEA QUÆDAM DE MONACHIS; POSTERIOR VITAS PATRUM, et alia eò spectantia.

In Priori parte, per Jofiem Wessyngton ꝑ ꝑte [pro parte] laboratâ, infra scripta sunt contenta.

1. DE ORTU, SIVE EXORDIO ORDINIS MONACHALIS; primò, in Veteri Testamento; post, in Secundo Testamento.

2. SCRIPTURE SUB IMAGINIBUS Monachorum ad altare Sanctorum Jeronimi et Benedicti in Ecclâ Dunelm.

3. DE CONSTRUCTIONE MONASTERIJ. folio. 6.
Wermowthensis et Girwensis; et de Abbatibus ejusđ. folio 26.

4. DE SANCTIS MONACHIS ECCLESIE LISDISFARNENSIS. folio 30.

5. NOMINA SANCTORUM de Ordine MONACHORUM, extracta de Tabulâ, et Scripta secundum ordinem Dignitatis, et modum depingendi. folio 31.

6. DE FUNDATIONE MONASTERIORUM NIGRI ORDINIS IN ANGLIA. folio 37.

7. DE DECLARATIONE PROFESSIONIS Nigrorum Monachorum. folio 43.

8. NOMINA ET TAXE ABBATIARUM et Prioratuum Nigrorum Monachorum in Regno Anglie, in impositione Contributionum Capituli generalis. folio 45.
Vide B. IV. Cod. 26. tract. 21.

9. COPIA TABULE pendentis ex opposito altaris Sanctorum Jeronimi et Benedicti. folio 46.

10. CONTENTA in hoc Volumine: 48.
et, Index nominum in Vitis Patrum. 50.

11. De NOTATIONE ABBATUM et Priorum per Mandatum Regium ad comparendum apud Westmonasterium 1$^{mo}$ die mensis Maij 1422: et de propositis ibidem sed non admissis: et super aliis ibidem ordinatis. folio 51.
Vide B. IV. Cod. 26. tract. 18.

12. DE FUNDATIONE UNIVERSITATUM Parisiensis et Oxoniensis per Monachos. 55.

13. NOTULA de Oratione et ejus Virtute. 56.

Quæ de Lindisfarne, Wermutha, Girwo hic habentur, e Bedâ decerpta sunt.
Scripta sunt hæc Collectanea lineis continuis; literis mediocribus, acutis, sive (ut vulgo vocantur) Secretariis. Ætatem libri ostendit Collectoris nomen. Joannes Wessington Prior fuit ab anno 1416 ad 1446.

In SECUNDA Voluminis PARTE continentur

1. Vita Pauli Monachi et Eremite per Jeronimum. folio 1.
2. Vita Antonij, ab Athanasio græcè Scripta; latinè versa ab Evagrio. 5.
3. Vita Hilarionis Abbatis. 35.
4. Vita Malchi Monachi. 48.

B. III. 30. FOLIO.



Scriptus est hic Codex satis eleganter, lineis divisis; literis paulò majoribus, acuminatis; ante annos circiter 400.

31. Tabulæ super varios Scriptores: scilicet

1. Augustini Epistolas.
2. ——— de 83 Questionibus.
3. ——— de Verbis Domini.
4. Gregorij Homilias.
5. Chrysostomi Homilias in Joannem.
   Præmittuntur Homiliarum argumenta.
6. Ejusdem Opus imperfectum [in Matthæum.]
7. Hieronymi Epistolas.
8. Lactantij Institutiones.
9. Chrysostomum in Matthæum.
10. Egidium [Romanum] de Regimine Principum.
11. Bernardi Sermones.
12. Augustinum de Civitate Dei.
13. Loci Biblici in istis libris laudati.

B. III. 31. FOLIO. 14. Isidorum de Summo Bono.
15.
16. Secundam Secundæ [Thomæ Aquinatis.]
17. Legendam Sanctorum duabus partibus.

In fronte: "Liber Sc̄i Cuthb̄ti de Dunelm'. ex procura' tione Willmi de Appylby assigna-"tus cōi armariolo. Iste liber continet 18 tabulas." Forte duas partes 17$^{me}$ vocat duas Tabulas.

Willelmus de Appylby mihi incognitus est.

32. Codex membranaceus, in quo continentur.

1. Hymnarium Latine, cum interlineari versione Saxonica.
S. Hymni & Cantica Veteris Ecclesiæ.
Inter Codd. Bibl. Cott. Vesp. D. 12. V. Cl. Wanleius recenset, & describit librum huic similem, nisi quod hic plures hymnos exhibet.

2. Ælfrici Grammatica linguæ Lat. Saxonice exposita; sine Glossario, quod extat in plurimus aliis exemplaribus.
Liber uterque pulcherrime exaratus est—Primus lineis dimidiatis, charactere, quoad textum, majore rotundo—Alter lineis integris et literis Saxonicis. Seculum, ni fallor, undecimum scriptura præ se fert. R. H.
Hunc Cod. Ecclesiæ Dunelm. dono dedit Tho. Wharton, arm.

## B. IV. QUARTO.

1. Gregorij Nazianzeni Libri 8, latine versi a Rufino.

1. Liber Apologeticus, cum Præfatione Rufini ad Pronianum.
Præfatio sic incipit: "Proficiscenti michi ex Urbe magnopere injungebas."
Liber ipse sic: "Victus sum, et fateor me esse superatum"—

2. Liber de Epiphaniis; sive, de Natali Domini. Fol. 47. b.
Sic incipit: "Christus nascitur, gloriamini"—

B. IV. 1. QUARTO.

3. Liber de Luminibus; vel, secundis Epiphaniis. Folio 61.
Sic incipit: "Misterium Jesus meus, et iterum misterium"—

4. Liber de Pentecoste et de Spiritu Sancto. folio 77.
Sic incipit: "De solennitate hujus diei pauca dicenda sunt"—

5. Liber de Semetipso de Agro regresso. folio 91. b.
Sic incipit: "Desiderabam vos, o filij, quia et pari mensurâ desiderabar a vo- "bis"—

6. Liber de Jeremie dictis, presente Imperatore; apud quem intercedit pro quodam periclitante. folio 105. b.
Sic incipit: "Ventrem meum, Ventrem meum doleo"—

7. Liber de Reconciliatione Monachi. folio 114. b.
Sic incipit: "Linguam nostram solvit alacritas"—

8. Liber de Grandinis Vastatione, cum Pater ipsius reticeret. folio 130.
Sic incipit: "Quid laudabilem solvitis ordinem?"

Libri hi in editis Codicibus Orationes vocantur. Quintum inter opora ejus non invenio. Sextus est Oratio 17ma, ad Cives Nazianzenos, gravi timore perculsos, et Præfectum irascentem. Vol. 1. pag. 265, in editione Parisiensi 1630.

Scriptus est hic Codex lineis continuis; literis mediocribus, rotundis, eleganti-bus; ante annos circiter 600.

2. B'i [beati] Joh'is Crisostomi In Epistolam b'i Apostoli Pauli ad Hebreos tractatus 35.

Sic incipiunt: "Multis modis olim Deus locutus est—"Verè, ubi abundavit de- "lictum, superabundavit et Gratia"—

Homiliæ hæ leguntur in editionis Savilianæ volumine 4to. Sunt autem ibi tantum 34; quia 34ta et 35ta in unum sermonem conjun untur.

Scriptus est hic Codex lineis in medio divisis: literis majoribus, leniter acuminatis, elegantibus; ante annos circiter 550. Æquare enim videtur Biblia Hugonis Episcopi; [A. II. 1.] nec Scriptura sane dissimilis est.

In fine subjicitur a manu recentiore (antiquâ tamen) Index rerum alphabeticus.

In fronte libri: "Lib̄ Sc̄i Cuthb̄ti đ Dunelm̄."

3. Chrysostomi Scripta quædam.

1. De Penitentia.
Sic incipit: "Purâ mente et profundo cogitatu cognoscere debes duo rerum dis- "tincta negocia"—
Non est una homiliarum de Pœnitentiâ: neque sane invenio inter Chrysostomi Scripta.

2. Super Psalmum 50mum. fol. 2. col. 3.
Sic incipit: "Pictores imitantur arte naturam"—

B. IV. 3. QUARTO.

Sunt hic libri duo; qui tamen in Editione Savilianâ [Vol. 1. pag. 692] unicam tantum efficiunt Homiliam.

Supra occurrunt B. II. Cod. 4. tract. 2. et B. III. Cod. 26. tract. 10.

3. De Reparatione lapsi. Folio 7. col. 4.

Sic incipit: "Quis dabit capiti meo aquas?"

Est Paraenesis ad Theodorum lapsum. Prior in Editione Latinâ, Tomo 5, pag. 414. Posterior in editionis Savilianae, Volumine 6to. pag. 60.

Vide supra B. III. Cod. 14. tract. 6.

Hi tres tractatûs ab eâdem manu scripti sunt, lineis divisis; literis minoribus; acutis; ante annos circ. 300.

4. Ejusdem opus imperfectum in Matheum. fol. 21.

Sic incipit: "Sicut referunt, Matheum conscribere Evangelium causa compulit "talis"—

Sunt Homiliae 57: desinunt in Capitis 24. ver. 15.

In fine subjicitur Index rerum copiosus.

Vide supra B. II. Cod. 3. tract. 1. et Cod. 4. tract. 1. et III. Cod. 26. tract. 8.

Tractatus hic superioribus non multum dissimilis est; sed paulo antiquior videtur.

In initio libri: "Tradatur iste liber Dño Willo......... Thesaur. Celasij ex parte "fris Johis Danastre sacre Pagine Pfessoris."

Ab aliâ manu: "Liber ex dono Magri Willi Doncastre Decani de Auklande: "de librariâ, et non de Claustro."

Willelmus iste de Doncastre, Vicarius fuit Paroeciae Sancti Oswaldi in urbe Dunelm. et postea Decanus de Aukland. circ. anuum 1420.

In fine Operis imperfecti, hi duo versûs:

"Caput Scriptoris careat gravitate doloris.
"Qui scripsit carmen sit benedictus. Amen."

4. Ambrosius et excerpta quaedam.

1. Ambrosij Hexameron.

Sic incipit: "In nominė Dñi nři JH'U X'PI incipit liber Exameron, i. e. sex "dierum Sči Ambrosij Mediolanensis Epi. Incipit primus dies, in quo dixit "Deus, Fiat lux &c. Tantumne opinionis assumpsisse homines presump-"serunt"—

2. Sequuntur alii quidam, non integri tractatus, sed decerpti potiùs ex aliis libris; vel aliorum scriptorum fragmenta: scilicet,

1. Ambrosius de Celorum pluralitate; et de aquis celestibus; et de quantitate Solis et Lune. fol. 78. b.

Fragmentum est unius paginae, non Ambrosij, (ut videtur) sad alterius cujuspiam, qui quaedam ex Ambrosiani Hexaëmeri libro 2do transcripsit.

Sic incipit: "Legimus in David: Laudate Celi celorum—Utrum enim sit "unum Celum an plures, contentio est"—

B. IV. 4. QUARTO. 2. Excerpta quædam (ut videntur) de Jobo. Folio 81.
de Imagine Dei in homine. fol. 81. b.
de Christo. fol. 82.

3. Ysidorus Archiepiscopus [Isidorus Hispalensis] de Affinitatibus, et gradibus Cognationum. folio 84.
Sic incipit: "Heredis nomen imposuit census eris"—
Sunt nomina Cognationum et Affinitatum ex Etymologiarum libris descripta; quæ etiam foliis 85. b. et 86, tabulis duabus disposita leguntur.
Sequuntur alia quædam, de Conjugio, gradibus Affinitatis in Conjugio vetitis &c.

Scriptus est hic Codex lineis continuis; literis mediocribus, rotundis, elegantibus: ante annos 600.

Excerpta sunt literis minoribus, sed a manu (ut videtur) eâdem.

In folio primo: "de cōi librar̄ Mo^a^cho𝔷 Dunelm̄."

5. AMBROSIJ SCRIPTA QUÆDAM.

1. BEATE MEMORIE AMBROSIJ, CONFESSORIS ET EPISCOPI, DE OFFICIIS LIBRI 3.
Sic incipiunt: "Non arrogans videri arbitror"—
Extant in Tomo 4^to^ Editionis Parisiensis.

2. BEATI AMBROSIJ DE VIRGINITATE LIBRI 3. folio 47. b.
Sic incipiunt: "Si juxta celestis sententiam veritatis"—
Libri tertij pars maxima rejicitur post librum 1^um^ de Viduis; et vocatur liber 2^dus^ de Viduis.
Extant in tomo 4^to^, pag. 497.

3. DE VIDUIS LIBRI 3. folio 61.
In editis Codicibus Liber tantum 1^mus^ eo nomine designatur. Liber 2^dus^ [fol. 69. b.] est posterior libri 3^tij^ de Virginitate. Liber 3^tius^ [folio 80] est de hortatione ad Virginitatem tractatus.
Liber 1^mus^ sic incipit: "Bene accidit fr̄. ut, cum tribus libris superioribus de "Virginum laudibus disseruimus, viduarum tractatus inciderit"—
Liber 2^dus^ sic: "Nobile apud veteres Salomonis illud fertur fuisse judicium"—
Liber tertius sic: "Qui ad convivium magnum invitantur, apoforeta secum de- "ferre consueverunt"—
Extat in Tomo 4^to^, Col. 433.

4. DE LAPSU SUSANNE VIRGINIS. folio 87.
Sic incipit: "Audite qui longè estis, et qui prope, qui timetis Dominum"—
In editis vocatur de Virginis lapsu ad Virginem lapsam tractatus. [Extat tomo 4. col. 449.]
Ejusdem tractatûs partes sunt:
1. Invectio in Corruptorem Virginis. fol. 89. b.
Sic incipit: "De te autem quid dicam, filio serpentis."

B. IV. 5. QUARTO.

2. Ad corruptam Virginem, quomodo peniteat. Fol. 90.
Sic incipit: " Quis consoletur te, Virgo, filia Syon?"

5. SANCTI AMBROSIJ DE SACRAMENTIS SERMONES 7. fol. 90. b.
Sic incipiunt: " De Sacramentis que accepistis Sermonem adorior"—
Leguntur in tomo 4$^{to}$ Editionis Parisiensis, Col. 351. Cæterum ibi non Sermones, sed Libri vocantur: et Sex tantum sunt: Septimus deest in editis.

6. BEATI AMBROSIJ LIBER DE UTILITATE ET LAUDE SANCTI JEJUNIJ. fol. 102. b.
Sic incipit: " Divinum ad Patres resultavit Oraculum"—
Legitur in tomo 1$^{mo}$ Editionis Parisiensis, Col. 526, hoc titulo: de Eliâ et Jejunio.

7. LIBER PASTORALIS AMBROSIJ MEDIOLANENSIS EP'I DE OBSERVANTIA EPISCOPORUM. folio 116.
Sic incipit: " Si quis frater Oraculum Domini reminiscatur"—
Legitur in tomo 4$^{to}$ Editionis Paris. Col. 377, ubi vocatur de Dignitate Sacerdotali liber.

8. SERMO EJUSDEM DE PASCALI MISTERIO. fol. 121.
Sic incipit: " Pasche misterium de fide omnibus credentibus in Christo rena- " tis"—
In editione Parisiensi [Col. 301 tomi] vocatur de Mysterio Paschæ libellus.

Scriptus est hic Codex ante annos circiter Sexcentos; lineis integris et continuis; literis mediocribus, rotundis, elegantibus.
In folio primo: " de cōi librariâ Mo$^{a}$choꝫ Dunelm̄."

6. AUGUSTINUS, ALCUINUS. [Tractatûs 5.]

1. CONFESSIONES SANCTI AUGUSTINI.
Sic incipiunt: " Magnus es Domine, et laudabilis valde"—
Præmittitur Judicium de hoc libro ex Retractationibus Auctoris sumtum.
Leguntur in tomo primo operum ejus in Edit. Benedictinâ.

2. AURELIJ AUGUSTINI DE DIVERSIS HERESIBUS LIBER. fol. 83. b.
Sic incipit: " Symoniaci a Symone Mago"—
Sunt Hæreses 88. Ultima est Palagiana.
Legitur in initio tomo 8$^{vi}$ Editionis Benedictinæ.
Hi duo tractatûs ab eâdem manu sunt; et superare videntur annos 500. Lineæ continuæ sunt; Literæ minores, rotundæ, elegantes.

3. LIBER RETRACTATIONUM SANCTI AUGUSTINI. fol. 100.
Sic incipit: " Jam diu est ut facere cogito atque dispono, quod nunc adjuvante " Deo aggredior"—
Non dividitur in libros 2, ut in editis.
Præmittuntur omnium librorum tituli.
Ab aliâ manu est hic tractatus, sed superioribus tamen, non dissimili: et ejusdem videtur ætatis.

B. IV. 6. QUARTO.

4. Dialectica S'ci Augustini. Folio 144.

Ita vocatur in Indiculo tractatuum qui libro præfigitur: tractatus ipse nullam habet titulum. Rectiùs autem in editis vocatur de Categoriis.

Legitur in Appendice Tomi 1 [Edit. Benedict.] inter libros Augustino falsò adscriptos.

Sic incipit: "Cum omnis Scientia disciplinaque"—

Præmittuntur versûs 10, quorum primus est: "Continet iste decem naturæ verba libellus."

Et ab homine indocto Collectanea quædam (duobus foliis) nullius planè usûs.

5. Dialectica Alchwini ad Karolum. folio 158.

Sic incipit: "Quia mentionem Philosophie in prioris disputationis nostre sermone fecimus"—

Præmittuntur versus sex; quorum primus est: "Me lege qui veterum cupias cognoscere sensûs"—

Titulus hic est: "Incipit de Dialecticâ Disputatio, et de Virtutibus, sapientissimi Regis Karoli, et Albini Magistri."

Hōrum duorum Scriptura similis est præcedentibus, et ejusdem videtur ætatis.

In fronte libri, a manu (ut videtur) primâ: "Liber sancti Cuthbti Dunelmi." et in folio adverso (ab eâdem manu) tractatuum Tituli. Videtur itaque hic Codex a Monacho aliquo Dunelmensi descriptus fuisse.

Volumen hoc potiùs in 8vo, quam in 4to. dici debet.

In initio et fine Codicis fragmenta duo MSta sunt annorum 1000.

7. Aurelij Augustini Liber de Caritate.

Sic incipit: "Meminit Sanctitas vestra Evangelium secundum Johannem B. II. 19. 3. ex ordine lectionum nos solere tractare"—

Sunt Augustini in Epistolam primam Johannis Libri, sive (ut hic vocantur) tractatûs 10: quorum Tituli literis miniatis pinguntur.

Scriptus est hic Codex pulchrè: lineis integris; literis mediocribus, rotundis; ante annos (ut videtur) plus quam quingentos.

Tractatus hic occurrit supra, B. II. Cod. 19. tract. 3. sine Auctoris nomine: et infra, in Codice sequenti.

Subjicitur in fine, in quatuor foliis vacuis, Anonymi tractatus brevis de 12 Abusionis gradibus.

Sic incipit: "Sapiens sine operibus bonis; Senex sine Religione; Adolescens sine Obbedientia; Dives sine Eleëmosina; Femina sine Pudicitia; Dominus sine Virtute; Christianus contentiosus, Pauper Superbus; Rex iniquus; Episcopus negligens; Plebs sine Disciplinâ; Populus sine Lege: Hec sunt 12 abusiva hujus Seculi."

In initio libri: "Liber Sc̃i Cuthbti de Dunelm̃."

In folio adverso: "E cõi librar. Monach' Dunelm̃."

B. IV. 8. TRACTATUS TRES: in minori $4^{to}$, vel potiùs $8^{vo}$.
QUARTO.

1. TRACTATUS S'CI AUGUSTINI EP'I DE CARITATE.
Idem qui in præcedenti volumine.
Ita inscribitur a primâ manu in fine libri: ubi etiam adjiciuntur hi duo versus, Epitaphii pars:
" Incipit Epitaphium Augustini:
" Vivere post obitum vatem vis nosse viator?
" Quod legis ipse loquor: vex tua nempe mea est."
N. B. Non Interrogationis appingitur eadem quæ nunc in usu est.
Lineæ integræ sunt; Literæ mediocres, rotundæ; habere videtur annos 500, aut plures.

2. TRACTATUS ANONYMUS DE BELLO JUDAICO, a primâ Seditione sub Gessio Floro, ad Titi (post Jerosolyma capta) triumphum. Fol. 77.
Est Epitome Historiæ Josephi (cujus Verba ipsa sæpe retinentur) a Libri Secundi Capite $14^{to}$, ad Libri $7^{mi}$ Caput $5^{tum}$.
Sic incipit: " Gessius Florus missus a Nerone in Judeam"—
Scriptus est satis eleganter; lineis continuis; literis paulo majoribus, rotundis; ante annos supra 500. Habet folia 17.
In fine (ut folium vacuum impleretur) subjuncta est Interpretatio (nescio cujus) duorum versuum Evangelij Matthæi: scilicet,
Cap. 20. ver. 20. " Mater filiorum Zebedei matertera fuit Salvatoris"—
Cap. 27. ver. 55. " Consuetudinis Judaice erat, nec reputabatur in culpam"—
Ejusdem videtur ætatis cum libro ipso.

3. EXPOSITIONES ALLEGORICÆ IN LOCA ALIQUOT LIBRORUM GENESEOS ET EXODI.
Loca Geneseôs sunt
Capitis $12^{mi}$ Versus $1^{mus}$. Cap. $15^{ti}$ ver. $9^{nus}$. Cap. $19^{ni}$ ver. $17^{mus}$.
Caput $22^{dum}$, de Immolatione Isaaci.
Caput $24^{tum}$, de Isaaci nuptiis.
Capitis $21^{mi}$ Versus $25^{tus}$.
Caput $27^{mum}$: Ut Jacobus supplantaverit Esavum.
Capitis $30^{mi}$ versus $37^{mus}$. Cap. $34^{ti}$ ver. $1^{mus}$. Cap. $37^{mi}$ ver. $28^{vus}$.
Capitis $38^{vi}$ ver. $12^{us}$. Cap. $40^{mi}$ ver. $2^{da}$.
Exodi locus uuicus: scilicet
Caput $2^{dum}$: de Nativitate Mosis.
Sic incipiunt: " Abraham interpretatur Pater excelsus."
Scriptæ sunt lineis integris; literis minoribus, rotundis; ante annos plusquam 500.
Implent folia 8.

B. IV. 9. PRUDENTIJ POEMATA : scilicet,
QUARTO.

1. CATHEMERINON: Hymni 12. Fol. 1.
Sic incipiunt: "Per quinquennia jam decem"—
2. APOTHEOSIS. 27.
"Est tria summa Deus: trinum specimen, vigor unus"—
3. AMARTIGENIA. 44.
"Fratres ephebi, fossor et pastor, duo"—
4. PSICHOMACHIA. 61.
"Senex fidelis, prima credendi via"—
5. PERISTEPHANON: Hymni 14.
"Romane, Christi fortis assertor Dei"—
6. CONTRA SYMMACHUM LIBRI 2. fol. 135. & 147.
Sic incipiunt: "Paulus preco Dei qui fera gentium"—
7. ENCHIRIDION VETERIS ET NOVI TESTAMENTI. fol. 164.
"Eva columba fuit tunc candida, nigra deinde"—

Scriptus est hic Codex literis Saxonicis.....................

Neque enim totus liber est ab eâdem manu. Pars prior, ad folium usque centesimum posteriore antiquior est; et ad annos 800 accedere videtur; posterior 100 forte annis est recentior.

In toto libro, præsertim in Parte priore, multæ Glossæ interlineares, et Notæ, in margine adscriptæ sunt. In libris adversus Symmachum, verba ipsa Symmachi, quibus respondet interseruntur.

In fine libri, folia aliquot (errore bibliopegi) transposita sunt: sed notas apposui, quæ indicent quo ordine collocari debent.

Cæteris Poëmatibus subjiciuntur versûs 18; quorum 9 priores hexametri sunt, reliqui pentametri.

Videtur fuisse Præfatio (quâ auctor imitatus Ovidium in initio Tristium) librum suum alloquitur. Sed folium hoc adeo humore corruptum est, ut versus omnes mutili sint: ut ex hoc specimine liquebit:

"—— quondam fueras pulchro decorata libello
"—— tota nitens argento auroque coruscis"—

Cujus Scriptoris sint nescio.

In initio libro hoc de Prudentio testimonium adscribitur: "Testimonium de His-"toriâ Illustrium virorum centum quinquaginta octo. PRUDENTIUS VIR SE-"CULARIS LITERATURE ERUDITUS"—

Quam Historiam hic designet nescio. Gennadij certè liber de Viris Illustribus, ex quo hoc testimonium desumtum est, (Capite 13) exhibet Scriptores tantum 100; aut (ut MSti meliores habent) 95, vel 96: ut docent nos Myræus et Cyprianus in notis ad Caput 99num.

In fronte, a manu antiquâ: "Lib Sci Cuthb. d. Dunl."

B. IV. 10. CASSIANUS ET ALIJ. [Tractatûs 6.]
QUARTO.

1. JOHANNIS HEREMITE COLLATIONES DECEM MISSÆ ad Papam Leontium et Elladium fratrem karissimum.
Joannes hic Cassianus est.
Præfatio sic incipit: "Debitum quod beatissimo Pape Castorio"—
Vide supra B. III. Cod. 8. tract. 2.

2. ISIDORI ARCHIEPISCOPI SOLILOQUIORUM LIBRI 2. Fol. 102.
Isidorus hic Hispalensis est.
Prologus sic incipit: "Venit nuper ad manûs meas quedam scedula"—
Liber 1mus sic: "Anima mea in augustiâ posita est"—
Liber 2dus sic: "Queso te, Anima, obsecro te, deprecor te"—
Inter librum 1mum et 2dum inseritur (quasi Præfatio in librum 2dum) Gregorij Pape tractatiuncula de pestiferâ matre vitiorumque Reginâ Superbiâ. folio 110.
Sic incipit: "Temptantia vicia, que invisibili contra nos prelio, regnante super "se superbiâ, militant." Videtur particula e Gregorij scriptis decerpta.
Implet paginas tantum 2½.

3. AUG9[tinus] DE GAUDIIS ELECTORUM & PENIS REPROBORUM. fol. 123. b.
Sic incipit: "Tria sunt sub omnipotentis Dei manu habiticula"—
Vide supra B. II. Cod. 20. tract. 27. et Cod. 29. tr. 9.

4. IVONIS EPISTOLÆ TRES. folio 127. b.
1. Jerio Ferranice Congregationis Venerabili Preposito, sanctoque ejus conventui, et omnibus in Canonico ordine secundum Deum viventibus.
Titulus est, de Ordine Canonicorum.
Ivonis nomen non apponitur: nec inter ejus Epistolas hanc invenio. Auctor tantum vocat se humilem Ecclesie S. R. servum: adeo ut ab alio scripta fuisse videatur.
Sic incipit: "Sancto Spiritui gratiam agimus"—
2. Reverendo fratri Petro Pictavensi Episcopo.
Sic incipit: "Si fraternitatem vestram in jus vocare possemus"—
3. Virginibus in Dunensi Monasterij Sc̃i Aviti Deo devotis.
Sic incipit: "Gloriosum nomen Virginitatis, sed gloriosior est fructus."
His duabus Epistolis Ivonis nomen adscribitur.

5. DE APPARITIONIBUS BEATE VIRGINIS LIBELLUS. fol. 131. b.
Sunt Narrationes 44, Oratione partim prosâ, partim metricâ, scriptæ.
Prologus sic incipit: "Ad omnipotentis Dei laudem cum sepe recitentur Sanc-"torum miracula"—
Narratio prima sic: "Quidam vir religiosus erat, qui sanctam Dei genetri-"cem"—

6. MIRACULA DE DOMINA NOSTRA SANCTA MARIA. fol. 164.
Sic incipiunt: "Fuit quidam Religiosus, Leodicensis Ecclesiæ Archidiaco-"nus"—
Implent folia 8.

B. IV. 11. CASSIANUS, IVO. [Tractatûs tres.]
QUARTO.

1. REGULA JOHANNIS CASSIANI, QUAM CASTORI PAPE IN NOVELLO MONASTERIO CONSCRIPSIT.

Prologus sic incipit: "Veteris Instrumenti narrat Historia"—

In fine libri ultimi subjicitur

Augustinus de opere Monachorum: vel potiùs, Excerpta quædam ex isto libro: sunt enim tres tantùm paginæ.

Sic incipiunt: "Novimus Monachos in quandam sanctam societatem ociosissimè "congregatos"—

Scriptus est liber lineis integris; literis mediocribus, leniter acuminatis; ante annos circiter quingentos.

In fine subjunguntur, ab aliâ manu; literis majoribus, at ejusdem ætatis:

2. NOTULÆ QUÆDAM DE ECCLESIÆ IMMUNITATE, & ALIIS [rebus.]

Titulus nullus præfigitur: sed ita vocantur in Indiculo tractatuum in initio libri.

Sic incipiunt: "Sinodus Romanus [*a*] dicet de omicidiis, et adulteris et furi-"bus"—

Sunt folia tria.

3. IVONIS CARNOTENSIS CANONUM PROEMIUM.

Sic incipit: "Ecclesiasticarum regularum partim exemplis Romanorum Ponti-"ficum"—

Sunt folia 7.

In fronte libri, a manu antiqua: "Lib̄ Sc̄i Cuthb̄ti đ. Dunelm̄."

Ab aliâ manu: "e cōi librar̄ Monachoꝝ Dunelm̄."

12. FULGENTIJ ET ALIORUM OPUSCULA 21.

1. FULGENTIJ EPISTOLA AD DONATUM [de Fide.]

Sic incipit: "Multum benedico Dominum, dilectissime fili"—

Legitur inter ejus opera.

2. AUGUSTINI LIBER AD PETRUM DIACONUM DE FIDE S'ce Trinititatis. Folio 6.

Sic incipit: "Epistolam, fili Petre, tue caritatis accepi"—

Hic liber est revera Fulgentij, inter cujus etiam scripta editus est.

Vide Præfationem in eundem in Appendicè Tomi 6[ti] operum Augustini, in Editione Benedictinâ paginâ 498.

3. GENNADIJ DOGMATUM ECCLESIASTICORUM LIBER. fol. 22. b.

Sic incipit: "Credimus unum esse Deum, Patrem, et Filium, et Spiritum Sanc-"tum"—

Sæpe editus est hic liber.

4. BEATI AUGUSTINI EP'I SENTENTIA DE PENITENTIA. fol. 27. b.

Sic incipit: "Quam sit utilis et necessaria Penitentie medicina."

B. IV. 12. QUARTO.

Est autem Sermo $351^{mus}$ tomi $5^{ti}$ in editione Benedictinâ: in editione vero Lovaniensium Theologorum est homiliarum 50 ultima.

5. SERMO DE BEATO STEPHANO. Fol. 36. b.
Et, de Concordiâ. 37.
De Scriptoribus bonis et malis. 37. b.
De Apertione Aurium, et Oculorum Illuminatione. 38. b.
Titulus hic non in libro legitur; sed in Indiculo tractatuum. Videatur Excerpta quædam ex aliquo Scriptore.
Sic incipiunt: "Ecce video celos apertos &c. Dulcem nobis materiam Stephanus his suis sermonibus tribuit"—

6. PROSPERI EPISTOLA, SIVE LIBER, AD RUFINUM, CONTRA PELAGIANORUM BLASPHEMIAS, QUIBUS CATHOLICIS BEATI AUGUSTINI, JAM DE HAC VITA TRANSLATI, SCRIPTIS DEROGABANT. folio 39. b.
In libris editis vocatur Epistola de Gratiâ, et Libero arbitrio ad Ruffinum.
Sic incipit: "Domino et fratri dilectissimo &c. Accepi per communem amicum fraterne erga me sollicitudinis tue signa"—

7. CAPITULA QUE PELAGIANI EX SCRIPTIS SANCTI AUGUSTINI AD REPREHENSIONEM EJUS COLLEGERANT: ET RESPONSIO PROSPERI CONTRA EOS. folio 45.
In editis vocatur hic tractatus, "Ad Capitula Objectionum Gallorum calumniantium Responsiones."
Sic incipit: "Doctrinam quam sancte memorie Augustinus Episcopus"—

8. AUGUSTINUS AD DULCITIUM DE OCTO QUESTIONIBUS. fol. 64.
Sic incipit: "Quantum michi videtur, fili dulcissime, vel dilectissime, Dulciti"—

9. BEATI AUGUSTINI EPISCOPI SERMO DE NATIVITATE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. folio 81. b.
Sic incipit: "Quis tantarum rerum verborumque copiâ instructus existat, qui hujus diei gratiam dignis laudibus possit predicare?"
Est Sermo $121^{mus}$ in Appendice Tomi $5^{ti}$ operum Sancti Augustini; atque adeo pro supposititio habendus est.
Sequuntur alia (ut videtur) Excerpta ex Sancti Augustini Sermonibus, seu veris, seu fictis.

10. ORIGENIS SERMO DE NATALI DOMINI. fol. 89. b.
Sic incipit: "Quod mortuus est Christus, peccato mortuus est"—

11. AUGUSTINI SERMO DE EPIPHANIA DOMINI. fol. 91. b.
Sic incipit: "Ad partum Virginis adorandum Magi ab Oriente venerunt"—
Est Sermo $2^{dus}$ de Epiphaniâ: Tomi $5^{ti}$ Sermo $200^{mus}$ in Editione Benedictinâ: in aliis, $30^{mus}$ de Tempore.

12. ITEM SERMO UNDE SUPRA. folio 92. b.
Sic incipit: "Aperiatur hodie omne os, dilectissimi"—
Agit de Christi Baptismo in Jordane.

13. ISIDORUS IN LIBRO EXPLANATIONUM. folio 93. b.
Sic incipit: "Mirum satis est, dilectissimi fratres"—

B. IV. 12. QUARTO. 14. LIBER BEATI AMBROSIJ MEDIOLANENSIS ARCHIEP'I, DE MYSTERIIS, SIVE, INITIANDIS. Folio 96. b.

Sic incipit: "De Moralibus cotidianum Sermonem habuimus"—

15. APOLOGIA DAVID. fol. 104. b.

Sic incipit: "Apologiam Prophete David presenti arripuimus stilo scribere"—

Est Ambrosij Apologia Davidis prior; continuâ serie disposita, non divisa, ut in editione Romanâ: in quâ pars ejus posterior, a priori divulsa, inter Commentarios in Psalmos (in 50$^{mum}$) collocatur. Sed partes eas in MStis suis junctas legi (ídque rectiùs) testantur editores Benedictini.

16. AMBROSIJ DE GEDEONE ALLOCUTIO. folio 102. b.

Sic incipit: "Hierobaal, cum sub arbore (ut legimus) quercu tritici messem virgâ "cederet"—

Est Præfatio librorum de Spiritu Sancto, ad Gratianum Imperatorem: sed in fine multum ab editis libris discrepat.

17. JERONIMUS DE ESSENTIA TRINITATIS. folio 118. b.

Sic incipit: "Omnipotens Deus, Pater et Filius, et Spiritus Sanctus, unus atque "trinus."

In editis libris hic titulus præfigitur: "De his quæ Deo in Scripturis Sanctis "tribuuntur."

Est Epistola 15$^{ta}$ Tomi 9$^{ni}$, in quem ab Editore (Mariano Victorio) conjectæ sunt Epistolæ doctæ quidem, sed quorum Auctores ignorantur.

Occurrit hic tractatus bis infra in hoc ipso pluteo: scil. Cod. 16. tract. 6. et Cod. 27. tract. 9.

18. LIBER AURELIJ AUGUSTINI DOCTORIS DE QUANTITATE ANIMAE, INTERROGATIONIBUS ADEODATI ET RESPONSIONIBUS AUGUSTINI EDITUS. folio 121. b.

Sic incipit: "Quoniam video te abundare otio."

Hujus tractatûs aliud exemplar habetur supra, B. II. Cod. 19. tract. 4.

19. AURELIJ AUGUSTINI DOCTORIS DE PRESENTIA DEI LIBER. fol. 147.

Sic incipit: "Fateor me frater dilectissime, Dardane"—

Vide eundem librum B. II. Cod. 19. tract. 5.

20. AUGUSTINI MAGISTRI QUESTIO DE PARADISO. folio 155.

Sic incipit: "Ab Exordio Scripture Sĉe que inscribitur Genesis"—

Occurrit supra, B. II. Cod. 19. tract. 6.

21. INTERROGATIONES OROSIJ, & RESPONSIONES AUGUSTINI. fol. 173.

Sic incipiunt: "Licet multi ac probatissimi viri, diverso quidem stilo, sed"—

Habentur supra, B. II. 19. tract. 6.

In fine libri subjicitur, a primâ (ut videtur) manu, Indiculus tractatuum qui in hoc volumine continentur.

Scriptus est hic Codex lineis continuis; literis mediocribus, rotundis, elegantibus, ante annos circiter sexcentos.

In fronte libri, a primâ manu: "Liber Sancti Cuthb̄ti de Dunelmo."

B. IV. 13. OMELIE BEATI GREGORIJ PAPE IN EZECHIELEM PROPHETAM numero xx : QUARTO. due dicte in Patriarchio Lateranensi, in Basilicâ que appellatur Aurea.

Prologus sic incipit : " Dilectissimo fratri, Mariano Episcopo, Gregorius Servus " servorum Dei. Omelias que in beato Hiezechiel Prophetâ"—

Homilia prima sic : " Dei omnipotentis aspiratione de Hiezechiele Prophetâ"—

Scriptus est hic liber lineis continuis ; literis mediocribus, rotundis, bene formatis ; ante annos circiter 600.

14. PATRUM NONNULLORUM VITÆ. [Tractatûs 10.]

1. VITA GREGORIJ I^mi PAPE PER JOHANNEM LEVITAM [Diaconum.]
   Sic incipit : " Suscipe Romuleos Pastor venerande triumphos"—
   Prologus sic : " Beatissimo ac felicissimo Domino Johanni Sc̃e &c. ı Nuper ad " Vigilias beati Gregorij Romani Pontificis."
   Liber I^mus sic incipit : " Gregorius genere Romanus, arte Philosophus"—
   Sunt libri 4. Præfiguntur Gregorij operibus : Editi sunt etiam a Surio ad diem 12 Martij.

2. VITA SANCTI MARTINI A SULPICIO SEVERO SCRIPTA. Folio 112.
   Epistola ad Desiderium sic incipit : " Ego quidem frater unanimis libellum"—
   Præfatio sic : " Plerique mortalium studio et glorie seculari inaniter deditiʼ"—
   Liber ipse sic : " Igitur Martinus Sabariæ Pannoniorum opido oriundus"—
   Editus est inter Auctoris opera.

3. SEVERI SULPICIJ EPISTOLÆ TRES. folio 122.
   1^ma. ad Eusebium Presbiterum, postea Episcopum.
   Sic incipit : " Hesternâ die, cum ad me plerique Monachi"—
   2^da. ad Aurelium Diaconum.
   " Posteaquam a me mane digressus es"—
   3^tia. ad Socrum suam Basulam.
   " Si parentes vocari in jus liceret"—
   Hæ Epistolæ præcipuè de Martino agunt. Inter Sulpicij opera leguntur.

4. SEVERI SULPICIJ DIALOGI TRES. folio 127.
   Sic incipiunt : " Cum in unum locum Ego et Gallus noster convenissemus"—
   Magnam partem de Martino agunt. Quære inter Opera ejus.

5. GREGORIJ TURONENSIS EPISCOPI DE MIRACULIS SC'I MARTINI libri duo. folio 151. b.
   Sic incipiunt : " Miracula que Dominus Deus noster per beatum Martinum"—
   Scripsit quidem Gregorius libros 4 ; sed Codex hic habet tantum duos, eosque non integros; desinit enim in Capite 24^to Libri 2^di. Sed in fine subjungitur Caput aliud de eodem argumento, quod in quatuor Gregorij libris non invenio. Satis prolixum est ; et narrat, quomodo Martinus, eo die quo Ædes sacra ejus nomine dedicata est, magnum numerum damnataram Animarum ab Inferno

B. IV. 14.
QUARTO.

ad Cœlum traduxit. Legitur folio 167. b. et sic incipit: "Apud Turonos, "Monasterium, quod in honorem beati Martini"—

6. Johannis Diaconi Vita Sc'i Nicholai Mirrensis Civitatis Archiep'i. Folio 170.

Sic incipit: "Sicut omnis materies, si ab imperito artifice"—

Pro Mirrensis scribi debet Myrensis. Myra urbs est Lyciæ in Asiâ minori; cujus Episcopum Nicolaüm Concilio Nicæno interfuisse docent nos Vitæ ejus descriptores; et ex eis Baronius ad annum 325. Sectione 36.

Alia est hæc Vita ab eâ quam edidit Surius ex Symeone Mataphraste, ad 6tum diem Decembris, p. 182. At idem, ad 9num diem Maij (pag. 116) edidit Historiam Translationis Divi Nicolaï, scriptam a Johanne Archidiacono Barensi: quæ etiam hic, in fine Vitæ ejus legitur, fol. 193, licet paululum in fine immutata. Hæc etiam Historia auctior est in nostro Codice, quam edita est a Surio: habet enim in fine Narrationes novem quæ in eo desiderantur.

Videtur hic Johannes utriusque Historiæ, et Vitæ et Translationis fuisse Scriptor.

Sed quæri potest an idem etiam Gregorianæ Vitæ fuerit auctor. Hic certè liber inter istius Johannis Scripta a Bibliothecariis Scriptoribus non numeratur.

7. Osberni Epistola de Vita Sc'i Dunstani Archiep'i st C'F. [Confessoris.] fol. 201.

Sic incipit: "Universis Catholice Ecc̃le filiis confrater eorum Osbernus &c. "Multorum sepe ac Venerabilium veneranda mihi auctoritas imminuit"—

Non est autem hic liber propriè Epistola, sed Historia duobus libris comprehensa.

Liber prior sic incipit: "Regnante piissimo Rege Æthelstano; Anno quidem "Imperij ejus primo, Adventûs vero Anglorum in Britanniam 497"—

Posterior sic: "Diximus in superiori libello, quibus parentibus venerabilis "Pater"—

In Msto, Libri prioris Sententia prima in margine adscribitur literis minutis: locus autem vacuus relictus est, in quo postea literis majoribus & pictis scriberetur.

Osbernus, sive Osburnus, Præcentor Durovernensis [i. e. Cantuariensis [Ecclesiæ, familiaris fuit (ut Lelandus scribit) Lanfranco, Archiepiscopo Cantuariensi, sub Willelmo primo, A. D. 1070: cujus etiam jussu Ælphegi vitam egregiè et eleganter conscripsit. Dunstani etiam vitam Romanâ elegantiâ composuisse eum testatur Willelmus Malmesburiensis.

Edita est hæc vita in Actis Sanctorum Antverpiensibus; mense, die 19no. Vol. 4to. et a Mabillonio, in Actis Benedictinorum, Seculo 5to. Et prior [Ælphegi] etiam a Whartono in Angliâ Sacrâ; Vol. 2. p. 88.

Est autem hæc Vita (ab Osberno scripta) alia ab eâ quam Surius edidit ad 19num diem Maij, scriptum ab Osberto Monacho Cantuariensi circa annum 1020.

Agnoscit sane Osbernus noster in Præfatione, alios ante se Dunstani vitam descripsisse: Sed Scriptores nonnulli [Trithemius et Possevinus] Osbertum et

B. IV. 14. QUARTO. Osbernum confundunt; cum illi tribuant Ælphegi vitam, et Librum de Musicâ, qui hunc Auctorum habent.

8. VITA SANCTI AUGUSTINI DOCTORIS. Fol. 219. b.
Sic incipit Præfatio: "Inspirante rerum omnium factore et gubernatore"—
Vita ipsa hic: "Ex provinciâ Thagastanâ, civitate Thagastensi"—
Vita hæc (quæ a Possidio scripta fuit) plerisque operum Augustini editionibus præfigitur.
Ei subjicitur Auctoris ejusdem omnium Augustini librorum Indiculus.

9. DE TRANSLATIONE EJUS, [Augustini.] folio 236.
Sic incipit: "Beatus Augustinus, dum Ypponensi sepultus esset regione"
Non implet totum folium.
Non edita est hæc Narratiuncula a Surio.

10. EPISTOLA BEATI LEONIS PAPE DE TRANSLATIONE BEATI JACOBI APOSTOLI, QUE 3^io^ KAL. JANUARIJ CELEBRATUR. fol. 237.
Sic incipit: "Noscat fraternitas vestra dilectissimi Rectores Christianitatis"—
Est unius tantum folij.
Non inverio inter Leonis Epistolas.

Scriptus est hic Codex (non totus quidem ab eâdem manu, sed tamen non valde dissimili) satis eleganter, lineis integris; literis mediocribus, rotundis; ante annos circiter 600. Cæterum folia aliquot in initio et fine ab humore corrupta sunt.

In folio primo: "e cōi Mo^a^choꝝ Dunelm̄."

15. ISYDORI ETHIMOLOGIARUM LIBRI 20.

Præfiguntur singulorum Librorum argumenta; "Ut valeas que requiris in hoc "corpore citò invenire, hec tibi, Lector, pagina monstrat de quibus in libris singu-"lis"—

Prologus ad Braulionem sic incipit: "Domino meo, et Dei servo, Braulioni, "Isidorus. Omni desiderio desideravi nunc videre faciem tuam"—

Prologum sequuntur aliæ duæ ejusdem ad eundem Epistolæ:

1^ma^. Prior sic incipit: "Quod te incolumen cognovi, gratias Christo egi"—

Braulionis Responsio, quæ sequitur, sic: "Solet repleri letitiâ homo interior"—

2^da^. Posterior sic: "Tue Sanctitatis Epl̄e [Epistolæ] me in Urbe Toletanâ in-"venerunt"—

Liber primus sic incipit: "Disciplina a discendo nomen accepit"—

Singulis libris præfiguntur Capitula.

Scriptus est hic Codex non malè; lineis continuis; literis mediocribus, rotundis; ante annos 500, aut etiam plures.

Præmittitur (ab aliâ manu) Index vocum alphabeticus.

In folio primo Etymologici: "Lib̄ Rob̄ti de Brakenbyri. de cōi librar. Mo^a^choꝝ "Dunelm̄." Fuit iste Robertus æqualis Emerici de Lumlei, qui vixit A.D. 1333.

De eo vide A. III. 7.

B. IV. 16. QUARTO. BEDA ET ALIJ. [Tractatûs 10.]

1. BEDA IN APOCALIPSIN.

Præfatio sic incipit: "Apocalipsis Sc̄i Johannis, in quâ bella et incendia intes-"tina"—

Liber 1mus sic: "Apocalipsis Jesu Christi &c. "Fundatâ per Apostolos Ec-"clesiâ"—

Commentarius hic in tres libros divisus est.

Occurrit supra. A. IV. Cod. 28. tract. 1.

Lineæ sunt integræ; Literæ, mediocres, rotundæ, non malè formatæ. Habere videtur annos 500, aut etiam plures.

2. DIDIMI VIDENTIS DE SPIRITU SANCTO LIBER. Fol. 45.

Prologus Jeronimi sic incipit: "Cum in Babilone versarer, et purpurate mere-"tricis essem colonus"—

Liber sic: "Omnibus qui que divina sunt"—

Occurrit supra B. III. Cod. 2. tract. 1. In eo Codice, ut etiam in hoc, unus tantum est liber; non tres, ut in editis.

Lineæ sunt continuæ; Literæ paulo majores rotundæ, elegantes. Scriptura similis est Bedæ, et ejusdem videtur ætatis.

3. LIBRI 3 BEATI ALQUINI DIACONI DE FIDE TRINITATIS, ET DE INCARNATIONE, AD CAROLUM IMPERATOREM. fol. 70.

Præfatio ad Carolum sic incipit: "Domino glorioso Carolo &c. Dum dignitas "Imperialis a Deo ordinata ad nil aliud"—

Liber ipse sic: "Denique ad veram beatitudinem venire volentibus"—

Ab eadem manu est cum Didymo.

4. EPISTOLA ALBINI AD FRIDEGISUM NOBILEM. fol. 95. b.

Sic incipit: "Desideratissimo filio Tridegiso Albinus salutem. Placuit pru-"dentie vr̄e fili km̄e"—[karissime.] In superlativo gradu litera *k* adhibetur in MStis; in reliquis gradibus sæpius *c*.

Albinus, Alquinus, et Alcuinus ejusdem viri sunt Nomina.

5. DE FIDE TRACTATUS. fol. 98. b.

Prologus sic incipit: "Quotiens Deum cogitare volumus"—

Tractatus ipse sic: "Credo sacrosancte divinitatis eternam unitatem."

Superiori Epistolæ immediatè adjungitur; et eundem forte habet auctorem.

6. HIERONYMUS DE ESSENTIA TRINITATIS. fol. 102. b.

Sic incipit: "Omnipotens Deus, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus—Unus "atque trinus"—

Huic tractatui nullus Titulus præfigitur; ut idem est liber cum eo qui hoc habet nomen, supra, B. IV. Cod. 12. tr. 17.

Quem vide: et infra, B. IV. Cod. 27. tract. 9.

B. IV. 16. QUARTO. 7. De Ponderibus et Mensuris. Fol. 106. b.

Sic incipit: "Ponderum et Mensurarum juvat cognoscere modum"—

Tractatus est anonymus nescio cujus scriptoris.

Epiphanius scripsit librum de eodem argumento; sed alium ab hoc.

8. Sc'i Odonis Abbatis dicta. fol. 110.

Prologus sic incipit: "Domino et Patri ter pio Pontifici suus ille Monachorum "infimus in Domino perpetuam salutem."

N.B. Pro ter pio rectiùs legitur in editis Turpioni.

"Recolitis, Domine mi, quid dudum jusseratis mihi."

Liber primus sic incipit: "Auctor igitur et Judex hominum Deus"—

Sunt Odonis Cluniacensis Collationum libri tres: qui editi sunt in Bibliothecâ Patrum Latinorum, Tomo 10, pag. 236.

Titulus adscribitur in fine libri; et in Indiculo tractatuum, qui a primâ manu fuisse videtur.

9. Sermo beati Johannis Episcopi de Absalon, ubi David Patrem persequitur: et de prelio fugiens, obligato gutture ramis arboris interiit. fol. 185.

Sic incipit: "Perdidit Absalon scelestissimus mentem"—

Legitur in Editione Latinâ operum Chrysostomi (Paris. 1614.) Tomo 1$^{mo}$ Col. 402; sed non in Savilij editione Græcâ.

10. Libellus beati Martini Episcopi de quattuor Virtutibus: scilicet, Prudentiâ, Fortitudine, Temperantiâ, atque Justitiâ, ad Mironem Regem. fol. 187. ad 190.

Prologus sic incipit: "Gloriosissimo atque tranquilli[ssi]mo Regi Mironi Mar"tinus humilis Episcopus. Non ignoro, clementissime Rex"—

Occurrit hic libellus supra, A. iv. Cod. 17. tract. 11.

Omnes hi tractatûs, excepto Beda, ab eâdem sunt manu, et ejusdem cum Bedâ videntur ætatis.

17. Ivonis Decreta 20 libris.

Titulus hic est a manu recentiori ideo (ut videtur) appositus, quia in initio libri statim occurrunt duæ Ivonis Epistolæ; quarum

Altera scripta est ad Laurentium Monasterij Caritatis Monachum, quæ sic incipit: "Inquisitiones tue multiplici egent et prolixâ responsione"—

Altera ad Radulfum Remensium Archiepiscopum: quæ sic incipit: "Quesivit a "me quod meliùs me novit vestra prudentia"—

Ab aliâ vero manu inscribitur Burchardi Decretum; idque (ut opinor) rectiùs.

1$^{mo}$, Quia Ivonis opus 17 tantum libros habuit: at Burchardus scripsit 20, quot sunt in nostro Codice.

2, Quia Præfatio hujus libri alia est a Præfatione Ivonis, qualis repræsentatur a du Pin in Vitâ Ivonis, in Bibliothecâ suâ Ecclesiasticâ in initio Centuriæ 12$^{mæ}$: qualísque legitur in alio Codice MSto, supra, B. iv. Cod. 11. tract. 3.

B. IV. 17. QUARTO. 3. Quia Ordo et Argumenta librorum Ivonis, prout referuntur a du Pin, ab hoc Codice discrepant.

Hæ rationes (quas Bibliothecariis Ecclesiasticis debeo; nam Burchardi et Ivonis libros inspicere non licuit) movent me ut credam Burchardi potiùs quam Ivonis esse hoc Opus.

Sic incipit:

In fine libri 20 subjunguntur

1. SERMO SINODALIS, qui in singulis Parochianis Presbiteris enuntiandus est.
   Sic incipit: "Fratres Presbiteri, et Sacerdotes Dei cooperatores nostri ordinis "estis"—

2. DECRETA CONCILIJ MOGUNTINI, vel potiùs SALEGUNSTATENSIS, habiti ab ARIBONE Archiepiscopo, A.D. 1023. [Baron. 1022.]
   Ei Concilio interfuit Burchardus Wormaciensis Episcopus, superioris Collectionis Auctor.
   Sic incipiunt: "In Dei nomine. Ego Aribo Mogontie Sedis Archiepus"—
   Edita sunt a Labbeo in Conciliorum Tomo 9. Col. 844.
   Adjiciuntur pauca ex Decretis
   Gregorij Pape: "Episcopus debet Missam celebrare in Ordinatione."
   Bonifacij Pape: "Bonifacius Papa Romanus omnibus Christianis. Sunt non- "nulli stulti dogmatis magis zelo amaritudinis"—
   Sinodi Lundoniensis ab Anselmo celebratie, de Archidiaconibus, Presbiteris, Canonicis. "Statutum est, ut Presbiteri, Diaconi, et Subdiaconi castè vi- "vant."
   Celebrata est hæc Synodus A. D. 1108, Henrici 1mi anno 9no, contra Clericos conjugatos.
   Editi sunt hi Canones, in Conciliorum Spelmanianorom Vol. 2do, pag. 29.
   Implent folia 3.

3. CARDINALIUM ROMANORUM TITULI.
   Sic incipiunt: "Septem Cardinales Episcopi prime Sedis hi sunt"—
   Dimidia tantum pagina est.
   Cardinalibus immediatè subjungitur Historiola de Conversione Constantini Papæ: et de Reliquiis quæ Romæ visuntur.
   Sic incipit: "Post Ascensionem Domini antiquus hostis Ecclesiam Dei"—
   Sunt duo tantum folia.

4. TURONENSIS CONCILIJ DECRETA 8, ab Alexandro 3tio promulgata A. D. 1163.
   Canonum singulorum Exordia (quoniam alius est Ordo apud Labbeum, Tomo 10mo, Col. 1418) hic apposui.
   1. "Quoniam enormis quædam consuetudo"—
   2. "Non satis utiliter Avaritiæ"—
   3. "Quia in quibusdam Episcopatibus"—
   4. "Non magnopere antiqui hostis invidia"—
   5. "In partibus Tolose dampnanda heresis"—

B. IV. 17. QUARTO.

6. "Moribus Ecclesie beneficiis"—
7. "Plures Clericorum et quod merentes"—
8. "Quamvis gravet nimis"—

Duo hic Canones desiderantur: Decem enim sunt apud Labbeum; qui etiam monet alium eorum esse ordinem in Guillelmo Neubrigensi, apud quem leguntur.

Scriptus est hic Codex lineis continuis; literis mediocribus, rotundis; ante annos (ut videtur) supra 500.

18. EXCERPTA DECRETORUM, & alia. [Tractatûs 10.]

1. EXCERPTA DECRETORUM.

Sunt Excerpta quædam e Decretis Pontificum, et Conciliorum Canonibus. Pontificum et Conciliorum nomina præfiguntur.

Sic incipiunt: "Petrus Apostolus de Clemente: Ipsi, inquit, trado a Domino "mihi traditam potestatem."

Sunt Papæ 49, a Petro ad Gregorium juniorem Concilia Græca 3: Africana 6: Gallica 9: Hispanica 16.

2. EXCERPTA EX REGISTRO EPISTOLARUM GREGORIJ PAPE. Folio 45. b.

Sic incipiunt: "Gregorius Petro Subdiacono. Si monasterium Sancti Theo-"dori"—

"In his Excerptis servatur ordo librorum Gregorij"—

3. GENERALE DECRETUM HENRICI IMPERATORIS: ET DECRETUM CALIXTI PAPE. folio 67.

Sic incipiunt:

Henrici quidem: "In nomine Sancte et individue Trinitatis; Ego Henricus, "Dei gratiâ Romanorum Imperator semper Augustus, pro amore Dei, et "Sancte Romane Ecclesie, et Domini Pape Calixti"—

Calixti vero sic: "Ego Calixtus &c. tibi Henrico."

Henricus 5tus Imperator restituit Investituras Beneficiorum Ecclesiasticorum Papæ: & Calixtus Privilegia quædam Imperatori concedit.

Leguntur hæ Epistolæ in Historiâ Concilij Lateranensis 1mi, anno 1123 celebrati, apud Binium, in Tomi 3tij Parte 2da, Pag. 465: et apud Labbeum, Tomo 10mo, Col. 901.

4. SC'I CYPRIANI EPISCOPI ET MARTIRIS CENA. fol. 67. b.

Sic incipit: "Cyprianus Epūs disposuit de Cenâ nuptiarum filij Regis"—

Fragmentum est operis nugatorij Cypriano falso adscripti; quod in fine operum ejus legitur in editione Oxoniensi.

5. PAPARUM ALIQUOT EPISTOLÆ: scilicet, Paschalis, Alexan. Bonifacij, Honorij, Vitaliani, Sergii, Gregorij, Leonis, Formosi. fol. 69. b.

Sic incipiunt: "Paschalis Theutonicorum Regi H. &c. Regnum vestrum sin-"gulariter sc̄e Romane Ecclesie coherere divina dispositio constituit"—

Sunt Epistolæ 15.

B. IV. 18. QUARTO. 6. HUGO DE VIRTUTE ORATIONIS. Fol. 77.

Titulus nullus huic tractatui præfigitur: Sed Auctor ita appellat.

Sic incipit: "Domno et Patri Thome Hugo. Munusculum hoc dilectionis mee "eâ vos precor benignitate suscipite quâ me illud scio devotione obtulisse. "Dictatum brevem de Virtute Orationis"—

Liber hic Auctorem habet Hugonem de Sancto Victore.

Scriptus est minoribus literis quam tractatûs præcedentes; quibus postea additus fuisse videtur, ne folia tria relinquerentur vacua: quæ cum non totum librum caperent, imperfectus in fine relictus est.

In libris editis vocatur de Modo orandi.

7. SENTENTIE DE SANCTA TRINITATE ex libris magni Augustini carptim sumpte, maximè ex eo qui inscribitur de Sc̃a Trinitate. fol. 80.

Sic incipiunt: "Scriptum est in Psalmo, Querite Deum, et vivet anima vestra"—

Quanquam in titulo de Trinitate solâ fit mentio, de aliis tamen argumentis Sententiæ adjunguntur: ut, de die Dominice Passionis, fol. 87. de die Paschatis, fol. 80. de Baptismo, fol. 90, b.

8. CONCILIJ REMENSIS, a Calisto 2do Papâ A. D. 1123 cebrati, CANONES 13. fol. 97.

Sic incipiunt: "Sanctorum Patrum exempla sequentes"—

Leguntur apud Binium in Parte 2da Tomi 3tij, p. 464. et apud Labbeum, Tomo 10mo, col. 896. Sed apud eos sunt Canones 22: et Canonum ordo diversus est a Codice nostro.

M S. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

B.L. 1. 9. 10. 7. 6. 2. 3. 4. 5. 8. 11. 16. 14.

Desunt itaque hic Canones 12, 13, 15, 17, 18, 19, 20, 21, 22. Et 11mus etiam in Codice hoc non est integer.

9. CONCILIJ REMENSIS, ab Eugenio 3tio Papâ celebrati A. D. 1148, CANONES 18. folio 98, b.

Sic incipiunt: "Qui ab Episcopis suis Anathematis Sententiâ condempnan-"tur"—

Idem sunt, et eodem ordine positi cum Labbeanis.

10. ALEXANDRI 3tij PAPÆ BULLÆ 4. folio 99, b.

1ma ad Archiepiscopum Eboracensem, et universos Anglie Ep̃os.

Sic incipit: "Illius dignitatis, et majoritatis Eccl̃e Cantuar.[iensis.]"

Cum Henricus 2dus Angliæ Rex filium suum Henricum (Thomâ Becket, Archiepiscopo Cantuariensi, in Galliâ exulante) a Rogero Archiepisco Eboracensi, et aliis Episcopis coronari vellet: Alexander 3tius Papa his literis interdicit iis ne hoc facere audeant. Sed frustra: non enim redditæ sunt Episcopis literæ, nisi Rege jam coronato; ut scribit Matthæus Parisiensis, pag. 85, in editione Parisiensi. Datæ sunt hæ literæ Nonis Aprilibus; [Apr. 5] Coronatus est autem Henricus 17. Kal. Jul. [Jun. 14] ut scribit Rogerus Hoveden: vel 14 Kal. Jul. [Jun. 17.] ut Mat. Paris.

B. IV. 18. QUARTO. Harum literarum partem exhibet Matthæus Paris pag. 85, col. 1, D. Alia autem ejusdem Papæ Epistola ad Rogerum et Episcopos Anglos eâdem de causâ scripta, data 4 Kal. Mart. [Febr. 26] legitur apud Baronium, ad annum 1170, Sectione II e Codice Vaticano descripta.

2. AD. R. [Rogerum] ARCHIEP'UM EBOR. [acensem,] ET H. [Hugonem Pudsay] DUNELM. EP'UM: QUA EOS AB EPISCOPALI OFFICIO SUSPENDIT, quod Henricum coronâssent.

Sic incipit: "Licet commendabiles nobis, et grati in pluribus existatis"—

Hæc Epistola integra legitur apud Hovedenum, folio 296, b. et Baronium ad annum 1070, Sectione XIII. et pars ejus apud Matthæum Parisiensem pag. 85, Col. 2. D. qui scribit, Thomam Becket, quamprimùm ab exilio redux in Angliam appulisset, (Kal. Decemb. 1170) eam ad Rogerum et Hugonem misisse. Data est Farentini 16. Kal. Octob. [Septem. 16.]

3. AD EPISCOPOS LUND. EXON. ROVEN. SALESB. DE SC'O ASAPH. LANDAVEN. quâ eos eâdem de causâ Episcopali dignitate suspendit. Verba ipsa sunt Epistolæ.

Sic incipit: "Oportuerat, quando nos primò carissimus filius noster, Henri-"cus"—

Hujus Epistolæ Baronius nullam facit mentionem: Hovedenus ait quidem Papam Episcopos hos excommunicâsse, (in quo tamen errare eum verba supra posita ostendunt) sed Epistolam ipsam non exhibet. Matthæus quidem Parisiensis Epistolæ partem recitat, sed quæ ab hac diversa est. Superioribus etiam Episcopus addit Cestrensem; quo nomine Coventrensis Episcopus eo tempore nonnunqum appelari solebat. Anno enim 1067 sedes Episcopalis ad Cestriam a Lichfeldiâ translata a Petro Episcopo fuerat: et inde non multo postea (1188) a proximè succedente Episcopo (Roberto) Coventriam deducta est.

Episcopi vero qui hâc sententiâ notati sunt, fuere

| | |
|---|---|
| " Gilbertus Foliot, Episcopus | Londinensis. |
| " Bartholomeus Iscanus, | Exoniensis. |
| " Walterus, | Roffensis. |
| " Jocelinus, | Salisburiensis. |
| " Godefridus, | Asaphensis. |

De eo vide quid Whartonus contra Godwinum disputet.

| | |
|---|---|
| " Nicolaiis Gurgantius, | Landavensis. |
| " Ricardus Peche, | Cestrensis. |

4. AD R. EPISCOPUM SANCTI ANDREE, ET CETEROS EP'OS PER SCOTIAM CONSTITUTOS.

Sic incipit: "Ammonet nos cura suscepti regiminis"—

Antiquas libertates, et rationabiles consuetudines illis confirmat: et contra violantes defensurum se pollicetur.

Nullibi hanc Epistolam invenio.

Scriptus est hic Codex eleganter; lineis integris; literis mediocribus, rotundis.

B. IV. 18. QUARTO. Scriptura per totum librum non est eadem: Sed cum a primâ manu sint Canones Concilij Remensis A. D. 1123 conditi, [tract. 8.] Codex hic isto anno recentior sit oportet. Sed non multum, ut videtur: Canones enim Remenses anni 1148, [tract. 9.] literis minoribus scripti, ab aliâ manu postea adjecti videntur. Recentiores adhuc sunt Alexandri 3tii Epistolæ, sive Bullæ, circ. annum 1200 (ut videtur) scriptæ.

19. ANSELMUS et alij. [Tractatûs 4.]

1. VENERABILIS ANSELMI MEDITATIO DE CONSIDERATIONE MISERIARUM VITE PRESENTIS.

Sic incipit: "Inter hec autem miserias Vite presentis perpende"—

Meditatio hec excerpta videtur ex majori aliquo opere: non invenio inter Anselmi scripta: prorsus alia est ab ejus libro de Miseriâ generis humani.

Habet duo tantum folia.

Literæ sunt acutæ, sive Secretariæ. Videtur ejusdem ætatis cum Tabulis in varios csriptores, quæ anno 1438 scriptæ sunt. Vide B. III. 29.

Præfigitur in vacuo folio (ab eâdem, ut videtur, manu) Examinatio Grammatica linguâ Anglicâ; quæ Specimen Sermonis nostri, qualis fuit ante annos 300, exhibet. Sic incipit:

"How many case has yow? [thou] Sex.
"Whilk er yay [they]."

2. MEDITATIO VENERABILIS ANSELMI, UNDE VIVAT ANIMA, ET UNDE VIVAT CORPUS: ET DE FELICITATE BONE ANIME ET SANCTE; ET INFELICITATE MALE ANIME, POST SEPARATIONEM EJUSDEM A CORPORE.

Sic incipit: "Dum Anima manet in Corpore, vivet Homo secundem Carnem"—

Videtur decerpta ex alio libro; eodem fortasse ex quo Meditatio superior, cui ab eadem manu) adjuncta est.

Unum tantum implet folium.

3. MEDITATIONES QUEDAM A QUODAM FRATRE MINORE EDITE. Folio 5.

Sic incipiunt: "Transfige,* dulcissime Domine Jesu, medullas anime mee suavissimo ac saluberrimo vulnere amoris tui"—

Nomen Scriptoris non apponitur.

Scriptus est hic Codex non ineleganter; lineis continuis; literis mediocribus, acuminatis; ante annos circiter 400. Similis est enim Scripturæ eorum Codicum qui a Roberto de Graystanes procurati sunt, ante annum 1333. Vide B. II. Cod. 19. & 20.

4. LIBER EXEMPLORUM. fol. 21. ad 103.

Sic incipit: "Johannes Chrisostomus super Matheum de Stellâ Christi in Oriente visâ refert"—

Titulus nullus præfigitur: Sed Historiæ ex quibus totus liber conflatur, Exempla pleræque vocantur.

Sunt Narrationes quædam religiosæ, mirabiles; quas (quasi legi super alias

B. IV. 19.
QUARTO.

omnes maximè mercantur) Legendas vocare solebant; eo ordine dispositæ, ut quæ ejusdem aut similis argumenti sint simul jungantur.

Sunt autem Historiarum Argumenta: "de Christi Stellâ—Passione—Resurrec-"tione: de Eucharistiâ: de Mortis Christi mentione: de Virtute Crucis: et "Similia."

Imperfectus est hic tractatus in fine.

Scriptor mihi ignotus est: Sed videtur fuisse Anglus. Mentionem enim facit (folio 28, b.) villæ Honestleiæ, et ei vicinæ Aruleiæ, tanquam sibi notæ: Est autem Arley Villa agri Warwicensis. Et in eâdem paginâ narrans Historiam de familiari quodam suo, ait, Dæmonem in formâ Canis ei in Viâ occurrentem, Anglico sermone allocutum fuisse; cui ille itidem Anglicè respondit.

Scriptus est hic liber lineis continuis; literis majoribus, acuminatis, elegantibus; ante annos circiter 400.

20. Barnardus et alij. [Sunt Tractatûs 7.]

1. Bernardi Sermones de Tempore.

Quoniam Sermones neque tot sunt numero, nec eodem ordine disponuntur, quo leguntur in libris editis, non inutilis erit Indiculus iste iis, quibus animus est hunc MStum cum impressis Codicibus conferre, ut faciliùs quod quærunt inveniant. Quâ etiam de causâ inscripsi Codici ipsi singulorum sermonum titulos, quales leguntur in editione Mabillonianâ.

Sunt igitur hic Sermones.

Sermones Bernardi.

" De Adventu Domini: 1. 2. 3. 4. 5.
" In Vigiliâ Nativitatis: 1. 2.
" In Nativitate Domini: 2. 3. 4.
" In Circumcisione Domini: 2. 3.
" In Epiphaniâ Domini: 1. 2.
" In Octavâ Epiphaniæ.
" In Dominicâ 1ma post Octavam Epiphaniæ.
" In Capite Jejunij: 1. 2.
" In Quadragesimâ: 3. 4.
" In Dominicâ Palmarum: 1. 2.
" In Cœnâ Domini.
" In Paschâ: 1. 3.
" In Octavâ Paschæ: 1. 2.
" In Ascensione Domini: 1. 4. 3. 2.
" In Pentecoste: 1. 2.
" In Annuntiatione Beatæ Mariæ: 1. 2.
" In Assumtione Beatæ Mariæ: 1. 2. 3. 4.
" In Purificatione Beatæ Mariæ: 1. 2. 3.
" In Festo Michaëlis: 1. 2.
" In Dedicatione Templi: 1. 2.

B. IV. 20. QUARTO.

"In Festo omnium Sanctorum: 1. 2. 3. 4.
"In Natali Joannis Baptistæ.
"In Vigiliâ Petri et Pauli.
"In Festo Petri et Pauli: 1. 2.
"In Conversione Pauli.
"In Vigiliæ Andreæ.
"In Festo Andreæ: 1. 2.
"De Sancto Clemente.
"In Festo Benedicti Abbatis.
"In Dominicâ 1ma Novembris: 1. 2. 3. 4."

Reliqui Sermones de Tempore desiderantur: at his pauci alij Bernardi Sermones immiscentur: scilicet,

44tus ex iis qui diversi vocantur. Folio 28.
Sic incipit: "Omnia que de Salvatore"—
46tus diversorum: "Dentes tui sicut grex tonsarum." fol. 78. b.
67mus diversorum: "Lex per Moysen"— fol. 80.
76tus diversorum: "Prevenisti eum"— fol. 80. b.
64tus Sermonum parvorum: "Non immerito"— fol. 55. b.

Leguntur etiam hic pauci alij Sermones, quos apud Bernardum non invenio: scil.

"Dixit Simo Petrus"— fol. 72.
"Non hic stamus die totâ otiosi" 79.
"Volet Apostolus Paulus" 79. b.

Explicatio brevis Hymni Ave Maria. fol. 48. b.
"Non in solâ Virginitate constare poterat Gratiæ plenitudo"
Vix est dimidia pagina.
Scripti sunt hi Sermones satis eleganter; lineis continuis; literis minoribus, rotundis; ante annos circiter 500.

2. Ars Fidei Catholice. folio 81.

Titulus nullus apponitur nec in initio, nec in fine: sed ita vocat Scriptor ipse in Præfatione, linea 35ta: "Nempe editionem hanc Artem Fidei Catholice appel-"lavi merito"—

Quinque vero Libris distincta est: quorum
1mus agit de Unâ omnium Causâ: i.e. Uno eodemque Trino.
2us De Mundi, Angeli, & Hominis Creatione: et Arbitrij libertate.
3ius de Filio Dei incarnato, pro Homine redimendo.
4tus De Sacramentis Ecclesiasticis.
5tus De Resurrectione.

Cæterum libri non distinguuntur: et omnes conjuncti 4 tantum implent folia.
Dedicantur Clementi Papæ; vel 6to, qui Pontificatum adiit A.C. 1342: vel 5to, qui anno 1305; vel potiùs (ut videtur) 4to, qui Pontifex factus est A.C. 1265.
Constat totus hic tractatus ex Axiomatibus; quibus singulis subjicitur Commen-

B. IV. 20.
QUARTO.

tarius: unde, in Indiculo tractatuum qui libro præfigitur, vocatur Axiomata quedam Theologica cum Commentario.

Præfatio sic incipit: "Clemens Papa, cujus rem Nominis et vitæ subjecti sen-"tiant, et tu a Domino consequaris"—et infra, lineâ 30: "Porro cum tu, "Christi Vicarius, et Petri Apostolorum [Principis] successor sis"—

Axioma primum est: "Quicquid est Causa Cause, est Causa Causati."

Axiomata scribuntur literis paulo majoribus, Commentarius minoribus. Lineæ dimidiatæ sunt: Literæ acuminatæ. Scriptus videtur circ. annum 1300, aut etiam ante: ut Clemens Papa 4tus in Præfatione designari videatur.

3. Constabulus de Differentia Spiritus et Anime. Fol. 85.

Ita vocatur in initio: "In nomine Domini et ejus auxilij, incipit Liber Differentie "Spiritus et Anime quem Constabulus Luce amico suo, scriptori cujusdam "Regis edidit: et Johannes Hispaniensis ex Arabico in Latinum Remundo "Collectario Archiepiscopo transtulit."

Omnia hic mihi obscura sunt: "Quis hic Auctor fuerit; quis Amicus ejus: qui-"nam Johannes Hispaniensis, et Remundus Archiepiscopus; et ubi Archiepis-"copatus ille Collectarius: nec de iis quicquam invenio."

Nec magis clarum utrum Constabulus hominis nomen sit an Officij: item utrum Luce intelligendum sit de auctoris Amico, qui Lucas appellatus sit; an de Urbe aliquâ, cujus Scriptor hic Constabulus, sive Constabularius fuerit.

Hoc solum invenio apud Gesnerum: "Constabenluce, sive, Constabulus, citatur "in summâ Alberti Magni: item, in libro de Mineralibus, citatur Constaben-"luce liber de Physicis ligaturis." Num Constabulus Luce errore Scribæ positum est pro Constabenluce? vel contra, Constabenluce pro Constabulus Luce?

Fuit autem (si titulo habenda est fides) Scriptor Arabicus; licet Constabulus vox Latina videatur.

Spanhemius, in Geographiâ sacrâ, laudat nummum in quo Tarraco, Romanorum in Hispania Colonia, vocatur Collectaneorum victrix: quod nomen a Collectareis non multum discrepat. Sed hujus populi mentionem nec apud Geographos, nec apud Antiquarios invenio. Consulant, quibus copia est, (quæ mihi nunc non suppetit) Veterum Episcopatuum Notitiam, et Nicholaï Antonij Bibliothecam Hispanicam.

Tractatus sic incipit: "Interrogasti me (honoret te Deus) de Differentia inter "Spiritum et Animam"—

Scriptura eadem est cum præcedente tractatu, cui immediatè subjungitur. Habet tantum 2 folia.

Occurrit bis postea, tractatus eodem titulo, sine Auctoris nomine, C. III. Cod. 17. tract. 12. et C. IV. Cod. 18. tract. 7.

4. Summa secundum progressum Numerorum, a Magistro Guillelmo, Lincolniensis Ecclesiæ Cancellario composita. folio 91.

Tractatus est Theologicus, argumenti varij, secundum progressum (ut est in titulo) dispositus; hoc modo:

B. IV. 20. QUARTO.

| | |
|---|---|
| 1. Unus Deus: Unus Dominus: &c. | Sunt Capita 5. |
| 2. Duo Testamenta: duo motus Charitatis: &c. | Capita 10. |
| 3. Tres Persone in Trinitate: Tres Substantie in Christo: &c. | Capita 46. |
| 4. Quatuor Cardinales Virtutes: &c. | Capita 7. |
| 5. Quinque Vestes Tabernaculi: Quinque Civitates: &c. | Capita 5. |
| 6. Opera sex dierum: Sex Ydrie: &c. | Capita 5. |
| 7. Septem Hore: Septem brachia Candelabri: &c. | Capita 4. |
| 8. Octo Etates Mundi: &c. | Capita 3. |
| 9. Novem Vitia Subtilia. | Caput 1. |
| 10. Decem Precepta Legis: &c. | Capita 5. |
| 11. Undecim genera Eleemosinarum. | Caput 1. |
| 12. Duodecim Articuli Fidei: &c. | Capita 4. |
| | Sunt omnia Capita 106. |

Tractationis Methodus est Scholastica.

Sic incipit: "Deus unus est. Contra: In principio creavit Deus: hebraïcè "Eloym"—

De Auctore jam quærendum est.

Plures fuere Guillelmi Ecclesiæ Lincolniensis Cancellarij. Hos invenio in Fastis Ecclesiæ Anglicanæ a le Neve editis.

Guillelmus circiter 1143.

Guillelmus Leicestrensis, sive, de Montibus, A. D. 1200.

Guillelmus White, Anno 1230.

Guillelmus Shirwode, ante annum 1259: Eo enim anno, aut circiter, factus est Thesaurarius.

Guillelmus Exoniensis, circiter 1337.

Et alius multo recentior.

Scriptorem hunc Guillelmo Exoniensi antiquiorem esse ostendunt tum ipsa Codicis Scriptura; tum Biblicorum Capitum (quæ in margine laudantur) divisio, non hodierna, (quæ ab Hugone de S. Caro instituta fuit) sed vetus illa, quæ ante Hugonem in usu erat. Obiit autem Hugo. A. D. 1260.

Tribuendus itaque videtur hic tractatus Guillelmo Shirwode; tum quòd ætas ejus satis congruit; et quòd libros de Theologiâ Scholasticâ eum scripsisse testantur Lelandus, Baleüs, Pitsëus.

Non rectè conjecit Lelandus (quod eum secutus Pitseus affirmat) Guillelmum hunc eundem esse cum Guillelmo Archidiacono Dunelmensi, qui mortuus est A. D. 1249.

Scriptus est hic Codex satis eleganter; lineis divisis; literis mediocribus, leniter acuminatis; circiter Guillelmi ipsius ætatem.

5. De Arte Prædicandi. Folio 187.

Sic incipit: "Vidit Jacob scalam a terrâ usque ad Celum attingentem, per "quem ascendebant et descendebant Angeli"—

Nec Auctoris nec Libri nomen vel initio, vel fine libri ponitur. De Argumento vero libri ita Scriptor ipse non longe ab initio (linea 26) loquitur: "De Pre-

B. IV. 20. QUARTO.

"dicatione vero, qualis esse debeat; et quorum; et quibus proponenda; et de "quo; et quare; et quando; et ubi; a paucis dicta sunt pauca. Ad presens "necessarium duximus de hiis compingere tractatum ad utilitatem proximo-"rum"—

Sed occurrit iterum hic tractatus in alio Codice hujus Bibliothecæ, (B. iv. Cod. 42. tract. 3.) ubi tribuitur Alano Porretano. Sæpiùs etiam occurrit in Catalogis Manuscriptorum Angliæ et Hiberniæ a Doctissimo Bernardo editis. Sed in iis Scriptor hic vocatur non modo Porretanus, sed aliquando etiam Porianus, vel Porrianus; vel etiam simpliciter, Magister Alanus. Et Liber ipse inscribitur, non solum de Arte Prædicandi; sed sæpiùs, de Modo prædicandi. Vide MSS. Bodl. num. 1752. 1843. 2302. 2601. et Cantab. num. 2148. Alani autem hujus Porretani mentionem nullam invenio apud Bibliothecæ Ecclesiasticæ conditores, Trithemium, Bellarminum, Possevinum, Miræum, Caveum, du Pin. Solus Gesnerus meminit illius; eíque tribuit Regulam Juris Cœlestis; sive, Maximas, i. e. Axiomata Theologiæ, numero 134, cum Interpretatione. Idem liber tribuitur Alano Porretano in MStis Oxoniensibus num. 1508. Et Magistro Alano in MStis Cantabrigiensibus num. 2148.

In Indice vero alphabetico MStorum Bodleianorum ponitur: "Porretanus, vide, Insulis:" et ad hoc nomen [de Insulis] referuntur tractatûs de Arte, sive, Modo prædicandi, quos supra laudavi. Putavit itaque Indicis istius Auctor, Porretanum, et de Insulis diversa esse ejusdem auctoris nomina. Quod an verum sit, mihi incompertum. Sanè inter Alani de Insulis (de l'Isle, Flandriæ opido) scripta recensetur tractatus de Arte Prædicandi: qui an idem cum hoc sit ignoro; cum ad manum non sint opera ejus a Carolo du Visch. edita Antverpiæ 1653, in folio.

Hic vero Codex cum illo altero [Cod. 42. tract. 3.] non per omnia concordat: aliquot enim Capita hic leguntur, quæ in illo desiderantur: scilicet, 18vum, 19num, 20mum, et 31mi pars posterior: quæ tamen ab aliâ manu adjicitur in folio sequenti [folio 164:] et verba sæpe mutantur, eodem tamen plerumque sensu. Utrumque vero Codicem conferenti, hic mihi sanior visus est.

Scriptura similis est tractatui superiori, et ejusdem videtur ætatis, aut non multo recentior.

6. Magistri Hugonis de Arca Noe, et Arca Sapientie, cum Arca Ecclesie, et Arca Matris Gratie, libri 5. Folio 231.

Sic incipiunt: "Cum sederem aliquando in conventu fratrum"—

Sunt Hugonis de Sancto Victore libri 4 de Arcâ Noæ, qui in tomo 2do operum ejus leguntur: quibus subjungitur liber 5tus de Picturâ Arcæ; qui in editis vocatur de Arcâ mysticâ, et præfigitur libris de Arcâ Noæ: sed hic subjicitur tanquam ejusdem operis pars. Quod colligere etiam licet ex 4ti libri Conclusione, quam, quoniam in libro impresso [Moguntiæ 1617] non legitur, huc transcripsi:

" ———— in contemplatione Veritatis.

" Breviter dicturus eram; sed fateor vobis, multa me loqui delectat: et erat ad-

B. IV. 20. QUARTO.

"huc fortassis quod dicerem, si vestrum fastidium non timerem. Nunc igitur "Arche nostre exemplum proponamus, sicut promisimus: quod exteriùs de-"pingimus, ut foris discas, quod intus agere debeas: ut cum hujus exemplaris "formam in corde tuo expresseris, domum Dei in te edificatam esse leteris."

Vox "depingimus" alludit ad titulum de Picturâ Arcæ, quem sequenti libro præposuit; qui proïnde libros de Arcâ Noæ subsequi, non (ut in editis libris) præcedere debuit.

Scriptura superioribus duobus tractatibus similis est, (licet literæ in posteriori parte minores sint) et ejusdem videtur ætatis.

7. Observationes quædam Allegoricæ, et Morales, Capitibus 11. fol. 282. ad 293.

Caput $1^{mum}$: in Matthæi Caput $1^{mum}$.
$2^{dum}$: in Danielis Capitis $8^{vi}$ versum $27^{mum}$.
$3^{tum}$: de Cruce.
$4^{tum}$: in Judicum Caput $7^{mum}$.
$5^{tum}$: de tribus Studiorum generibus.
$6^{tum}$: de bono odore bonorum et malorum.
$7^{mum}$: in 2 Cor. Capitis $6^{ti}$ Versum $16^{tum}$.
$8^{vum}$: in Matthæi Capitis $9^{ni}$ Versum $17^{mum}$.
$9^{num}$: de Silentio.
$10^{mum}$: in Sophoniæ Capitis $2^{di}$ Versum $3^{tium}$.
11: de Diabolo.

Scriptura eadem est cum superiorum librorum parte posteriori: literæ minutæ.

21. Beati Bernardi, Abbatis de Clara valle, Sermones.

Sic incipiunt: "Hodie, fratres, celebramus Adventûs initium"—

Sunt Sermones Bernardi de Tempore; quorum Tituli hic subjiciuntur.

"De Adventu Domini Sermones 1. 3. 7. 6. 2. 4. 5.
"In Vigiliâ Nativitatis, Sermones 1. 3. 5. 6. 4. 2.

Sermones 4 et 2 sunt in M^sto unus tantum Sermo.

"In Nativitate Domini, Sermones 3. 2. 4. 1. 5.
"In Natali Innocentium, Sermo 1.
"In Festo Circumcisionis, Sermones 1. 3. 2.
"In Epiphaniâ Domini, Sermones 1. 2. 3. [s. 30.]
"In Octavâ Epiphaniæ, Sermo $27^{mus}$.
"In Dominicâ $1^{ma}$ post Epiphaniam, Sermones 1. 2.
"In Septuagesimâ, Sermo 1.

Sermones Bernardi.

"In Capite Jejunij, Sermones 1. 2. 7. 3. 4. 5. 6.
"In Psalmum $90^{mum}$, Sermones 17.
"In Festo Resurrectionis, Sermones 3. 2. 1. [num. 58. 64. 65.]

B. IV. 21. QUARTO.

" In Dominicâ Palmarum, Sermones 2. 1.
" In Feriâ 4ta Hebdomadis Sanctæ, Sermo 61.
" In Cœnâ Domini Sermo 1 [num. 62.]
" In Octavâ Paschæ, Sermones 1. 2.
" In Rogationibus.
" In Ascensione Domini, Sermones 1. 4. 5. [num. 75.]
" In Festo Pentecostes, Sermo 1. [num. 77.]
" In Dominicâ 6ta post Pentecosten, Sermones 1. 2. 3. [num. 82. 83. 84.]
" In Dominicâ 1ma Novembris, Sermones 1. 2. 3. 4.
" In Dedicatione Ecclesiæ, Sermones 1. 2. 3.
" In Vigiliâ Sancti Andreæ.
" In Festo Sancti Andreæ, Sermones 1. 2.
" ——— Purificationis Beatæ Virginis, Sermones 3. 2. 1.
" ——— Benedicti, Sermo 100.
" ——— Annuntiationis Beatæ Virginis, Sermones 1. 2. 3.
" ——— Joännis Baptistæ.
" ——— Petri et Pauli, Sermones 2. 3. [num. 106. 107.]
" ——— Assumtionis Beatæ Virginis, Sermones 1. 2. 3. 4.
" ——— Michaelis, Sermones 1. 2. [num. 113. 114.]
" ——— Omnium Sanctorum, Sermones 1. 2. [num. 117.] 3. 4.
" ——— Clementis Papæ."

His de Tempore Homiliis immiscentur aliquot e Sermonibus diversis; quorum scilicet argumenta Festis conveniebant. Hos etiam hic subnotandos putavi.

| MSTO EDIT. | MST. EDIT. | MS. EDIT. | MS. EDIT. |
|---|---|---|---|
| 26——55, 56. | 66——101. | 76——44. | 80——24. |
| 37——25. | 73——60. | 78——88. | 81——45. |
| 41——26. | 74——61. | 79——23. | |

Ordinem eum Sermonum servavi, qui est in Editione Mabillonianâ.

Majorem in hoc Codice Lectionum varietatem, quàm in aliis observavi; cum in aliis locis, tum præcipuè in sermone 101, qui est de Annuntiatione 1mus.

Alij etiam inseruntur Sermones, quos inter Bernardi scripta non invenio: scilicet,

3tius. " In celebratione Adventûs Domini."

In editis libris sunt 7 tantum sermones de Adventu Domini; in hoc vero Codice Manuscripto sunt 8.

38. " Miserere mei Deus"—

63. " Hæc est dies quem fecit Dominus"—
Est de Resurrectione.

70. " Conversus sum ut viderem"—

99. " Dixit Simon Petrus"—

105. " Nolite diligere mundum"—

112. " Volumus scire ubi sciamus, sciamur"—

116. " Video vos, dilectissimi."
Est 2dus in Festo Omnium Sanctorum.

B. IV. 21. QUARTO. Sed horum saltem nonnullos suspicor ex aliis Bernardi libris excerptos esse. Certè 116tum ex libro de Conversione desumtum esse invenio.

Scriptus est hic Codex non ineleganter; lineis dimidiatis; literis minoribus, acuminatis; ante annos (ut videtur) ampliùs 400.

22. SERMONES NUMERO 86, VENERABILIS PATRIS NOSTRI BERNARDI, DEO DILECTI, ABBATIS DE CLARA VALLE, DE CANTICIS CANTICORUM, AD SUOS CLAREVALLENSES.

Sermones de Canticis sic incipiunt: "Vobis fratres alia quam aliis de Seculo, "aut certè aliter dicenda sunt"—

In fine: "Explicit Sermo 86tus super Cantica Canticorum, qui et ultimus est; "eo quod obiit Auctor, venerabilis Pater, Bernardus, primus Abbas Clarevallis."

Iidem Sermones sunt, qui in libris editis leguntur.

Scriptus est hic Codex eleganter; lineis integris; literis, in parte priori, majoribus, rotundis; in posteriori mediocribus: non multo (ut videtur) post Bernardi mortem, quæ incidit in annum 1153. Videtur enim æqualis, aut etiam vetustior Bibliis Hugonis [de Puteaco] Episcopi. Vide A. II. 1.

In initio libri præfiguntur (a recentiori manu) singulorum Sermonum Argumenta.

In fine horum Sermonum subjiciuntur duo Fragmenta (ut videntur) majorum operum.

1. ABBREVIATIO CRONICE SUPERIORIS.

Videtur hic designari Bedæ Chronicon; sive Liber de sex ætatibus Mundi. Dividitur enim in sex Ætates, ut Bedæ liber; et ejus (præsertim in initio) voces ipsas retinet; et ibidem, ubi Beda, desinit.

Subjicitur tamen ab alio Chronica series rerum Anglicarum et Gallicarum, duabus columellis in eâdem paginâ dispositarum. Anglicæ res desinunt in morte Bedæ, anno 735: Gallicis Regibus succedunt Imperatores Germani; quorum series protenditur ad Henricum [5tum] A.D. 1110, qui anno Imperij sui quinto filiam Regis Anglorum Henrici 1mi conjugem duxit.

Sic incipit: "Prima etas. Adam g'. [genuit] "Seth, cui supervixit an[nis] "Dcccti."

Desinit in Leone [Isaurico] Imperatore, qui successit Theodosio [Adramytteno] A.D. 718.

Lineæ dimidiatæ sunt: "Literæ minores, rotundæ. Non multo recentior vide-"tur eâ ætate in quâ Chronicon desinit."

Tria tantum habet folia.

2. TRACTATUS INCOMPLETUS DE SPHÆRA.

Titulus hic non est a manu primâ, sed a recentiori in initio libri positus.

Sic incipit: "Etsi te studio Grammatice artis inductum"—

B. IV. 22. QUARTO. Lineæ sunt integræ: Literæ mediocres, rotundæ. Ejusdem videtur ætatis cum Bernardi sermonibus.

Sunt folia tria.

Ante Bernardum: "Liber Sancti Cuthberti Dunelmi." Hæc nota ab eâdem manu est quâ liber ipse. Videntur itaque Sermones hi in Cœnobio Dunelmensi fuisse descripti.

23. SERMONES NUMERO 86 VENERABILIS PATRIS NOSTRI, BERNARDI, DEO DILECTI, ABBATIS DE CLARAVALLE, DE CANTICIS CANTICORUM AD SUOS CLAREVALLENSES.

Iidem sunt Sermones qui in Codice superiori.

Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis mediocribus, acuminatis, satis elegantibus; ante annos circiter 500. In primo enim folio hæc nota adscribitur: "Liber Sancti Cuthberti ex dono Bertrami de Mideltonâ Prioris Dunelm." Factus est autem iste Bertramus Prior A.D. 1244: obiit anno 1254.

In fronte Sermonum: "de cōi librariâ Mo^ac^cho^r^ Dunelm̄."

24. TRACTATUS 12, quorum primus, CATALOGUS LIBRORUM.

1. CATALOGUS LIBRORUM; quorum plerique Latini sunt, pauci Anglici. [i. e. Saxonici.]

Videntur ad hoc [Dunelmense] Cœnobium pertinuisse: licet nullus titulus præfigatur, nisi a manu recenti. [Eliâ Smith.] Nonnulli enim libri in eo sunt, qui hodie etiam supersunt. Non video autem Biblia Hugonis Episcopi, 4 Voluminibus in folio: [vi. A. II. 1.] quæ hoc Catalogo recentiora (quod etiam ex literarum formâ conjicere licet) fortasse fuerunt.

In fine subjiciuntur (ab aliâ manu) libri aliquot Thome Prioris. Electus is fuit A. D. 1162.

Sunt tantum tres Paginæ.

2. Folio tertio inscribitur hæc NOTULA: "Anno ab Incarnatione Domini M°. C°. "LXXV°, quo Rex Henricus major recepit Ligantias et Fidelitates de Scottis "apud Eboracum; Dufgal, filius Sumerledi, et Stephanus Capellanus suus, "et Adam de Stanford receperunt fraternitatem Ecclesie nostre, ad pedes "Sancti Cuthberti, in vigiliâ Sancti Bartholomei. Et idem Dufgal obtulit "ibi duos anulos aureos Sancto Cuthberto, et promisit se singulis annis, "quamdiu vixerit, daturum Conventui unam Marcam, sive in Denariis, sive "in Equivalentiâ."

Scriptura ejusdem ætatis videtur.

3. EPISTOLA ALEXANDRI PAPÆ 3^tij^ AD ROGERUM ARCHIEPISCOPUM EBORACENSEM, ET HUGONEM EPISCOPUM DUNELMENSEM. Folio 3. b.

Sic incipit: "Alexander, servus servorum Dei, Venerabilibus fratribus R. Ebor̄.

B. IV. 24. QUARTO. "Archiepõ, Apostolice Sedis Legato, et H. Duñ. Epõ Salutem et Aplicam "benedictionem. Exigunt gratissime devotionis obsequia"—

Nuntiat illis Reconciliationem inter se et Fredericum Ænobarbum Imperatorem Venetiis factam A.D. 1177. Eam Epistolam edidit primus Rogerus Hovedenus, pag. 325: et ex eo Baronius, ad annum 1177, Sect. 26. Ejusdem Epistolæ Exemplum miserat ad Petrum Cassinensem Abbatem, et Archiepiscopum Capuanum; quod edidit idem Baronius ad eundem annum, Sect. 24.

A.D. 1170, idem Papa eosdem Episcopos ab Officio suspenderat, quod Henrici Regis 2[di] filium Henricum (Thomâ Becket, Archiepiscopo Cantuariensi, in exilium pulso) coronaverant, [vide B. IV. Cod. 18. tract. 10. 3.] Ostendit hæc Epistola eos in gratiam postea receptos fuisse.

Epistola hæc non ab eâdem manu scripta est, quâ liber reliquus; sed inserta fuit postea in folio vacuo: at ejusdem prope ætatis videtur.

4. CONVENTIONES FACTÆ INTER DUNELMENSIS MONASTERIJ, ET ALIORUM CŒNOBIORUM MONACHOS, DE OFFICIIS ECCLESIASTICIS PRO DEFUNCTIS MONACHIS MUTUO RECITANDIS. Fol. 5.

Sic incipiunt: "Hec est Conventio inter Conventum Christi Ecclesie Cantuarie, "et Conventum Dunelmensis Eccle."

Monasteria autem, quibus cum Dunelmensi Conventiones istæ intercesserant, hæc erant: "Cantuariense, Westmonasteriense, Fescannense, Cadomense Sc̃i "Stephani, Certesiense, S[ti] Carilefi, Glestenbyriense, Selebiense, Witebiense, "Andegavense S[ti] Nicolai, Persorense, Ebroïcense S. Taurini, Cruelan-"dense [Croi.] Wincelcumbense, Brellintunenses Canonici regulares." [forte, Bridlingtonienses. Bridlingtonæ enim, in agro Eboracensi, Collegium erat Canonicorum Regularium.]

Adjiciuntur in margine: "Wincestrense, Glocestrense, S[ti] Albani, de Burch, "[i.e. Burgo: Petroburgense, ut videtur] de Bardeney, Dumfermelinense."

Anglicis Cœnobiis immiscentur quædam Gallica: scilicet, Fescannense, Cadomensi, Sancti Carilefi, Ebroicense, in Normanniâ: Andegavense in Andegaviâ: quod eæ regiones eo tempore Anglorum Regibus parebant: et unum in vicinâ Scotiâ Dumfermelinense.

Conventiones primæ ad annos fere 600 assurgere videntur; sed aliæ postea additæ sunt.

Conventionibus præfigitur (in folio opposito) hæc Formula Professionis, quæ a Monachis Dunelmensibus Religionem ingredientibus fieri solebat. "Ego "Frater N. Presbyter, vel Diaconus promitto stabilitatem meam, et conver-"sionem morum meorum et obedientiam secundum Regulam Sancti Benedicti; "coram Deo et Sanctis ejus, in hoc Monasterio quod est constructum in ho-"nore Sancte Marie Semper Virginis, et deest Sc̃i Cuthberti Presulis; in "presentiâ Domni N." Ejusdem prope ætatis videtur.

Subjunguntur Nomina Abbatum aliquot et Monachorum, pro quibus Officium Defunctorum recitandum erat.

Sequitur Regula de recitatione Officii pro Defunctis.

B. IV. 24. QUARTO. 5. KALENDARIUM.

Menses dividuntur (more Romanorum veterum) in Kalendas, Nonas, et Idûs.

Adjiciuntur pauci dies mortuales; eorum (ut videtur) pro quibus Missas anniversarias celebrare solebant. Ex illis, a primâ manu sunt: "Muriel, Mater Do-"mini Archiepiscopi Thome: V. ID. JUN." Fuit Thomas Archiepiscopus Eboracensis A. D. 1070. "Mathildis Comitissa de Moretonio: XI. KL. "OCTOB." Fuit ista Matildis Uxor Roberti Comitis de Morenio in Normanniâ: qui unus fuit e Guillelmi 1^mi (cujus frater erat uterinus) Comitibus in Expeditione Anglicâ; et ab eo Comes Cornubiæ creatus est, et prædiis [maneriis] fere 800 donatus. Vide Dugdalij Baronagium Anglicum, Vol. I. pag. 24. 25.

Ex his conjici potest de hujus Kalendarij ætate. Videtur confectum fuisse circiter A. D. 1100: non diu scilicet post feminarum istarum mortem. Recentiora enim quæ sunt nomina, postea ab aliâ manu adjecta sunt: scilicet, "XVII. "KAL. APR. Laurentius Prior." [Obiit ille anno 1154.] "XV. KAL. "Absalon Prior." [Obiit 1162.] "XIV. KAL. Algarus Prior." [Ille obiit 1137.]

Occurrunt autem hic Monachi aliquot (scilicet, "Giraldus, XI. KAL. MAII. "Guerinus, III KAL. Hamelinus, XII. KAL. JUN." Omnes Monachi "et Milites) quorum Nomina non leguntur in Indice Monachorum, qui præfigitur Simeonis Dunelmensis Historiæ Ecclesiæ Dunelmensis, in M^sto Dunelmensi. Sed isti fortasse nomina sua Monasticæ disciplinæ dederunt posteriùs aliquanto omnibus iis, quorum nomina in Indice isto consignata sunt, qui non ultra annum 1160 aut 1170 perductus videtur. Aut fieri etiam potuit, ut in aliis Monasteriis habitarent; huic vero benefactores essent. Quod quidem mihi vero similius videtur: nam Nomina ista ante annum 1160 scripta videntur.

Mentio vero nulla fit Willelmi Episcopi 1^mi [de Sancto Carilefo] qui Monasticæ disciplinæ in hac Ecclesiâ primus fuit fundator; cujusque memoriam summâ veneratione prosequebantur, ut testatur hæc nota in folio 5, b.: "Inter que "anniversaria Festa quatuor eminent, ceterísque festiviùs celebrantur: scilicet, "primum quod sequitur Festum omnium Sanctorum: et aliud Parentum nos-"trorum: et tertium Willelmi Epi: et quartum Eadgari Regis Scottorum."

6. MARTYROLOGIUM PER ANNI CIRCULUM. folio 12, b.

Sic incipit: "VIIII. KL. JANUARIJ. UIGILIA NATALIS D'NI. Apud "Antiochiam Sirie natale s̃carum [sanctarum] Virginum quadraginta que sub "Decianâ persecutione."

Fundamentum hujus Martyroologij est Bedæ Martyrologium, cujus ipsa sæpe Verba hic exhibentur: sed multæ accessiones postea factæ sunt.

Henschenianum hujus Martyrologij exemplar, quod doctissimus Operum historicorum Bedæ Editor secutus est, multis in locis ex hoc Manuscripto suppleri potuit.

Codicem hunc contulerat idem editor cum Galeano, ex eóque uarias lectiones in

B. IV. 24. QUARTO. orâ Codicis nostri annotavit: ex quarum paucitatate judicare licet hos duos libros per omnia fere consentire.

Adjiciuntur quædam in margine ab aliâ manu, recentiori quidem at antiquâ tamen.

Bedæ Martyrologium incipit a Kalendis Januariis: Manuscriptum vero nostrum incipit a nono Kalend. Januar.

Scriptum est hoc Martyrologium eleganter; lineis integris; literis minoribus, rotundis; ante aunos circiter 600.

7. EVANGELIA IN CAPITULO PRONUNTIANDA PER ANNUM. Fol. 39. b.

Sic incipiunt: "IN VIGIL. NATAL. D'NI S. MATH. Cum esset desponsata mater Jesu."

Ab eâdem manu sunt cum Martyrologio, cui immediatè subjunguntur.

8. CONSTITUTIONES LANFRANCI ARCHIE'PI CANTUAR. fol. 47.

Sic incipiunt: "Lanfrancus indignus Sc̃i Dorobernensis Ecc̃lie Antistes, dilectissimis fratribus suis, Henrico Priori, et Cæteris [Monachis] salutem et benedictionem."

Mittit ad Priorem et Monachos Cantuarienses, (ut ipse ait in Præfatione) Ordinis sui [Benedictini] consuetudines scriptas, quas excerpsit ex Consuetudinibus eorem Cenobiorum que majoris auctoritatis sunt in ordine Monachorum. Addidimus quoque [ait] perpauca, et mutavimus nonnulla; et maximè "in celebrandis quibusdam Festis: excellentiùs in nostrâ Ecclesiâ oportere ea agi censentes, propter Primatem sedem."

Nihil habent Constitutiones hæ commune cum Benedicti Regulâ. Hæc enim proponit generales tantum Regulas in vitâ Monachorum observandas: Sed in Constitutionibus his præscribitur Ordo calebrandi divina Officia per totum anni circulum. Subjiciuntur deinde Regulæ, primo, iis qui munero aliquo in Monasterio fungebantur, propriæ; deinde, Monachis omnibus communes.

Edidit primus has Constitutiones Reynerius in Apostolatu Benedictinorum in Angliâ, in Appendice 3tia, pag. 2 [Duaci 1626, fol.] Sed earum divisio in 25 Capita (quorum primum habet 11 Sectiones majores, ei plures minores) in nostro Codice nulla est. Sunt autem multæ Sectiones minores, (eædem pleræque quæ in libro edito) literis pictis distinctæ.

Dacherius, operum Lanfranci editor, suspicatur nonnulla in his a consarcinatore congesta fuisse. Sed an vera sit ea suspicio dubito. Codex certè noster, qui annos 600 habere, (adeoque Lanfranco ipso non multo recentior) videtur, quantum leviter percurrenti observare licuit) cum Reyneriano per omnia consentire visus est.

Scriptus est lineis integris; literis minoribus, rotundis, elegantibus.

9. GUILHELMI DUNHELMENSIS E'PI EPISTOLA AD MONACHOS DUNHELMENSES. fol. 74.

Sic incipit: "Guill. Dunhelmen. &c. Non credo vos discredere"—

Scripta videtur hæc Epistola a Guillelmo Episcopo, primo, qui de Sancto Carilefo dictus est; cum a Guillelmo Rege, secundo, Episcopatu pulsus, exul. in

B. IV. 24. QUARTO. Normanniâ ageret. Absentiæ enim suæ, et tribulationum meminit. Hortatur autem eos, ut ordinem [Monasticum] non deserant; (veritus forte, ne Regis ira, quæ ipsum pepulisset in exilium, eos etiam opprimeret) ut seipsum precibus suis Deo commendent; et omnes Monastici officij partes diligenter exequantur.

Brevis est Epistola; scripta lineis integris; literis majoribus, rotundis, elegantibus; ante annos circiter sexcentos; non multo (ut videtur) post Guillelmi mortem, quæ incidit in annum 1096.

In eâdem pagina præmittitur Tractatûs, vel Sermonis, de Ecclesiasticâ disciplinâ Conclusio.

10. Regula Sancti Benediti. Fol. 75. b.

Præfatio sic incipit: "Ausculta, o fili precepta Magistri"—

Caput 1mum sic: "Monachorum quatuor esse genera manifestum est"—

Habet Capita 73: Sed 62dum, quod a primo Scribâ omissum fuerat, ab alio in imâ paginâ adjectum postea fuit.

Edita est hæc Regula in Bibliothecâ Patrum Latinorum.

Scripta est lineis integris; literis mediocribus, rotundis. Ejusdem videtur ætatis cum Lanfranci Constitutionibus: Sed Scriptura non est adeo elegans.

In folio, quod in fine vacuum superest, subjiciuntur ab aliâ manu:

1. Anselmi Æp'i Cantuar. Epistolæ 2 breves. fol. 95. b. 96.

α. a. Una, ad Antonium Subpriorem: quæ sic incipit: "Gaudeo, et gratias ago "Deo et vobis, pro bono zelo quem habetis"—

b. Altera, ad W. Abbatem Beccensem: Sic incipit: "De voto Monachi, de "quo nostrum audire vultis consilium"—

Non leguntur in Anselmi operum editione Coloniensi, anni 157.

β. De 4 generibus Monachorum; Cenobitis Anachoritis, Girovagis Carnalibus et Spiritualibus, Srcrabaïtis. fol. 96.

Sic incipit: "In omni claustro quatuor illa genera esse Monachorum com-"probantur, quæ beatus descripsit Benedictus"—

Ad verbum pene descriptum est ex Capite 1mo Regulæ Benedicti.

γ. Bernardi Clarevallensis, et Gwill. Rievallensis Abbat. Epistola ad Priorem et Conventum Dunelm. fol. 96.

Quam, cum brevis sit, nec inter Bernardi opera legatur, huc transcribere operæ pretium visum est.

"Dilectis in Christo R. venerabili Priori Dunelm. Ecclesie, et universo Con-"ventui, Frater Bernardus Clarevall. et Frater Gwill. Rievall. Abbates vo-"cati, Salutem et Orationes quas possunt in Domino.

"Ecclesia vestra, diu multumque fatigata, nunc (Domino miserante) a Domino "Papâ libertatem Electionis accepit. Unde hortamur vos, ne in vacuum "Gratiam Dei recipiatis: ne dissensionibus et divisionibus in id ipsum fati-"gationis incidatis; sed concorditer et unanimiter electionum facere stude-"atis, que et Deo placita, et Ecclesie vestre sit necessaria: ut non offendan-

B. IV. 24.
QUARTO.

"tur, neque confundantur amici vestri, qui vos juverunt in hoc negotio. "Sit vobis commendatus Magister iste Laurentius, tum propter nos amicos "vestros, tum quia fideliter et efficaciter pro vobis laboravit in hoc nego-"tio."

R. est Rogerus, qui Algaro in Prioratu successit A.D. 1137: et anno 1149 successorem habuit Laurentium; eundem (ut videtur) quem in hâc Epistolâ commendant, ut Episcopus eligeretur in locum Gaufridi, anno 1140 mortui. Vacabat autem Episcopatus annos 3, propter turbas a Willelmo Comyn motas. At tandem, cum Monachi Legatos ad Papam [Innocentium 2dum] misissent rogatum, ut Episcopum eligendi potestatem illis faceret, (in qua legatione præcipuas fuisse Laurentij partes ostendit hæc Epistola) tandem, facultate impetratâ, elegerunt sibi Episcopum (anno 1143) Willelmum de Sanctâ Barbarâ, Decanum Eboracensem; hujus Commendationis ratione nullâ habitâ.

Epistolæ scriptura videtur ejusdem esse ætatis.

Hujus Electionis historia narratur a Scriptore anonymo in Historiâ Dunelmensi, a Whartono editâ in Angliæ suæ Sacræ tomo 1mo, pag. 710 et 712. Sed in eâ Historiâ Laurentij nulla fit mentio.

In folio 96. b. hæc nota legitur: "Constitutum est in Capitulo a Priore Abso-"lone et Conventu, ut in mandato quod fit in Cenâ Domini, unusquisque "Monachorum duos pauperes habeat, et 6 denarios; ternos denarios singulis "dantes pauperibus. Quod si denarii defecerint de duabus marcis, que ad "hoc deputate sunt de Ecclesiâ de Acleâ, de communi suppleantur, donec "redditus ad hoc deputetur, qui possit sufficere."

Absolon Prior fuit A.D. 1154. Nota hæc ejusdem videtur ætatis. Fuerunt igitur eâ ætate, in Cœnobio Dunelmensi, Monachi saltem 50.

11. Regulæ aliquot Sancti Benedicti versio Saxonica. folio 98. b.

Sic incipit: "Gehyr ÐV min BEARN."

Scripta est lineis integris; literis mediocribus Saxonicis, non inelegantibus. Ejusdem videtur ætatis cum Regulâ superiori: tract. 10.

12. Regulæ aliquot de Officiis divinis celebrandis. fol. 124.

Sic incipiunt: "In omnibus festis Sancte Marie"—

Regulis his inseritur Epistola ad Custodem Notingamensem.

Sic incipit: "Dilectissimo fratri L. Notingamensis Custodi Fr[ater] P. frũm "Cluñ. [fratrum Cluniacensium] servus indignus, sal. gr̃. et beñ. [salutem, "gratiam, et benedictionem.] Multa bona que de vestrâ probitate, et religio-"sâ honestate audivimus, monent nos de vobis bene confidere"—

Monachi hi ad quos hic Cluniacensium servus, et Minister (Provincialis, ni fallor) scripsit, Cluniacenses fuisse videntur. Habemus itaque hic Cluniacensium Monachorum Monasterium, (vel saltem Cellam) Nottingamiæ, et quidem (cum hæc Epistola scripta est) nuper institutum: vocatur enim novella plantatio. At in Monastico Anglicano ejus nulla fit mentio.

B. IV. 24. QUARTO. Videtur hæc Epistola scripta ante annos plus 400.

Folio extremo, quod Libri tegumento adglutinatur, hæ duæ notæ inscribuntur :

α. "Ansketillus filius Gileberti, Lescelina, Rannulf, Basilia, Robertus Cleri-"cus, Walterus Presbiter, Beatrix, et alij infantes ejus. Iste Ansketillus "pro se et supra dictis dabit singulis annis v solidos, & heredes ejus post "ipsum. Si vel ipse p'or [prior] vel Uxor ejus mortua fuerit, x solidos "dabit Sancto Cuthberto"—

β "Hec est conventio inter Sanctum Cuthbertum et m° et Godwin, et Bald-"winum et Ælfwium piscatores, quod eis data sit participatio beneficiorum "Ecctie, et ipsi dabunt decimas sue piscationis de suis retibus et de navi."

[MS[ti] hujus descriptioni pauca quædam subjicio, et imprimis Catalogum Librorum Eccles. Dunelm. antiquum. Vide supra Tract. 1.

J. R. 1823.

I. "Vetus Catalogus Librorum qui in Armariolo Ecclesiæ Cath. Dunelm̃ "olim habebantur." Vide supra Tract. 1.

Vetus et Novum Testamentum in duobus voluminibus et item Vetus et Novum Testamentum in duobus minoribus voluminibus.
Josephus Antiquitatum.
Duo paria Decretorum Ivonis.
Epistolæ Ivonis.
Decreta Pontificum.
Excerpta Canonum.
Excerptiones Decretorum.
Epistolæ Sancti Jeronimi.
Jeronimus super Isaiam.
Jeronimus super duodecim Prophetas.
Jeronimus contra Jovinianum.
Liber Locorum Jeronimi.
Psalterium Jeronimi.
Jeronimus de Hebreis nominibus.
Jeronimus super tres Prophetas, Ezechielem, Danielem, Jeremiam.
Seneca.
Tria volumina Sancti Augustini super Psalterium.
Augustinus de Trinitate & Duo Paria super Johannem.
Duo paria de Civitate Dei.
Duo paria de Confessionibus S. Augustini.
Duo paria super Genesim.
Augustinus de baptismo parvulorum.
Augustinus contra Donatistas.
Augustinus de consensu Ewangelistarum in duobis locis.
Augustinus de Octoginta tribus questionibus.
Retractationes Augustini.
Augustinus de Moribus Ecclesiæ cum ceteris.
Augustinus de Caritate.
Encheridion Augustini.
Prosper ad Ruffinum cum multis Augustinis.
Epistolæ Augustini.
Prosper de activâ et contemplativâ vitâ.
Augustinus de verbis Domini.
Augustinus super Genesim ad litteram in IV quaternionibus.
Augustinus de Pastore.
Augustinus de Natura boni.
Moralia Gregorii in duobus voluminibus & tertia pars moralium in uno volumine.
Paterrus super Gregorium.
Speculum, Registrum, Pastorale. Dialogi duo.
Gregorius super Ezechielem.
Gregorius Nazanzenus.
Origenis super vetus Testamentum.
Expositio super Matheum et super Apocalipsim simul in uno volumine.
Alia expositio super Matheum in parvo volumine.
Prudentius.
Duo paria decem collationum.
Johannes Cassianus.
Ecclesiastica Historia.
Orosius.
Quintilianus.
Solinus.

B. IV. 24.
QUARTO.

Haimo super Epistolas Pauli.
Vita Sancti Germani.
Burchardi duo.
Isidori ethimologiarium cum Macrobio in uno volumine.
Isidori ethimologiarium al. in majori volumine.
Duo Isidor. de Summo Bono.
Isidorus super vetus Testamentum.
Exceptiones Isidori.
Isaias glossatus.
Duo Mathei glossati.
Marcus glossatus.
Quatuor paria Epistolarum Pauli glossati et Duo Paria non glosata.
Passionales VI mensium in IV voluminibus.
Actus Apostolorum.
Effrem.
Didimus de Spiritu Sancto.
Vitæ Patrum.
Diadema Monachorum.
Johannes Crisostomus super Epistolam ad Hebreos.
Rabanus super Matheum.
Vita Sancti Silvestri cum ceteris vitis.
Prognosticon.
Liber Sentenciarum Petri Lumbardi.
Johannes glosatus.
Liber Regum glosatus.
Palladium.
Lucas glosatus.
Ambrosius de Officiis.
——— de Patriarchis.
——— super Lucam.
Exameron Ambrosii.
Epistolæ Cipriani et Ambrosii.
Cur Deus Homo.
Paradysus.
Beda de Temporibus in duobus voluminibus.
—— super Genesim ad litteram.
—— de Tabernaculo.
—— super Samuhel.
—— super Cantica Canticorum.
—— super Marcum et Lucam.
—— super Canonicas Epistolas.
—— super Actus Apostolorum.
—— super Parabolas Salomonis.
Cassiodorus super Tripartitam Historiam.
——— super Psalterium.
Omeliaria tria.
Gilebertus Porree sup. Psalterium in duob. vol.
Historia Anglorum.
Liber de Gestis Francorum.
Liber de Gestis Normannorum.
Gesta Pontificum Anglorum.
Collectiones Cliberti.
Liber Penitentiarum.
Consuetudinarium.
Epistolarium.
Collectarium antiquum.
Sententiæ Magistri Hugonis.
Duæ vitæ Sancti Cuthberti.
Expositio super Ecclesiasten.
Prisciani Magni v. tres integri & duo imperfecti.
Prisciani de Constr. duo.
Epithoma. Prisciani iii.
Libri sex de glosis Prisciani Magni.
Libri duo de glosis Prisciani de Constr.
Victorini duo super Rhetoricen.
Rhetorice iii.
Arimetrice ii.
Astralabe ii.
Jeometria.
Libri xxv. de dialectica.
Boecius de divisionibus.
Boecius de Consolatione—duo glosati, tres non glosati.
——— de Trinitate.
——— Musica.
Glosæ super Boecium duo paria.
Tria Commenta Boecii.
Salustii iii.
Timeus Platonis.
Iginus.
Marcus Tullius de Legibus.
Esopus & alii tres Libri de Fabulis.
Remigius super Donatum.
Eutropius.
Liber de Statu Dunelmensis Ecclesiæ.
Libellus Repudii.
Expositio Haimonis super Isaiam in sex quaternionibus.
Epistolæ Alchwini.
Miracula de Sancta Maria.
Libri tres Prioris Algari.
Expositiones binæ super Ecclesiasten.
Ars Foci.
Fabius Placidus.
Gerlandi duo.
Helpericus.
De Itinere Jerusalem libri duo.
Macrobius de Somno Cipionis in duobus locis & alius imperfectus.
Terentius cum Glosis.

B. IV. 26.
QUARTO.

Tullii de Amicitia duo & de Senectute.
Sidonii tres.
Pompeius Trogus.
Abachas duo.
Scutum Bedæ.
Epistolæ Hildeberti iv paria.
Epistolæ Canonicæ Glosatæ.
Liber Sermonum Sanctæ Mariæ.
Libri iv de Meditationibus Anselmi.
Liber Dirocheum.
Vita Margaretæ Reginæ.
Vitæ binæ Sancti Anselmi.
Liber de vitis Abbatum de Weremouth.
Job glosatus.
Putiphar.
Liber Picturæ.
Vita Sancti Brendani.
Liber Bernardi Abbatis de Epistolis.
Bernardus super Cantica Canticorum.
Apocalipsis glosatus.
Item Apocalipsis.
Cantica Canticorum.
Glosæ super Cantica Canticorum.
Genesis glosatus.
Parabolæ Salomonis.
Duo Paria glosarum super Epistolas Pauli.
Quinque Paria glosarum super Psalterium.
Tituli Psalmorum.

Alius Maximus cum Omero.
Lucani IV$^{or}$.
Juvenalis.
Sedulius.
Prudentius.
Aratores II°.
Claudii II°.
Aviani II°.
Oratii integri II°.
Ode Oratii.
Donatus.
Glosæ super Lucanum.
Glosæ super Poetriam.
Regulæ de Gramatica.
Persius.
Liber de Vastatione Trojæ.
Prosper cum Aratore.
Cato cum Theod. & Persio.
Ovidus de Nuce.
Prosper.

Hii Libri de Phisica. Pantegni. Duo Paria Antidotariorum. Pars Practicæ Constantini. Galienus. Item niger Galienus cum multis libris medicis. Viaticum. Libri Graduum tres. Experimenta bina. Liber aureus. Tegni Galieni. Ysagoge. Liber Phisices cum albo cooptorio cum Cirurgia & alia Cirurgia. Liber Gervasii Medici.

Libri Anglici. Omeliaria vetera duo. Unum novum. Elfledes Boc. Historia Anglorum Anglice. Liber Paulini Anglicus. Liber de Nativitate Sanctæ Mariæ Anglicus. Cronica duo Anglica.

Virgilius Pagani integer.
Virgilius alius imperfectus.
Bucolica & Georgica Virgilii.
Servius super Virgilium.
Stacius Thebais.
Stacius Achilleid. II°.
Ovidius Magnus.
Ovidii Epistolæ.
Ovidius de Ponto.
——— Trist. cum Ovidio de Ponto.
——— de Amatoria arte II°.
——— sine Titulo.
——— de Remedio.
——— in Ibin.
——— de Fastis.
Maximianus.

Lectionaria nova duo & duo vetera.
Unum Breviarium Rannulfi Episcopi in duobus voluminibus.
Hymnarii tres.
Psalteria tria glosata.
Psalterium Dunning.
——— Eadwini glosatum.
Psalteria Eadulfi duo.
Psalterium Ricardi de Waltham.
——— Rodberti filii Nigelli.
——— Ailrici.
——— Serlonis.
——— Arkilli (habet Silurus.)
——— Durandi.
——— Gameli.
——— Lefwini.
——— Fulconis cum Commune Sanctorum & duo paria Psalteria Fulconis.
——— Samuhelis.
——— Elfredi.
——— Paulini.
——— quod habet R. de Besebi.

B. IV. 24.
QUARTO.

Psalteria Clementis duo.
Psalterium Radulfi de Cirencestre.
——— Radulfi Elem'. (qu Elemosinarii?)
——— Aschetini.
——— Aldredi.
——— Turoldi.
——— Willelmi.
——— Rodberti Hare.
——— Alexandri.
——— Petri.
——— Bernardi ad Sepulchrum.
——— Archidiaconi Rannulfi.
——— Bernardi in communi Armariolo.
——— Simundi.
Psalteria duo Hugonis.
Psalterium Thomæ Prioris.
——— Benedicti.
——— Ricardi de Cletham.
——— Ask'(Asketini s. Asketilli) junioris.
Psalteria duo Simundi conversi.
——— duo Turoldi junioris, unum glosatum & alterum non glosatum.
Psalterium Uctredi.
——— Leofwini quod habet Walterius nepos ipsius.
Duo paria Decretorum Gratiani.
Summa super Decreta Gratiani.
Duo Paria Institutorum.
Excerptiones Decretorum Gratiani.

Hii sunt Libri quos Magister Herebertus Medicus dedit Sancto Cuthberto.

Liber Febrium Ysaac qui dicitur Liber Constantini de Febribus.
Liber Simplicis Medicinæ in uno volumine.
Liber Pantegni.
De Theorica decem particulæ in uno volumine.
Item Exceptiones de Libro Democriti.
Liber Urinarum Ysaac.
Deflorationes Megategni in XII particulis.
Liber Epidimiarum.
Liber Ypocratis Peritio Noxôn Nosematôn.
Consilia Magistri Reginaldi Montis Pessulani in uno volumine.
Exceptiones de Libro Pauli.
Priscianus de Accentibus.
Parabolæ Petri Amphulsi.
Liber Aurelii Ambrosii.
Liber Diascoridis.
Liber de Natura Lapidum in uno volumine.
Item Liber Aureus.
Item Antidotarium Alexandri.
Item Liber Simplicis Medicinæ s' Tullium de Animalibus.
Liber Stomachi s' constanter.
Liber Prognosticorum Ypocratis.
Liber Constantini de Melancholia.
Liber Cirurgiæ Magistri Rogeri Sal'nitani.
Liber Macri de virtutibus Herbarum.
Versus Magistri Egidii de Urina.
Liber Macri de Simplicibus.

Libri Reginaldi.

Isidorus Ethimologiarum.
Sacramenta Hugonis.
Sermones G. Babiun.
Breviarium cum Missale.

Libri Laurentii Prioris.

Psalterium glosatum secundum Magistrum Anselmum.
——— aliud secundum Magistrum Ivonem.
Epistolæ Pauli glosatæ.
Isaias glosatus.
Libri duo Sermonum Abbatis de Claravalle.
Versarius unus.
Tullius de Amicitia.

Libri Willelmi de Nunnewic.

Breviarium parvum itinerarium.
Liber Laurentii Prioris versifice.
Epistolæ Cenomanni Episcopi.
Vita Sancti Cuthberti.
Vita Sancti Wilfridi.
Vita Sancti Oswaldi et Vita Sancti Benedicti in uno vol.
Isidorus de summo bono.
Institutiones Noviciorum.
Cantica Canticorum.
Vita Sanctæ Brigidæ.
Soliloquia Isidori.
Liber qui dicitur "Quid est tibi mare quod fugisti."

B. IV. 24.
QUARTO.

LIBRI GUARINI.

Libri Institutionum.
Terentius.
Oratius.
Juvenalis.
Donatus.
Rhethorica.
Priscianus de Constructionibus.
Theodolus.
Virgilius.
Marcianus.
Ovidius Magnus.
Boetius.
De Libro qui vocatur "Pauperum" xii quaterniones.
Meditationes Anselmi in v quaternionibus.
Libellus qui Pragmaticon intitulatur.
Libellus de Genesi.
Epistolæ Cinnomanni.

LIBRI THOMÆ PRIORIS.

Psalterium.
Vita Sancti Cuthberti.
Ysidorus de Summo Bono.
Libri duo de Sermonibus.
Liber de diversis significationibus.
Epistolæ Cinnomanni.
Unum gradale.
Vita Sanctæ Katherinæ.
Libellus de Causis Quintiliani cum quibusdam Sermonibus.

HII SUNT LIBRI QUI LEGUNTUR AD COLLATIONEM.

Vitæ Patrum.
Diadema Monachorum.
Effrem cum vitis Egiptiorum.
Paradisus.
Speculum.
Dialogus.
Pastoralis eximius Liber.
Ysidorus de Summo Bono.
Prosper de contemplativa vita.
Liber Odonis.
Johannes Cassianus.
Decem Collationes.

## II. NOMINA QUÆ IN KALENDARIO (SUPRA TR. 5.) OCCURRUNT.

XV. Kal. Febr. Obiit Rodbertus miles & monachus.
V. Kal. Febr. Obiit Hilduuinus.
VIII. Id. Febr. Obiit Rannulfus cancellarius.
VI. Id. Febr. Obiit Turstinus Archiepiscopus (Ebor. Ob. 1139.) Et Elfredus pater Willelmi Episcopi & Isabel Mater ejus.
VIII. Kal. Mar. Obiit Gotscelinus.
V. Kal. Mar. Obiit Osbertus pater Domini Archiepiscopi Thomæ.
XVII. Kal. Apr. Obiit Laurentius Prior (1154.)
XV. Kal. Apr. Obiit Absalon Prior (1162.)
XIV. Kal. Apr. Obiit Algarus Prior (1137.)
IX. Kal. Maii. Obiit Giraldus miles & monachus.
III. Kal. Maii. Obiit Guerinus miles & monachus.
II. Kal. Maii. Obiit Willelmus Prior de Redeforda.
II. Id. Maii. Hic Gualcherus Episcopus cum suis occiditur (in Eccles. de Gateshead A°. 1080.)
XII. Kal. Jun. Obiit Hamelinus miles et monachus.
V. Id. Jun. Obiit Muriel mater Domini Archiepiscopi Thomæ.
XI. Kal. Octobr. Obiit Mathildis Comitissa de Moretonio.
Kal. Octobr. O. Gislebertus pater Willelmi Prioris de S. Barbara et Robertus & Walterius & Johannes fratres ejus.

B. IV. 24. QUARTO.

## III. Monachi & alii quorum in Margine Martyrologii (supra tract. 6) fit mentio.

| | |
|---|---|
| Kal. Jan. | Obiit Willelmus Dunelmensis Episcopus primus et Ascelina mater ejus; et Wlstanus Wigornensis et Walkelinus Wintoniensis Episcopi et Turstinus Monachus S. Augustini pater Rannulfi Episcopi, et Odo et Alfredus & Wikingus et Ædwinus et Lambertus et Bainardus nostræ congregationis Monachi et Gwalterus clericus & Ælfgeva and Ælfwinus et Helevisa et Ricardus Abbas de Witebi. |
| III. Id. Jan. | Ob. Ædgarus Rex Scottorum et Paschalis Decanus, & Radulfus Canonicus Sanctæ Crucis de Waltham, et Martinus & Vitalis Sacerdotes nostræ congregationis monachi, et Æilredus Abbas, Willelmus ...... Rievall et Edredus monachus & Rodbertus monachus & Radulfus clericus filius Rannulfi Episcopi. |
| X. Kal. Febr. | Ob. Paschalis Papa et Willelmus Wintoniensis Episcopus et Ricardus Abbas, et Aldredus et Farmannus et Ædwardus et Gamelo et Adam et Ærnanus et Thuroldus Sacerdos nostræ congregationis monachi, et Singar et Sungeva. |
| IV. Non. Febr. | Ob. Willelmus et Ricardus et Johannes et Waltherus et Ricardus et Rodbertus et Willelmus et Ærnaldus sacerdotes, nostræ congregationis Monachi, et Paganus miles et Walterus decanus, et Ælwardus sacerdos. |
| XIII. Kal. Mar. | Ob. Alexander Episcopus Lincolniensis et Ægeluuinus Abbas Coveshamiensis, et Dunecanus, et Fulco, et Eduuinus Sacerdos, Ælfredus, nostræ congregationis fratres et Monachi, et Ingeberga Comitissa et Bruningus Presbiter, et Ligulfus et Ælfleda et Normannus conversus, nostræ congregationis Mon. |
| VII. Kal. Mar. | Ob. Ærnanus nostræ congregationis Monachus, et Wlsin. ...... anachorita, et Normannus clericus, et Matildis uxor Rogerii, et Albr ...... mater Michaelis et Ælricus Heremita. |
| Kal. Mar. | Ob. Rodbertus Sacerdos, et Seulfus, et Durandus clericus et Hylarius nostræ congregationis fratres & Monachi et Willelmus de Greinewill et Magister Lefricus Monachi ad succurrendum. |
| V. Non. Mar. | Translatio Dunelmensium Episcoporum Alduni, Walcheri, Willelmi et Thurgoti Scottorum Episcopi. |
| VIII. Id. Mar. | Ob. Romanus sacerdos nostræ congregationis frater et monachus, et Lefwinus Monachus, et Unspacus Clericus. |
| XIV. Kal. Apr. | Obierunt Algarus et Laurentius et Absalon Priores et Udulfus et Osbernus, et Ricardus Diaconus, et Joseph sacerdos, et Daniel subdiaconus; et Lefwinus nostræ congregationis Monachi, et Osmundus pater Willelmi Episcopi, et Alanus puer, et Wlfgypha, et Nicholaus conversus nostræ congregationis frater & Monachus et Rodbertus de Stutevilla. |
| VI. Kal. Apr. | Obierunt Henricus et Gaufridus Sacerdotes nostræ congregationis fratres. |
| VIII. Id. Apr. | Obierunt Gregorius, Radulfus, Ricardus, Elfredus, sacerdotes, et Elfwinus, Gilebertus et Rogerius, conversi, nostræ congregationis fratres et Monachi, et Reinerius miles, et M. M.... Aculf filius Etle, et Edmundus. |
| III. Id. Apr. | Ob. Alduuinus Prior et Johannes, et Vivianus, et Turkil, et alius Aldwinus sacerdos, et Elfricus conversus, et Odo, et Elfredus, et Hugo nostræ congregationis fratres et Monachi, et Laurentius Abbas Westmonasterii. |

**B. IV. 24.**
QUARTO.

| | |
|---|---|
| Id. Apr. | Ob. Hathewisa Neptis Willelmi Episcopi et Aluredus monachus, et Hugo monachus. et Rodbertus Comes Leicestriæ et Amiza Comitissa uxor ejus. |
| XIV. Kal. Maii. | Ob. Theobaldus Cantuariensis Archiepiscopus. |
| X. Kal. Maii. | Ob. Gamelo et Godwinus Sacerdotes nostræ Congregationis Monachi, et Siwardus Mercator et ... Comes et Wal. de Merlai et Thomas conversus. |
| VII. Kal. Maii. | Ob. Thomas Prior. Ob. et Alexander Rex Scottorum et Soror ejus Matildis Regina Anglorum, et Os.... et Warinus, et Alanus, et Daniel diaconus, et Robertus de Mundevill monachus. |
| V. Kal. Maii. | Edwardus miles et Editha soror ejus. |
| III. Non. Maii. | Johannes Abbas de Chelcohu (Kelso.) |
| II. Non. Maii. | Ob. Gaufridus Dunelmensis Episcopus et Rogerus et Samuel conversus, et Alanus Sacerdos, et Serlo conversus, fratres nostræ congregationis, et Seberius, et Ædricus canonicus. |
| VIII. Id. Maii. | In Britanniis Depositio Beati Johannis Episcopi, cujus gloriosa Miracula fulgent in Gente Northanhymbrorum quam pontificali rexit dignitate. |
| VII. Id. Maii. | Translatio Sancti Nicholai. |
| II. Id. Maii. | Ob. David Rex Scottorum, et Walcherus Dunelmensis Episcopus cum suis, et Samson Wigorniensis Episcopus, et Ricardus Episcopus Sancti Andree in Scotia, et Theodoricus, et Aidanus, et Aculfus Sacerdos, et Wigotus Monachi nostræ congregationis, et Herebertus pater et Orenga mater Rogeri, et Thorh longus. |
| XII. Kal. Jun. | Ob. piæ memoriæ Godricus Heremita de Finchall et Alquinus Prior Westmonasterii—Monachus Ecclesiæ S. Albani. Pro his duobus fiat annuatim servitium plenarie sicut pro monachis nostris professis. |
| VIII. Kal. Jun. | Obierunt Alanus Senior Sacerdos, et Elwinus, et Papa, et Huctredus, et Rodbertus et Turstinus, et Brianus Sacerdotes, et Goffridus conversus nostræ congregationis monachi, et Walterus Monachus ad Succurrendum et Æluredus. |
| IV. Non. Jun. | Ob. Leofwinus bonæ vitæ Monachus, et Ædmundus, et Rodbertus monachi nostræ congregationis et Radulfus canonicus. |
| II. Non. Jun. | Translatio Dunelmensium Episcoporum Eadmundi et Ædredi. |
| XVII. Kal. Jul. | Obiit Osmundus et Got. ...... et Godricus sacerdotes, et Reinfrridus conversus & Rogerus sacerdos nostræ congregationis monachi. Et Godricus et Normannus presbiter et Thedbaldus monachi ad. succ. et Adalisa Fossard. |
| IV. Non. Jul. | Ob. Walterus Monachus, et Rogerius, et Martinus Sacerdos et Robertus et Baldwinus conversi nostræ congregationis fratres et Monachi, et Hugo Eboracensis Archidiaconus. |
| VIII. Id. Jul. | In Britannia Depositio beati Boisili Presbyteri et Confessoris. |
| VI. Id. Jul. | Ob. Sibilla Regina Scottorum et Walterius Archidiaconus Eboracensis & Thuroldus, et Robertus monachus et Ricardus monachus, et Vivianus monachus, nostræ congregationis fratres et monachi. |
| III. Kal. Aug. | Ob. Ægelwardus, et Rodbertus sacerdos, et Arkillus nostræ congregationis fratres et monachi, et Rodbertus et Raven, et Eudo, et Gaufridus monachi ad succ. |
| Kal. Aug. | Ob. Guillelmus Rex Anglorum, Godwinus et Helyas et Duningus et Asketinus, et |

| | |
|---|---|
| | Martinus, et Benedictus et Walterius nostræ congregationis monachi et Walterius canonicus de Waltham. |
| VI. Id. Aug. | Ob. Wido Abbas & Alanus miles frater Willelmi Episcopi, et Collingus, et Snoarri monachus et conversus, et Leofgarus, et Moyses et ...... binus, et Gerardus et Ricardus monachi & Sacerdotes nostræ congregationis. |
| XIII. Kal. Sept. | In Britanniis Natale Sancti Oswini Regis et Martiris. |
| X. Kal. Sept. | Ob. Eadmundus, et alius Eadmundus, et Odo, et Bernardus, et Rodbertus monachus, et Johannes et Elfwinus nostræ congregationis fratres et monachi, et Rodulfus, et Glauus. ad succurr. et Eastritha. |
| VIII. Kal. Sept. | Item festivitas Sanctæ Ebbæ Virginis. |
| II. Kal. Sept. | In Britannia, Sancti Aidani primi Lindisfarnensis Episcopi. Eodem die commemoratio Sanctarum reliquiarum ejusdem Ecclesiæ. Ob. Turgotus Episcopus Scottorum, et Gregorius sacerdos, et Martinus et Radulfus nostræ congregationis monachi, et Radulfus Uuintoniensis. |
| Non. Sept. | Ob. Rannulfus Dunelmensis Episcopus. |
| V. Id. Sept. | Ob. Willelmus Rex Anglorum, et Goduuinus et Rogerius nostræ congregationis monachi, et Gosfridus, et Esteias, et Merevinus sacerdos & monachus & Patricius sacerdos & monachus nostræ congregationis et Johannes Archidiaconus monachus & professus. |
| III. Id. Sept. | Eodem die Octavæ Sancti Cuthberti. |
| XIV. Kal. Oct. | Obierunt Columbanus anachorita et Heinricus Archidiaconus, & Yvo et .. lmarus Sacerdotes, nostræ congregationis monachi, et Æilæf presbiter ad succ. |
| VII. Kal. Oct. | Ob. Swartebrandus, et Walterus conversus, nostræ congregationis fratres et monachi, et Rogerus Sacerdos, et Hugo. |
| II. Kal. Oct. | Ob. Innocentius Papa, et Æluredus, & Ægelredus et Æilricus, et Willelmus et Gamelo filius Malgeri & Ældredus, monachi professi. |
| III. Non Octobr. | Ob. piæ memoriæ Paulinus Sacerdos, et Rodbertus et Willielmus Sacerdotes, et ...evieth conversus, nostræ congregationis monachi, et Godwinus heremita, et Wlfricus, et Æthelardus, et Eadwardus canonici, et Arkillus presbyter. |
| IV. Id. Octobr. | In Britannia, Sancti Wilfridi Episcopi. |
| II. Id. Octobr. | Obierunt Haroldus Rex cum suis, et Aldunus et Edredus, et Eadmundus et Ægelricus Episcopi, et Symeon et Benedictus, et Swanus et Ægelricus, nostræ congregationis fratres & monachi, et Robertus clericus et Willelmus presbyter & monachus, et Egfrida & Rodb......... Archidaconus & monachus. |
| VIII. Kal. Nov. | Ob. Robertus Abbas Sancti Albani. |
| VI. Kal. Nov. | Ob. Æthelstanus & Stephanus Reges Anglorum & Matildis Regina, et Samuel & Paganus et .... bertus et Reginaldus, monachi nostræ congregationis, et Herebertus clericus et Lefilda et Robertus Canonicus de Waltham. |
| VIII. Id. Nov. | Ob. Asketinus et Willielmus sacerdotes et David sacerdos et Ædmundus et Clibertus conversi & monachi nostræ congregationis, et Uhtredus filius Maldredi et Hugo, et Raulfus Presbyter. |
| II. Id. Nov. | Ob. Helias et Ærnaldus & Hugo Sacerdotes et Ketell et Ægelricus et Gilebertus et Gervasius, monachi professi. |

B. IV. 24. QUARTO.

| | |
|---|---|
| Id. Nov. | Ob. Willelmus Dunolmensis Episcopus secundus, et Cnut Rex Anglorum et Malcolmus et Dunecanus Reges Scottorum et Margarita Regina, et Eduuardus, et Scott filius Elstani, et Maldredus & Æstritha, & Agnes. |
| XV. Kal. Dec. | In Britannia—Depositio Sanctæ Hildæ Virginis. |
| XI. Kal. Dec. | Ob. Willelmus cantor, et Ælfwinus et Nicolaus nostræ congregationis monachi, et Nigellus de Albineio, et D...va, et Robertus conversus et Liulf filius Uctredi. |
| IV. Non. Dec. | Ob. Henricus Rex Anglorum, et Æifwoldus campanarius de Lundonia, et Langliva et Patricius sacerdos et Asketinus conversus, monachi nostræ congregationis. |
| VI. Id. Dec. | Ob. Melcolmus secundus Rex Scottorum, et Godwinus, et Petrus, et Alanus; et Alanus Prior de Coldingham, sacræ nostræ congregationis Monachi, et Cristina Sanctimonialis de Silva. |
| XVIII. Kal. Jan. | Obierunt Calixtus Papa, et Ricardus, et Petrus, et ...... gehnarus, et Odo, et Alanus, et Leofwinus, et Jacobus, nostræ congregationis monachi, et Ranulfus sacerdos, et Cuthbertus Prior de Giseburne et Nicolaus monachus, et Stephanus Cadonum, et Tetbaldus Baiocensis Ecclesiæ canonicus, et Æilaf sacerdos et monachus, et Cospatricus comes et monachus,* et Rannulfus Archidiaconus et Udardus conversus & Ricardus sacerdos, et Adam, monachi ad succ. |

* Cospatricii hujus, Comitum de Dunbar et Hume antecessoris, et Eccles. Dunelm. et Coldingham. benefactoris munifici, sepulchrum nuperrime (sc. anno 1821) in Cemiterio Eccles. Dunelm. repertum, constat ex Lapide cavato et operculum sic inscribitur.

+ GOSPATRICVS COMES :·

Hodie in Ecclesia locatur.

## 25. Willelmus. Ailredus.

1. Encheridion W'lli Arch'd'. [Willelmi Archidiaconi.]

Titulus hic est a manu non primâ; sed antiquâ tamen; ab aliâ, "Questiones breves, sed utiles, super quatuor libros Sententiarum."

Quæstiones numero sunt 209.

Præfatio sic incipit: "Cupientes cum Samaritano medicamentum"—

Præfationem excipiunt Quæstionum tituli.

Si Willelmus hic fuit Archidiaconus Dunelmensis, videtur fuisse ejus nominis vel primus, qui vixit A.D. 1174, decem post Petri Lombardi mortem annis: vel potius fortasse secundus, qui Collegium Universitatis Oxonij instauravit A.D. 1219. Et sane Scriptura hujus tractatûs non videtur eâ ætate multo esse recentior.

Inter Guillelmos, Scriptores Anglicos, nullum invenio Archidiaconum, qui aliquid scripserit: nec quenquam alium, qui eo seculo in Libros Sententiarum Enchiridion, vel Quæstiones ediderit. Videtur itaque hic liber Bibliothecariis nostris scriptoribus incognitus fuisse.

Scriptus est hic tractatus lineis dimidiatis; literis minoribus, acuminatis; ante annum 1300.

In folio primo: "Lib̃ Sc̃i Cuthb̃ d Dunel̃." Ejusdem videtur ætatis.

B. IV. 25. 2. DIALOGUS VENERABILIS AILREDI, ABBATIS RIEVALLIS, DE ANIMA.
QUARTO.
Folio 83 ad 128.

Sic incipit: "Que hujus est, mi Johannes, tam inopinati adventûs tui causa?"

Dialogus est inter Ailredum, et amicum ejus Joannem; cujus nullam apud Bibliothecæ Ecclesiasticæ conditores mentionem invenio.

In fine leguntur hi duo versus:

"Hoc opus hic metam vitâ rapiente poetam
"Sortitur morti superum sociando cohorti."

Quorum verborum hic ordo est: "Hoc opus hic sortitur metam [finem;] morti "[pro morte, rythmi gratiâ] rapiente Poetam [auctorem è] vitâ, [et eum] "sociando cohorti superûm."

Videtur itaque hic Dialogus imperfectus, et post mortem Auctoris editus.

Scriptus est lineis integris; literis mediocribus, rotundis, satis elegantibus; circiter annum 1200; adeoque non multo post Ailredi mortem, quæ incidit in annum 1166.

26. TRACTATUS 22.

1. CONSTITUTIONES aliquot factæ a Prioribus et Conventu Dunelm. ab anno 1153 ad 1260.

Scriptæ sunt lineis integris; literis parvis, cursivis; non multo (ut videtur) post eum annum in quo desinunt, scil. 1260.

Implent folia 7½.

[Ex constitutionibus his, antiquum Eccles. Dunelm. statum et regimen mirè illustrantibus, unam de Bibliothecâ editam subjicio. J. R.

QUOD NULLUS LIBER DE ARMARIOLO ACCOMODETUR SINE MEMORIALI. Fol. 5.

Item statutum est per eosdem (sc. Priorem et Conventum Dunelm.) ut nullus Liber accomodetur alicui per Librarium vel per alium nisi receperit memoriale equipollens; nisi fuerit ad instantiam Domini Episcopi.]

In foliis duobus, quæ Constitutiones has sequuntur, Notulæ quædam scriptæ sunt, ne vacuum (ut videtur) spatium relinqueretur.

α. Edvardi [2^di] Regis Charta de Inspeximus, quâ confirmat Villæ Novocastri Burgensibus Privilegia quædam eis a Rege Johanne concessa.

β. Acquietantia data Johanni [Fossour] Priori Dunelm̃. [A.D. 1350] pro arreragio cujusdam annuæ pensionis debitæ Giłło [Gilleberto] de Midilton per Priorem Dunelm.

γ. Terre quas Johannes de Hetworth, vel sub sigillo communi a Conventu Dunelm. concessas tenuit; vel sine alicujus Terrarij dimissione usurpavit, anno 1345.

δ. Quærenda ab iis qui Religionem ingrediuntur. "Utrum—debeant aliquid.— "Professi sint in aliquâ Religione.—Liberi sint an servi.—Conjugati.—Ex- "communicati.—Judicio sanguinis interfuerint. &c."

Occurrunt infra in hoc Volumine, tract. 22.

B. IV. 26. QUARTO. 2. REGULA BEATI BENEDICTI. Folio 40.

Sic incipit: "Ausculta, o fili,"—

Scripta est lineis integris; literis acutis, sive Secretariis; circiter annum 1400.

Occurrit iterum hæc Regula: bis Latinè; B. IV. 24. tr. 10: et infra, IV. cod. 41, tract. 8: & Saxonicè, IV. 24. tract. 11.

Regulæ hic præmittuntur:

α. Singulorum Capitum et Sectionum Exordia. fol. 12.

In fine: "Liber Sancti Cuthberti, ex procuratione fratris Rogeri de Alver-"ton."

β. Rerum in Regula contentarum Tabula alphabetica. fol. 14. b.

γ. Qualiter Religiosi admonendi sunt ad Confessionem. fol. 37. b.

Admonitio hæc sic incipit: "Petisti a me, charissime, ut tibi scribendo ali-"quam tractationem doctrine"—

Scripta est ab aliâ manu in duobus foliis, quæ vacua relicta sunt inter Indicem superiorem et Regulam.

In fine Regulæ subjiciuntur: folio 63. b.

α. Epistola Willelmi 1mi Episcopi ad Monachos Dunelmenses.

Eadem est quæ supra legitur: B. III. Cod. 18. tract. 14. et B. IV. 24. tract. 9.

β. Nota ex Chronicâ Westmonasteriensi, ad annum 1334, de Benedicto 12mo Papâ in locum Joannis 22di subrogato.

3. FRAGMENTUM majoris operis: quod Archiepiscopus Eboracensis non debet visitare Ecclesias in Hoveden-shire, et Alverton-shire. folio 64.

Ait, Thomam Archiepiscopum, et alios ejus successores, immunitatem hanc Ecclesiæ Dunelm. concessisse.

Scriptum est ante annum 1300.

4. PONTIFICUM ALIQUOT STATUTA de disciplinâ Monachorum Benedictinorum.

α. Gregorij noni Statuta super Reformatione Monachorum Ordinis Sancti Benedicti. folio 64. b.

Sic incipiunt: "Inprimis ordinamus quod omnes Mon."

Gregorius 9nus fuit Papâ ab anno 1227 ad 1241.

Non leguntur in Bullario magno; nec in Spelmanni Conciliis.

β. Bulla Innocentij ad Ep̃um Dunelm. folio 67. b.

Sic incipit: "Innocentius Ep̃us—Ep̃o Dunelm. &c. Cum, sicut accepimus, "Abbates, Priores, et Monachi ordinis Sc̃i Benedicti tue Civitatis et Dioc."

Innocentius Papa 4tus, cum audivisset, Gregorij 9ni Statuta non observari, hâc bullâ mandat Waltero de Kirkham, Episcopo Dunelmensi, "ut de eâ re "inquireret, et faceret statuta ipsa ab universis personis ejusdem ordinis ex-"actâ diligentiâ observari."

Data est hæc Bulla Perusij, Id. Martij. [Martij. die 15] Pontificatûs anno 10mo, i.e. A.D. 1253: electus est enim Papa anno 1243, 8. Cal. Jul. [Jun. 24.] v. Onuph. Panv. Chronicon Pontif.

B. IV. 26. QUARTO. Gregorij Statuta, et Innocentij Bulla, ab eâdem manu sunt: et videntur non multo Innocentij ætate esse recentiora; certè ante annum 1300 scripta fuisse.

γ. Innocentij 4ti Bulla, de Privilegio speciali Priori concesso liberè dispensare cum suis super observatione Statutorum et Preceptorum que non sunt de Substantiâ Regule, et etiam liberè absolvere de earum transgressione.

Folio 68.

Sic incipit: "Innocentius Eps — Priori Monasterij Dunelm. [Bertramo de "Middleton.]—Ex parte tuâ fuit nobis humiliter supplicatum, ut (cum ob-"servantia tui ordinis ab ipsâ sui institutione multum sit rigida et difficilis "ad ferendum, fuerintque postmodum per felicis recordationis Gregorium "Papam Predecessorem nostrum, et quosdam alios, tam auctoritate Sedis "Apostolice, quàm Legatorum ipsius superaddita Statuta gravia, et pre-"precepta diversarum penarum adjectione vallata) ne contingat"—

In fine: "Dat. Lateran. tertio Kalend. Martij, [Feb. 27] Pontificatûs nostri "anno undecimo, sed A°. Gre. MCCL. [Anno Gratiæ 1250.]

Adjicitur ab aliâ manu, sed ejusdem (ut videtur) ætatis, hæc nota: "Et sic, dic-"tum Privilegium extenditur ad Constitutiones Otonis, qui Legatus erat in "Angliâ circa Annum Gratie 1240: Sed non extenditur ad Constitutiones "Otoboni, que edite sunt circa An. Gre. 1266: et eâ ratione impetratum est "per Jo. W. [Wessington] Priorem Privilegium Eugenij."

Sed an hæc Bulla genuina sit dubito: quia

1. Cum idem Papa, anno præcedente, Episcopo Dunelmensi mandâsset, ut inquireret, verumne esset quod audiverat, Gregorij 9ni Statuta non observari; et faceret, ut ab omnibus Monachis diligentius in posterum servarentur: non verisimile videtur, eum, brevi adeo post tempore, mandata sua, inconsulto Episcopo, quodammodo rescidisse; aut nullam literarum, quas ad eum scripserat, mentionem fecisse. Ait quidem in hâc Bullâ, "Non obstantibus ali-"quibus literis Venerabili Fratri nostro Cantuar. Archiepo, seu cuicunque "alij ab Apostolicâ sede sub quocunque tenore directis"—Sed literarum ad Episcopum Dunelmensem paulo ante de eâdem re scriptarum, in Bullâ ad Priorem Dunelmensem missâ, peculiaris haberi ratio debuit.

2. Indulgentiam hanc in causâ quæ Monachis omnibus communis erat, Papa non videtur concessurus fuisse Duuelmensibus solis. Si vero dicatur, fuisse eam Indulgentiam generalem, Exempla vero ejus ad universa et singula Benedictinorum Cœnobia transmissa fuisse; vix videtur probabile, omnia Benedictini ordinis (per totam Europam) Monasteria, editâ Innocentij Bullâ priori (anno 1253,) adeo statim fuisse commota, ut uno quasi impetu facerent, id quod Dunelmenses Monachi hic fecisse dicuntur: (quanquam id factum ab iis non legimus, cum Gregorius nonus Statuta sua, harum querelarum causam, non multo ante promulgasset:) scilicet ut Papæ eodem tempore supplicarent (quasi communicatis inter se consiliis) de Statutorum rigore relaxando. Neque magis verisimile est, Curiam Romanam, (in quâ negotia pleraque, majoris

B. IV. 26. QUARTO. præsertim momenti, in longum extrahi solent) tam cito petitioni eorum annuisse; idque cum rogabant, ut Decretum ejus nuperum revocaretur.

3. Si Innocentius 4tus Papa Monasticæ disciplinæ rigorem anno 1250 [rectiùs, 1254] relaxavit; vix videtur Othobonus, Pontificis Legatus, et ejusdem Innocentij fratris filius, quatuordecim post annis (in Concilio Londinensi, A.D. 1268) eum ita denuo confirmasse, ut novâ ejus relaxatione postea opus esset; quod legimus in notâ quæ huic Bullæ subjicitur.

4. Annus Innocentij 4ti undecimus incidit non in annum 1250, qui subscribitur Bullæ, sed in 1254. Sed is forte Scribæ error est.

5. Cum Bulla prior (ad Episcopum Dunelmensem) omnino videatur genuina quippe paulo post Innocentij ætatem scripta; posterior multo recentior est: ab eâdem enim est manu, quâ Bulla (quæ eam sequitur) Eugenij 4ti, quæ facta est ducentis pene annis postea, scilicet anno 1439.

2. Eugenij Pape 4ti Bulla secundum tenorem Bulle Innocentij 4ti, cum diversis adjectionibus &c. Fol. 68. b.

Sic incipit: "Eugenius Episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memor-" iam. Sacre Religionis zelus, sub quâ dilecti fiilj Prior et Capitulum Ec-" c̄lie Ordinis Sc̄i Benedicti"

De hâc Bullâ supra dictum. Scripta est literis cursivis, eâdem (ut videtur) ætate quâ Bulla edita est. Cum enim Bullarum exempla αυτογραφα aut Transcripta a Notario publico confirmata, (v. infra tr. 5) in Monasterij Archivis servarentur, alia exempla videntur in codices hos transcripta fuisse, ut Monachis omnibus eas inspiciendi et perlegendi copia fieret.

Bullæ hæ non leguntur in Bullario magno, nec in Spelmanni Conciliis.

5. Ordinationes et Statuta per Sanctissimum in Christo Patrem et Dominum Dominum Benedictum divina Providentia Papam 12mum, super statu salubri, et Reformatione Ordinis Nigrorum Monachorum edita. folio 71.

Sic incipiunt: "Benedictus Ep̄us &c. Summi Magistri dignatio nos quanquam " immerentes miseranter in Magisterij Apostolici Cathedrâ collocavit"—

Statuta hæc edita sunt in Bullario magno, Vol. 1mo, pag. 241. Edit. Lugd. 1655: Sed non in Conciliis Anglicis.

Illud autem opus (ut id obiter moneam) proculdubio multum augeri potest vel ex Anglicis Bibliothecis: ex pluribus enim Bullis quas hic habemus, hanc solam hactenus in eo libro inveni.

Videntur Statuta ista in Codicem hunc transcripta fuisse non multo postquam edita primum fuere, scil. an. 1336. Vide Bullarium.

Occurrunt infra, Cod. 41. tract. 18.

Capita numero sunt 39. Singulorum argumenta præfiguntur Statutis ipsis.

In fine adjicitur hæc Nota: "Et ego Jo. de Adefeld Clericus Ebor̄. Dioc̄. pub-" licus auctoritate Apostolicâ Notarius, huic transcripto Constitutionum Do-" mini nostri Domini Benedicti Pape 12mi pro Religiosis nigri Ordinis edita-" rum, et more Curie Romane bullatarum, per exemplar earundem Constitu-

B. IV. 26. QUARTO.

"tionum, me illud diligenter examinante, correcto subscripsi; Signumque "meum in singulis peciis ejusdem apposui consuetum." Dat. Anno Dñi M°. CCC°. XXX°. quinto.

Sed rectius est in Bullario 1336: in eum enim annum incidit annus Bonifacij 2dus, qui creatus fuit Pontifex 20 die Decembris A.D. 1334. Vide Onuph. Panvinij Chronicon Pontificum.

His Benedicti Constitutionibus subjiciuntur:

α. Copia Litere Dñi Bernardi de Genebredâ Prioris Prioratus de Longâ Villâ, ordinis Cluniacens. Rotomagensis Dioc[esis] de revocatione Censurarum Constitutionum Benedicti Pape 12mi Presidentibus in Capitulo Provinciali Anglie die Mercurij proximè post Festum Nativitatis B. Marie celebrato apud Northampton, A.D. 1343. Folio 102.

Sic incipit: "Reverendis in Christo Patribus &c. Noveritis quod ex fide dig-"norum relatione ad nostrum nuper pervenerint auditum rumores contra "veritatem"—

In hac Epistolâ Secundæ partes sunt Cypriani de Bastidâ Prioris Prioratûs Sti Genesij de Martito, ordinis Sci Benedicti.

Audiverant disseminatum fuisse ab Anglis nonnullis rumorem, "Clementem "Papam 6tum Benedicti Constitutiones revocâsse; eóque pretextu nonnullos "Prelatos aliósque eas non observasse, sed temerè contempsisse." Literis igitur scriptis ad Præsides Capituli Provincialis Northamtonæ anno 1343 celebrati, declaraverunt: "Clementem 6tum Benedicti 12mi Constitutiones non "revocâsse, sed tantum certis de causis suspendisse penas, et Sententias "spirituales et temporales, quas Prelati et Persone dicte Religionis per Ordi-"nationis et Statuta hujusmodi quomodolibet incurrerant." Et ut fidem dictis facerent, miserunt ad eos ipsam Clementis Bullam; rogantque ut eam publicè in Capitulo legant.

Eadem Epistola occurrit infra, in Codice 41, tract. 20.

β. Clementis 6ti Bulla, cujus in superiori Epistolâ mentio fit. fol. 103. b.

Sic incipit: "Clemens Episcopus servs servoꝝ Dei, ad perpetuam rei memor-"iam. Sacro-sancta Romana Ecclesia de cunctorum fidelium curâ sollicita"—

Non edita est in Bullario, nec in Conciliis Anglicis Spelmanni.

Data est hæc Bulla Avenione, Kalendis Junij, Anno Pontificatûs primo; i.e. A.D. 1342: Electus est enim Pontifex nonis Maij ejusdem anni.

In imo folio nota hæc ab aliâ manu (satis tamen antiquâ) adscribitur: "Ut scri-"bit Johannes Historiâ Aureâ, sub anno Gratie 1342, mortuo Benedicto "12mo successit Clemens 6tus. Hic de Abbate Ordinis Sti Benedicti factus "est Attrebatensis Episcopus; postea successivè ad Archiepiscopatus Seno-"nemsem, et Rotomagensem assumptus; deinde ad Cardinalatum, et demum "ad Papatum ascendit, A°. Gre 1342."

Joannes iste, cujus Historia Aurea hic laudatur, videtur esse Johannes Tinmuthensis, qui scripsit Historiam eo nomine nondum editam.

Vide Nicolsoni Bibliothecam Historicam Anglicam. Floruit anno 1366. Pits.

B. IV. 26. QUARTO.

6. CAPITULI PROVINCIALIS ORDINIS S^{ti} BENEDICTI NORTHAMTONIÆ CELEBRATI A.D. 1343 STATUTA, Capitibus 20 comprehensa. Folio 105.

Sic incipiunt: "Cum in generali Concilio districtiûs sit preceptum, ut divinum "Officium, nocturnum pariter et diurnum"

Præmittitur Abbatum qui Capitulo præsidebant Epistola, quæ sic incipit: "Mo- "nasteriorum Sancti Albani et Sancte Marie Ebor."

Epistolam hanc sequuntur Capitum Argumenta.

Edita sunt ex hoc MSto a Reynerio, in Apostolatu Benedictinorum in Angliâ; in Appendice tertiâ p. 151. Sed non in Conciliis Anglicis Spelmanni.

Sed in eo libro (Vol. 2. p. 544) edita sunt Memorialia Actorum in hoc Capitulo: in quibus tamen duo tantum Præsides dicuntur adfuisse; scilicet Abbates S^{ti} Albani, et Cestrensis: quibus hic adjicitur tertius, Abbas S^{tæ} Mariæ Eboracensis. Eadem Acta leguntur infra Codice 41, tract. 11.

7. STATUTA IN CAPITULO PROVINCIALI ORDINIS NIGRORUM MONACHORUM. fol. 113.

Hujus Capituli neque tempus neque locus notatur: Sed videtur non multo post (forte, proximè post) Capitulum præcedens celebratum:

(1.) tum quod Statutorum utrorumq; scriptura eadem est.

(2.) tum quia Abbas S^{ti} Albani, qui (ut discimus ex Actis superioris Capituli) electus fuerat unus Præsidentium in Capitulum proximè futurum, Præses erat in hoc Capitulo; sed unicus, quod (ut opinor) reliqui duo aberant. Cum igitur hujus Ordinis Capitula singulis trienniis haberentur, hoc incidere debet in annum 1346.

Non edita sunt a Reynero, nec in Spelmanni Conciliis Anglicis.

Quinque autem sunt horum Statutorum Capita:

(1.) de Augmento Cultûs divini.

(2.) de Negligentiâ Prelatorum.

(3.) de Prioribus Claustralibus.

(4.) de Priore Studentium.

(5.) de mittendis ad Studium generale.

Præfatio sic incipit: "Abbas S^{ti} Albani &c.—"Cum humane memorie nimis arta capacitas"—

Caput primum sic: "Precipit lex Nature"—

Occurrunt infra; in Codice 41, tract. 3.

8. COPIA BULLE DECLARATORIE SUPER DIVERSIS ARTICULIS CONSTITUTIONES BENEDICTI PAPE TANGENTIBUS. fol. 124.

Sic incipit: "Benedictus Epus &c.—Dudum pro bono et salubri statu Religionis "seu Ordinis, Monachorum nonnulla Statuta et Ordinationes certis distincta "capitulis"—

In fine: "Dat. Avinion. Non. Decembr. "Pont. nri a [anno] sexto." id est, Anno Dom. 1339: Benedictus enim 12^{mus} electus est Papa A. D. 1334, mense Maio.

B. IV. 26. QUARTO. Hac Bullâ explicat Constitutiones a seipso priùs editas A.D. 1336. Vide supra tract. 5.

Non edita est in Bullario, nec in Conciliis Anglicis Spelmanni.

9. CONSTITUTIONES MONACHORUM ORDINEM CONCERNENTES [v. fol. 130.] E JURE CANONICO ET CIVILI DEPROMTÆ. Folio 127. b.

Sic incipiunt: "Abbati vel Monacho Monasterij servum non licebit facere li-"berum"—

Constitutiones hæ partim sub certis Titulis, partim etiam nullo ordine dispositæ sunt.

Tituli Juris, e quibus desumtæ sunt, in margine notantur.

Occurrunt hæ Constitutiones infra, Cod. 41. tract. 13.

Tractatuum præcedentium (num. 5, 6, 7, 8, 9) scriptura non dissimilis est, et ejusdem videtur ætatis; circiter 1350.

10. CONSTITUTIONES OTHONIS. folio 143.

Sic incipiunt: "In nomine Domini—Cum grande sit opus et arduum"—

Otho hic Cardinalis fuit, et Pontificius in Angliâ Legatus A.D. 1240.

Constitutiones hæ, quæ ad Benedictinorum Monachorum Ordinem spectant, numero sunt 17: Et eædem videntur ad quas respicit nota in fine Innocentij 4$^{ti}$ Bullæ 2$^{dæ}$ adscriptâ, hujus Codicis folio 68. b. Vide supra tract. 4. γ.

Non autem editæ sunt cum ejusdem Cardinalis Constitutionibus, quæ Lindwodi Provincialibus Constitutionibus subjunguntur; nec in Spelmanni Conciliorum Anglicorum Volumine 2$^{do}$.

Scriptæ videntur ab eâdem manu quâ Bullæ præcedentes Innocentij et Eugenii supra folio 68.

Eis subjicitur (folio 144) ab aliâ manu, sed ejusdem fere ætatis, Johannes Ayton super Capitulum Regnum Celorum in Constitutionibus Octoboni.

Sic incipit: "Quid igitur dicemus de Monachis nostri temporis?"

11. CONSTITUTIONES OTHOBONI, QUÆ AD MONACHOS (PRÆSERTIM BENEDICTINOS) SPECTANT, CAPITIBUS 16. folio 145.

Sic incipiunt: "Regnum Celorum mansionibus multis"—

Sunt pars posterior Constitutionum Othoboni, quæ Lindwodo subnectuntur: nisi quod omittatur Caput penultimum, de Monialibus, quæ in hoc Cœnobio nullæ erant.

Vide Notam in fine Bullæ Innocentij 4$^{ti}$, fol. 68, b. supra tract. 4. γ.

Editæ sunt, ut nota in fine adscripta indicat, anno Dñi 1268.

Scriptæ videntur eâdem ætate quâ tractatus 9$^{nus}$.

12. LIBELLUS QUI ABBAS, VEL PRIOR DICITUR. folio 154. b.

Sic incipit: "Abbas, vel Prior, seu quicunque Presidens, desiderans se et Con-"ventum suum servire Deo fideliter et devote, debet scire Canones"—

Nomen habet hic liber a duabus primis vocibus: agit de Officio Abbatis vel Prioris: Capita habet 20.

Præmittitur Index Rerum alphabeticus; cum Præfatiunculâ, ex quâ Libri nomen

B. IV. 26. QUARTO.

discimus. Sic incipit: "Libellus Abbas, vel Prior, sic a suo principio nominatus, etsi sit permodicus"—

Scriptura prioribus similis est, et ejusdem videtur ætatis.

In fine (in duobus vacuis foliis) adjiciuntur ab aliâ manu Notulæ quædam:

(1.) De esu Carnium Monachis interdicto. Folio 181.

(2.) Quæstiones de Jejunio. folio 181. b.

(3.) De tempore probationis Monachorum ante Professionem. folio 182.

13. Bernardus de Dispensatione et Precepto. folio 183.

Sic incipit: "Dompno Abbati Columbensi Fr. Bernardus Abbas dictus de Clara "Valle valere in Domino semper. Rescriptum meum ad Epistolas duorum "Carnotensium"—

Sunt Capita 25: at in editione operum Bernardi Mabillonianâ [tomo 2do Col. 560] 20 tantum Capita sunt.

Subjicitur Index Rerum alphabeticus; in cujus fine legitur libri Titulus.

Scriptura a superioribus diversa est; et paulo recentior videtur.

Occurrit etiam infra hic tractatus, Codice 41. tract. 10.

14. Monitio lecta per Jo. Heminburgh Priorem [Dunelm.] in Capitulo [anno 1404.] folio 202.

Sic incipit: "Cum abdicatio proprietatis sit de Substantiâ Monachatûs."

Monachis, qui propriam aliquam pecuniam haberent, "nisi duodecim diebus "eam revelarent, et Priori cum effectu exhiberent," excommunicationem majorem interminatur.

Lineæ integræ sunt: "Literæ acutæ. Scripta videtur eodem fere tempore cum superioribus.

Non legitur in Spelmanni Conciliis.

15. Primum Capitulum Provinciale celebratum apud Northamton: folio 203.

Sic incipit: "Cum venerabilis, et Deo devotissimus Dominus Benedictus "Papa"—

Acta sunt primi Capituli Provincialis Ordinis Nigrorum Monachorum Northamtonæ, anno 1338, celebrati: quæ etiam in Spelmanni Conciliorum Tomo 2do [Pag. 507.] leguntur.

Scriptura eadem est cum Monitione præcedenti.

Occurrunt iterum hæc Acta, Cod. 41. tract. 15.

16. Acta Capituli Provincialis, anno 1423 celebrati. fol. 207.

Titulus hic non in initio sed fine adscribitur.

Fuit hoc Nigrorum Monachorum Capitulum Northamtonæ habitum.

Acta sic incipiunt: "Ne Patrum venerabilium laudabilia Statuta"—

Edita sunt a Reynero ex [hoc vel alio] Manuscripto Dunelmensi, in Apostolatu Benedictinorum in Angliâ, in Appendice 3tia pag. 170: at non in Spelmanni Conciliis.

Horum Actorum et sequentium scriptura eadem est superioribus.

B. IV. 26. QUARTO. 17. ACTA CAPITULARIA IN PROVINCIALI CAPITULO NIGRORUM MONACHORUM, ORDINIS SANCTI BENEDICTI, NORTHAMPTONE CELEBRATO, JULII DIE 1^mo A.D. 1426. Folio 220.

Sic incipiunt: "Acta Capitularia &c.—Primo die Capituli prelibati, summo "mane, horâ quasi septimâ"—

Edidit hæc Acta Reynerus in eodem libro, pag. 180: Sed non extant in Spelmanni Conciliis.

18. SCRIPTUM PRO REFORMATIONE [Nigrorum Monachorum] PROPOSITUM, SED REJECTUM. folio 234.

Sic incipit: "Cum plura sint exorbitantia, et enormia, inter Professores Ordinis S^ti Benedicti, nigrorum Monachorum"—

Sunt Articuli 13. Eos edidit ex hoc M^sto Reynerus, p. 164: Sed non leguntur in Spelmanni Conciliis.

In summo folio hæc nota adscribitur: "In Convocatione habitâ apud Westmo-"nasterium A°. Dñi 1422, hoc Scriptum pro Reformatione Ordinis erat pro-"positum; sed per discretos et doctos Patres et Fratres Ordinis erat rejectum: "et aliud Scriptum (quod incipit folio tertia sequente sic: 'Cum sacra Religio' "proinde ordinatum."

Occurrit supra hoc Scriptum, B. III. 30. tract. 11.

19. STATUTA, PRO REFORMATIONE ORDINIS NIGRORUM MONACHORUM, ACTA APUD WESTMONASTERIUM. fol. 236.

Sic incipiunt: "Cum secundum Regulam S̄ti Benedicti, nichil debet Monachus "possidere"—

In fine: "Acta sunt hec in domo Capitulari de Westm'. A. D. 1422, et Regni "Regis Henrici 5 A°. octavo."

Est Scriptum istud cujus in superiori mentio fit. Voces istæ "Cum Sacra Re-"ligio" sunt primæ Sectionis 2^dæ folio 236. b.

Articuli sunt 7.

Editi sunt a Reynero in eodem libro, pag. 167: sed non a Spelmanno.

20. NOMINA ABBATUM, ET PRIORUM [Benedictinorum] CITATORUM AD PROVINCIALE CAPITULUM. folio 240. b.

Edita sunt a Reynero e Codice Selbeyensi. [Cur non hunc laudat? an superiora edita sunt ex alio, non ex hoc, Codice?] Sed non extant in Spelmanni Conciliis.

21. REGISTRUM TAXATIONIS DENARIJ DE LIBRA, ET QUADRANTIS DE MARCA, DE ABBATIBUS ET PRIORIBUS INFRA SCRIPTIS. fol. 241. b.

Abbates hi et Priores sunt Benedictini, qui ad Provinciale Capitulum citati sunt; quorumque Nomina supra recensentur.

Reynerus ex Codice Selbeyensi edidit: non leguntur apud Spelmannum.

Extant supra, B. III. Cod. 30, tract. 8.

22. INQUIRENDA AB INGREDIENTIBUS RELIGIONEM. fol. 244.

Sic incipiunt: "Utrum aliquis obligetur ere alieno?"

Sunt Questiones 9, unicâ tantum paginâ.

Eædem occurrunt supra, in hoc Codice, tract. 1. 3. fol. 10.

B. IV. 27. QUARTO. HUGO DE SANCTO VICTORE cum 11 aliis.

1. LIBELLUS DE DISCIPLINA EDITUS A MAGISTRO HUGONE.
Sic incipit: "Quia, fratres, largiente Domino, de vanâ conversatione hujus "Seculi"—
Est Hugonis de Sancto Victore liber, de Institutione Novitiorum, editus in Tomo 2do operum ejus, Pag. 9. Mog. 1617.

2. DE ORATIONE. Folio 14.
Ab aliâ manu: Hugo de Virtute orandi.
Sic incipit: "Quo studio, et quo affectu nobis orandus sit Deus"—
Est ejusdem Hugonis Liber de Modo orandi; editus inter opera ejus, Tomo 2do, pag. 153.

3. BERNARDI, ABBATIS DE CLARA VALLA, LIBER DE GRADIBUS SUPERBIE ET HUMILITATIS. folio 19.
Sic incipit: "Rogasti me, frater G. quatenus ea que de gradibus Humilitatis"—
Editus est inter ejus opera, Col. 565, editionis tertiæ Mabillonianæ.

4. DE MEDITATIONE VERBI DEI. fol. 33. b.
Sic incipit: "Meditatio est frequens cogitatio, modum, et causam, et rationem "uniuscujusque rei investigans."
Titulus hic est a manu primâ: ab aliâ, "Hugo de Incarnatione Verbi." Sed nihil hic de Incarnatione dicitur. In fine, literis minutis, et pene evanidis: "Explicit Hugo de Meditatione." De Argumento quidem rectè; quis vero Auctor, incertum. Certè hic tractatus non legitur inter Hugonis de Sancto Victore opera; nec ei ab Ecclesiasticis bibliothecariis tribuitur. Fuit autem huic Hugoni σύγχρονος alius Hugo, de Folieto dictus; cujus libri 4 de Claustro Animæ, a nonnullis Hugoni de Sancto Victore tribuuntur; et in tomo secundo operum ejus editi sunt. Hujus fortasse Scriptoris est hic tractatus.

Ejus tria sunt Capita:
(1.) De Meditatione Verbi Dei.
(2.) De Refectione Verbi Dei.
(3.) De quinque Septenis.

5. SERMO IN ADVENTU DOMINI. folio 38. b.
Sic incipit: "Erit in novissimis diebus"—
"Hæc verba sunt de Incarnatione filij Dei, de Adventu Mediatoris nostri"—
Cujus sit hic Sermo nescio.
Sequuntur duo alij breves Sermones, sine Titulis. Spatium autem vacuum relictum est, cui titulus inscribendus erat.
Prior sic incipit: "Scriptum est, quod Moyses fecit archam de lignis imputri-"bilibus, et erat inaurata interius et exterius"— folio 40.
Posterior in Esaiæ Cap. 11, ver. 1, sic incipit: "Egredietur Virga— Hec ver-"ba sunt de presentis diei solemnitate, de beate Marie Virginis Nativitate"— fol. 41.

B. IV. 27. QUARTO. 6. HUGO DE CLAUSTRO ANIME. Fol. 43.

Sic incipit: "Anime Claustrum Contemplatio dicitur: in cujus sinu dum sese "recipit Animus"—

Titulus hic non est a primâ manu.

Est autem Liber 3ius Hugonis de Folieto de Claustro Animæ. Adscripti sunt Hugoni de S. Victore, et in Tomo 2do operum ejus editi: Sed Viri docti eos potiùs Hugoni de Folieto tribuunt; cujus etiam nomen eis a primâ manu adscribitur in Msto B. IV. Cod. 41. tract. 23. In eo autem Codice (ut etiam in editis) sunt libri 4; at in hoc unus tantum, scilicet tertius, isque non integer; caret enim Prologo; neque ultra caput 10mum protenditur: reliqua (de Templo Solomonis) desunt.

7. RICARDUS DE CONTEMPLATIONE: sive DE DUODECIM PATRIARCHIS. folio 56. b.

Sic incipit: "Benjamin adolescentulus in mentis excessu"—

Titulus est a manu secundâ.

Tractatus hic inter scripta Ricardi de Sancto Victore recensetur a Caveo hoc titulo; "de Præparatione animi ad Contemplationem liber, Benjamin minor dictus." Occurrit supra A. III. Cod. 4. tract. 2. Libellus de Studio Sapientiæ et ejus commendatione: qui sic incipit: "Benjamin adolescentulus in mentis excessu"— Eundem esse tractatum puto: Sed Codex ipse ad manum non est.

8. R. DE STATU INTERIORIS HOMINIS POST LAPSUM. fol. 87. b.

Prologus sic incipit: "Sero quidem misi quod petenti promisi"—

Liber vero sic: "Omne caput languidum, et omne cor merens"—

Pro R. a manu secundâ ponitur Ric.[9] scilicet, Ricardus de Sancto Victore; inter cujus opera numerantur de Statu interiori hominis tractatus tres. Sed hic unicus tantum est; sive duo desint, sive tres conjungantur in unum.

Habet Capita 52. Sic desinit: "Plaga tumens non est circumligata, neque cu-"rata medicamine, neque fota oleo."

9. QUID DE DEO PROPRIE CREDATUR: ET QUARE INTELLIGENTIA, LINIAMENTA CORPORA [pro corporea] ET AFFFCTUS HUMANI IPSI ATTRIBUANTUR. fol. 109.

Sic incipit: "Omnipotens Deus, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus; unus at-"que trinus: unus videlicet in naturâ, trinus in personis"—

Inter Hieronymi opera hic tractatus editus est.

Occurrit supra, B. IV. Cod. 12. tract. 17. Et Cod. 16. tract. 6; in quibus vocatur Jeronimus de Essentiâ Trinitatis.

10. IN CANTICUM CANTICORUM EXPOSITIO ALLEGORICA, & MORALIS. fol. 113.

Sic incipit: "Os sponsi est Incarnatio Christi"—

Habet partes quatuor: quarum (2da) incipit a Cap. 3. v. 6. (3ia) a Capitis 5ti ver. 1. (4ta) a Cap. 6. versu 12.

Auctoris nomen non apponitur.

11. SALUTATIONIS ANGELICÆ EXPOSITIO. folio 141.

Sic incipit: "Ave gratiâ plena—Negotium nostre salutis a salutatione incipit"—

Auctoris nomen non adscribitur.

B. IV. 27. QUARTO. 12. FORDENSIS DE SACRAMENTO ALTARIS. Folio 146. b.

Titulus hic non est quidem a manu primâ, sed antiquâ tamen. Et de Auctore quidem conjectura fieri potest ex Epistolâ libro præfixâ, quæ sic incipit: "Amantissimo Domino et Patri, B. Dei gratiâ, Exoniensi Epõ, Fr̃. B. Fordensis Monasterij servus, eternam in Dño salutem." Videmus hic primam nominis literam esse B. et fuisse in Fordensi Coenobio Monachum, eodem tempore quo alter B. fuit Exoniensis Episcopus. Is autem non potest alius esse quam Bartholomæus Iscanus, qui eam Dioecesin ab anno 1161 ad annum 1184 rexit. Eâdem ætate vixit Baldwinus Devonius; primo Archidiaconus; deinde Fordensis Monasterij (in agro Devoniensi) Monachus, mox Abbas: postea (anno 1181) Episcopus Wigorniensis, et tandem (anno 1184) Archipiscopus Cantuariensis. Mortuus est Anno Dñi 1191.

Scripsit hic Baldwinus librum de Sacramento Altaris: sive (ut alij vocant) de Corpore et Sanguine Domini, eundem cum nostro hoc, ut ex initio ejus colligo; quem edidit Tissierus in Bibliothecæ Scriptorum Cisterciensium tomo 5to. De hoc Scriptore vide Baleum, Pitseum, Cave, du Pin.

Præfatio sic incipit: "Reverenda nomina Magistri, Domini, et Patris"—

Liber ipse sic: "Magnum et profundum novi verique misterium sacrificij"—

Sic desinit: "Qui gustaverint, adhuc esurient: et qui esurient, saturabuntur: et satiati semper laudabunt: et memoriam abundantie svavitatis ejus eructabunt."

Scripti sunt omnes hi tractatus ab eâdem manu, eâque satis eleganti; lineis in medio folio divisis; literis mediocribus, acuminatis; ante annos (ut videtur) 500, adeóque non multo post Baldwini mortem: certe ante Hugonem Carensem; quia in Commentario in Canticum Canticorum non servatur hodierna Capitum distinctio, quæ ab eo primum instituta est. Obiit autem ille Anno Dñi 1260.

## 28. PETRUS DE RIGA, et tractatus alij 4.

1. LIBER MAGISTRI PETRI, CUJUS TITULUS EST AURORA.

Titulus hic est a primâ manu: ab aliâ; "Libellus Petri, qui vocatur, in Aurorâ:" ineptè. Ipse in Præfatione rationem hujus nominis reddit.

Auctor Petrus de Rigâ dictus est: fuit Canonicus Remensis: et floruit A.D. 1170. Libros multos Biblicos versibus Latinis expressit: e quibus sequentes in hoc Codice leguntur.

In Genesi libri 6; qui sic incipiunt:

"Primâ facta die duo, (Celum, Terra) leguntur"—

N. B. In Trithemio aliud habent Exordium.

Præfatio sic: "Sodalium meorum petitio"—

Exodo libri 7:

"Hec duodena Patrum sunt nomina"—

B. IV. 28. QUARTO.

In Levitico libri 4.
"Vox autem Domini Moysen vocat"—

Deuteronomio liber 1.
"Hec sunt verba quibus Moyses instruxit Hebreos"

Josue liber 1.
"Post Moysen Josue populo dominatur Hebreo"

Judicum libro, liber 1.
"Post Josue de Judicibus narratio fiat"—

Ruth liber 1.
"Ad te festinat Petri* stilus"

* Auctoris, Petri de Rigæ.

Regum libris, libri 4.
"Post librum de Judicibus sacra lectio tractans"

Machabeorum libris, liber 1.
"Magnus Alexander quo primum Grecia Rege"

Josephi libro, liber 1.
"Simone quod debet morti solvente, Johannes"

Horum duorum librorum errore bibliopegi confunduntur: Sed Notæ in imis foliis positæ rectum ordinem indicabunt.

Liber Josephi a Trithemio non memoratur; idem fortasse est qui ab eo "Evangeliorum" dicitur: in eo enim Christi vita summatim saltem recensetur.

Scriptus est hic Codex lineis integris; literis mediocribus, leniter acuminatis, non inelegantibus; ante annos circiter 500, adeoque non multo post ætatem Auctoris.

In margine adscripta sunt literis rubris Historiæ summa Capita: et, in posterior præsertim libri parte, notæ quædam; quarum tamen magna pars erasa est: nec sane quidquam faciunt ad librum ipsum illustrandum; sed tantum loca vacua occupâsse videntur: quod et in aliis MStis sæpe observavi.

Scriptum est hoc Poëma versibus Elegiacis; quibus in fine subjiciuntur versus pene 500 hexametri, qui ejusdem operis pars videri possint: nullus enim novus titulus apponitur, neque ulla est librorum distinctio. Sed et Metrum diversum est; et Argumentum aliud; (sunt enim Observationes allegoricæ in loca quædam Veteris et Novi Testamenti, nullo ordine posita:) et cum prior pars lineis integris scripta sit, hic lineæ sunt divisæ, sive Columnæ, ut vocant. Scriptura tamen eadem est, nisi quòd literæ sint paulo minores.

Hos versus sequuntur (ne folium vacuum relinqueretur) Observationes quædam (e Patribus pleræque decerptæ) in Matth. 6. 33. de Jejunio: de Confessione de Passione Christi.

Literæ minutæ sunt, sed ejusdem cum versibus ætatis.

2. Innocentius tertius de Miseria Conditionis humane.

A primâ manu titulus hic est: "Incipit liber de miseriâ conditionis humane, "editus a Lotario, olim Sancte Romane Ecclesie Diacono Cardinali, postea

B. IV. 28. QUARTO. "Summo Pontifice, dicto Innocentio tertio." "Quare de vulvâ matris mee "egressus sum?"

Prologus ad Petrum Portuensem Episcopum in imâ parte folij præcedentis legitur.

Sunt Capita 84.

In fine alius titulus adscribitur quam in initio: "Explicit liber de Putredine "Cadaverum."

Lineæ dimidiatæ sunt: Literæ minutæ; ab eâdem manu quâ Observationes præcedentes.

Subjiciuntur ab eâdem manu 28 Versus elegiaci de Pœnis Inferni; quibus pro titulo præfigitur hic versus pentameter:—

"Quam sit terribilis Pena futura reis."
"Si bona signa Dei non te revocant ad amorem,
"Incutiat saltem Pena futura metum."

3. Tractatus cujusdam Sapientis. fol. 16. [ab Innocentio.]

Nullus alius est titulus.

Sunt Meditationes de Deo, Peccato &c. sed imperfectæ. Post folia enim 2 plura sunt excisa, quæ vel hujus vel sequentis tractatûs pars fuêre.

Sic incipiunt: "Cogitare debes, o anima, multis et assiduis intentionibus"—

Scriptura eadem est quæ in Innocentio.

4. Sermones 125: quorum tamen 27 ex codice nostro excisi perierunt.

Ex observationibus magnam partem allegoricis et moralibus conflantur. Exem. gr. Sermo 28$^{vus}$ sic incipit: "Est puer unus hic—[Jo. 6. 9.] Duo hic tan-"guntur: scil. Qualis debet esse Prelatus, vel, Predicator, et ejusdem offici-"um: qualis puer, i.e. purus corde, ore et opere."

Observationes hæ multis in locis ita dispositæ sunt, uni Voci Observationes plures, catenula junctæ, adnectantur; hoc modo:

"Luxus {
Cecus mente: Odi Deum. Non: quia scriptum est.
"Si quis non amat Christum, anathema sit"—
Duplex animo: Inconstanter age. Non: quia scriptum est:
"Vir duplex inconstans est in viis suis."
Preceps: Adultera. Non: quia scriptum est:
"Qui adulter est, perdit animam suam."
&c.

Scripti sunt hi Sermones lineis integris; literis minoribus, rotundis; ante annos 500, aut plures.

5. Tractatus de Confessione perutilis.

Sic incipit: "Activus Contemplativo que sursum sunt sapere et intelligere." Quoniam Contemplativa in Activis, Activa in Contemplativis minus est usitata"—

Activus (Secularis, ut videtur, Sacerdos) ad Contemplativum, i.e. Monachum scribens de Confessione, sic eum statim manet: "Volo te scire, cum sis Mo-"nachus, —— te nullum posse ligare vel absolvere, nisi Claustrales confra-

B. IV. 28. QUARTO. "tres tuos, vel forte viros ejusdem professionis et ordinis, et Clericos scolares "qui nullorum sunt Parochiani, unde possint sibi eligere sepulturam et Confes- "sionem, et his (ut placet) consulere, tamen Laïcis secularibus non permitti- "tur."

Tractatui huic brevi, (trium tantum foliorum) Auctoris nomen non apponitur.

Scriptura adeo intricata est, ut non facile legi possit.

Habuit olim hic Codex plures tractatus, quam nunc in eo leguntur.

In folio primo: "de cōi Dlm."

29. Januensis et alij tractatus 4.

1. Januensis Sermones 9: in Lucæ Cap. 19. ver. 41. ejusd. ver. 43. ejusd. ver. 46. Cap. 18. ver. 10. ejusd. ver. 13. ejusd. ver. 14. Marci Cap. 7. vers. 31. ejusd. ver. 32. ejusd. vers. 37.

Scripti videntur hi Sermones a Jacobo Januensi, (qui alio nomine de Voragine dictus est) Legendæ Sanctorum auctore. Vide infra, cod. 39, et 40.

Catholici Auctor Joannes Januensis dictus est; [vide B. I. Cod. 31.] Fuit Jacobo σύγχρονος; siquidem Joannes A.D. 1280, Jacobus anno 1290 floruisse dicitur: uterque etiam Ordinis fratrum Predicatorum sodalis erat.

2. Compendium literalis sensus totius divine Scripture, editum a fr'e P. Aureoli, ordinis fratrum Minorum. Fol. 10.

Sic incipit: "Venite, ascendamus ad montem Domini"—

Petrus Aureolus, Gallus, Verberius a loco natali dictus, ex monacho Franciscano Archiepiscopus Aquensis factus est. Compendium hoc, sive, Breviarium Biblicum (hoc enim nomine editum est) scripsit A.D. 1345, ut scribit Whartonus in supplemento Cavëi, ex Wadingi (ut videtur) Annalibus fratrum Minorum. Hujus libri egregium extat Georgij Ederi Elogium apud Possevinum.

In fine subscribitur hic Versiculus:

"Explicit iste Liber: Scriptor sit crimine liber."

3. Tractatus S. Thome de Aquino contra impugnantes Religiosos. fol. 86.

Sic incipit: "Ecce inimici tui sonuerunt, et qui te oderunt extulerunt caput."

Titulus in fine, a manu aliâ, sed antiquâ, legitur.

Decimum-nonum est inter opuscula Thomæ Aquinatis: sed, cum in editis libris sint Capita tantum 26, hic sunt 69.

Hi tres tractatus ab eâdem manu scripti sunt, lineis divisis; literis acutis, minoribus; circiter annum 1400.

4. Rob. Grossetest Lincoln Ep'i tractatus de Oculo morali. fol. 128.

Sic incipit: "Si diligenter volumus in lege Domini meditari"—

Titulus nullus est nisi a manu recenti: Sed idem tractatus in duobus aliis codicibus nomen et libri et Auctoris habet a primâ manu adscriptum: scil. B. III. Cod. 18. tract. 9. et Cod. 19. tract. 3.

B. IV. 29. QUARTO. Lineæ divisæ sunt; Literæ acuminatæ, mediocres; Ætas eadem cum præcedentibus.

5. JANUENSIS SERMONES DOMINICALES DE ADVENTU. Fol. 164.
Sic incipiunt: "Humane labilis vite decursus"—
Sermones hi eundem habere videntur auctorem quem Sermones superiores; [tract. 1.] Jacobum Januensem, alio nomine, de Voragine dictum.
Folium tantum unicum est; cætera perierunt.

In folio ante tractatum 2dum: "Iste liber assignatur librarie Moacho₹ Dunelm "p. Venerabilem Prem M. Willm Ebchestre Priorē Dunelm̄."
Fuit ille Prior ab anno 1446 ad 1456. Codex ejusdem ætatis, aut paulo antiquior videtur.

## 30. NECKAM (ALEX.) et 9 alij.

1. ALEXANDRI NECKAM SERMONES 6: sive, TRACTATUS SUPER AVE MARIS STELLA.
Sic incipiunt: "Ave maris stella: In hoc versu continetur laus Virginis quadri- "partita: hic enim ostenditur quod ipsa"—
Idem videtur tractatus, qui vocatur a Lelando "de laude D. Virginis:" a Baleo, et Pitseo, "de Puritate Virginis." Titulus hic non legitur neque in initio, neque in fine Sermonum; sed a vetustâ manu, in Indiculo tractatuum, qui Codici præfigitur.

2. PETRI COMESTORIS SERMO DE CONCEPTIONE VIRGINIS MARIE. folio 18. b.
Sic incipit: "Conceptioni beate Virginis corde et voce simul totus consonet et "congaudeat orbis"—
Titulus in fine adscribitur.
Non recensetur hic Sermo inter Petri Comestoris scripta.

3. QUEDAM MIRACULA DE BEATA VIRGINE. folio 24.
Sic incipiunt: "Fuit in Toletanâ urbe quidam Archiepiscopus, nomine Hide- "fonsus"— [Hildefonsus.]

4. LIBELLUS DE ORTU ET INFANTIA SALVATORIS. folio 29. b.
Sic incipit: "In illis diebus erat Vir in Israel, nomine Joachim, de tribu Juda"—
Unicum tantum est folium.

5. CONCORDANTIA REALIS DE HISTORIIS BIBLIE. folio 31.
Prologus sic incipit: "Tantâ pollet excellentiâ Predicationis officium"—
Est Index Rerum alphabeticus, Capitibus 129 distinctus.

6. SUMMA BIBLIORUM VERSIBUS RYTHMICIS COMPREHENSA. folio 96.
Prologus sic incipit:
"Verbum a principio procedens eterno,
"Qui cuncta consilio creasti superno,
"Te rogare cupio, tibi me prosterno,
"Purgatos a vitiis salves ab inferno."

B. IV. 30.
QUARTO.

Capita singula versibus 4 explicantur: Caput 1mum Geneseôs sic:
"Lucem, Celum, Sidera, creans per mandatum,
"Terram, Pontum, Ethera, cunctis das ornatum:
"Et Adam post cetera ceteris prelatum
"Nos Salva, nos libera, dilue reatum.

In ultimo folio subjiciuntur ab aliâ manu versus aliquot varij argumenti; scil. de Medicis, de Fortunâ; &c. "Scribo de Medicis monitum dans gnarus ami-"cis"—

7. Quidam libellus qui dicitur Stimulus Amoris. Folio 107.

Sic incipit: "Liber iste qui Stimulus Amoris in dilectissimum et pium Jesum, "Salvatorem nostrum, non incongruè dici potest"—

Sunt libri 3: quorum primus habet Capita 14; Secundus 13; Tertius 18.

In fine: "Expliciunt Meditationes cujusdam simplicis cordati, et pauperculi dis-"calceati, et contemtibilis denudati, sapientiorum rudissimi, electorum infimi, "et minorum minimi. Deo gratias."

In margine adscribitur hæc nota: "Iste fuit devotus Doctor Bonaventura qui "scripsit hunc tractatum devotum."

Inter Bonaventuræ scripta recensetur, Stimulus divini amoris.

In fine subjicitur Index Capitum.

In paginâ ultimâ (ne vacua relinqueretur) adscribuntur versus 34, argumenti pii, aut moralis.

Specimen hic habes:
"Morbus, Signa, Cibus, Blasphemia, Dogma, fuere
"Cause cur Christum turba Secuta fuit.
"Paupertas, Pietas, Luctus, sitit et miseretur.
"Sis mundus corde, sit Pax, et eris sine Sorde."

8. Quidam tractatus de Scaccario moralis, juxta mores hominum. fol. 157.

Sic incipit: "Multorum fratrum Ord'. et diversorum Scolarium precibus pers-"vasus"—

Titulus hic nec in initio nec fine tractatûs ipsius legitur, sed in Indiculo tractatuum, qui in initio hujus Codicis præfigitur.

Per totum librum Observationes Morales e ludo Scacchiæ [Chesse] ducuntur.

9. Exempla de Animalibus compilata a Magistro O. Ad laudem ipsius qui est Alpha et Omega. folio 176.

Sic incipit procemium: "Aperiam in Parabolis os meum"—

Sic desinit Prooemium: "Quoniam tractatus est parabolicus, a parabolâ libri Ju-"dicum exordium sumamus: Iverunt ligna ut ungerent super se Regem"—

Scriptus est hic liber ab Odone de Ceritonâ, vel. Sherton, Monacho Cisterciensi, qui floruit circiter A.D. 1180. Vocatur a Baleo, et Pitseo, Bestiarium, vel Brutarium. Sed faciunt illi ex uno tractatu duos: ita enim dicunt: "Scrip-"sit Odo Bestiarium, vel Brutarium, lib. 1. Iverunt ligna, ut ungerent super "se Regem"—

Parabolarum opus aliud: lib. 1. "Aperiam in Parabolis os meum"—

B. IV. 30. QUARTO. Harum sententiarum una est initium Procemij, altera ipsius Libri.

Sunt Exempla 85.

10. In ultimo folio subjiciuntur VERSUS VARIJ ARGUMENTI: "Cur Deus homo. Si-"militudo Virginei partûs: de Conceptu hominis. De Liguribus. De Her-"maphrodito. De Trinâ morte. De Christo. De Trinâ Habitatione nos-"tra. De Cultu Vineæ. folio 180.

Non eadem est scriptura horum omnium tractatuum; sed ejusdem prope videntur omnes esse ætatis; annorum circiter 300. Lineæ integræ sunt: Literæ minores, acutæ, quales Secretarias vulgo vocant.

Ante Indiculum tractatuum: "Liber Sc̃i Cuthb̃ti Dunelm̃ cujus usus concedi-"tur Dño Rob̃to Ebchest̃ Monacho Dunelm. per Venerabilem P̃rm Magr̃ "Willm̃. Ebchest̃ quondam Eccl̃ie Cathedral Dunelm̃ Prorẽ.':

Willelmus de Ebchester Prior fuit ab anno 1446 ad 1456.

In folio praecedente: "Hic liber assignatur nono armariolo in Claustro Eccl̃ie "Dunelm̃ per Venerabilem Patrem Joh̃em Aukland Priorẽ ejusd̃ Eccl̃ie."

Prior fuit ab anno 1484 ad 1494.

Sub Indiculo tractatuum delineatur Virgo Maria Christum ulnis amplectens: ante eam prosternitur Monachus, ex cujus ore haec Verba: "Salve Regina "Mater Misericordie." Infra: "Ad te suspiramus gementes in hac lacri-"marum Valle."

31. LIBER DE REGIMINE PRINCIPIS, EDITUS A FRATRE EGIDIO ROMANO ORDINIS FRATRUM HEREMITARUM SANCTI AUGUSTINI.

Sic incipit: "Ex regiâ ac sanctissimâ prosapiâ oriundo suo domino speciali"—

Floruit Ægidius circa annum 1290.

Codex hic scriptus est lineis integris; literis mediocribus, acutis, (sive secretariis) ante annos circiter 300.

Tractatus hic in tres libros dividitur: quorum primus habet partes tres, et Capita 58: [13. 34. 11.] Secundus habet partes tres, et Capita 66: [24. 22. 20.] Tertius autem partes tantum duas, et Capita 43: [20. 23.]

In folio primo: "Liber Sc̃i Cuthb̃ti assignatus cõi armariolo de Dunelm̃."

32. RICARDUS FITS-RAUF ARMACHANUS. ANSELMUS.

1. RICARDI FITS-RAUF, ARCHIEPISCOPI ARMACHANI, PROPOSITIO CONTRA FRATRES MENDICANTES.

Titulus hic pleniùs sic exprimitur in initio:

"In nomine Patris, et Filij, et Spiritûs Sancti, ac Virginis-Matris Dei. Amen. "Propositio Ricardi, Archiepiscopi Armachani, Primatis Hibernie, facta in "Consistorio, coram Domino Papâ, et Cardinalibus, et Prelatis, ad utilitatem "Cleri et Populi Christiani, super materiâ Mendicitatis, et Privilegiorum, "contra Fratres de ordinibus Mendicantium quibuscunque. Apud Avinoñ. "die 8vo mensis Novembris, Anno Dñi millesĩo ccc°. LVII°."

B. IV. 32. QUARTO. Et sic in fine, fol. 13. b.

" Explicit illa notabilis propositio quam proposuit ille Venerabilis Doctor, et " solempnis in Theologiâ Magister, Ricus Fits-rauf, Archiepus Armachanus, " coram Domino Papâ, contra defectûs fratrum Mendicantium; et de illâ ma- " teriâ, an Jesus Christus, Dominus noster mendicavit: et de aliis materiis di- " versis, valde necessariis et secretis. Die octavo &c.

Propositio sic incipit: " Nolite judicare secundum faciem"—

2. EJUSDEM ARMACHANI RESPONSIONES AD OBJECTIONES MENDICANTIUM. Folio 14.

Sic incipiunt: " Quia in Propositione meâ predictâ, factâ corum Domino nostro " Papâ, et reverentissimo Cetu Cardinalium"—

Sic desinunt: " Expliciunt Responsiones per Magrm Ricm Fits-Radi Archiepm " Armachani[um] contra Objcctiones Frm Mendicanciu, super illâ materiâ " an Christus mendicabat; et etiam numquid pertinet ad statum perfectionis " spontaneè mendicare."

3. ARMACHANI EJUSDEM LIBELLUS CONTRA FRATRES. fol. 21.

Sic incipit: " Coram vobis, reverentissimis in Christo Patribus ac Dominis"—

In fine: " Explicit libellus Magri Rici Fitz-Rauf, Archiepi Armachani, contra " fres in Curia Romana, Anno Dni Millio ccc°. LVII°."

Scripti sunt hi tres tractatus lineis integris; literis mediocribus, acuminatis; non multo (ut videtur) post Auctoris ætatem.

4. ANSELMI, ARCHIEP'I CANTUAR. DE MONTE HUMILITATIS LIBER. folio 25.

Sic incipit Prologus: " Compellis me venerabilis Abba et Sancte Romane Ec- " clesie Legate, Domine Anselme, ut tibi quedam de dictis magnifici viri " Anselmi Cantuariensis Archiepi transmittam"—

Capita sunt 20. Argumentum 1mi Capitis est: " De Monte Humilitatis; et " septem gradibus ejus; et duobus ejusdem montis Custodibus."

Sic incipit: " Dominus ac Redemtor noster, Spiritu septiformis Gratie plenus, " profundam Superbie Vallem volens nobis obstruere, et Montem Humilitatis " commendat, Omnis, inquit, qui se exaltat, humiliabitur."

Ex hoc et sequenti Capite titulus videtur toti libro impositus in tractatuum Indiculo, qui in hujus Codicis initio legitur: reliquorum enim Capitum argumenta alia sunt.

Cæterum liber hic non scriptus est ab Anselmo, sed ab ore ejus exceptus; idque variis temporibus, prout de re quâvis disserendi occasio sese obtulit. Sermones ejus scriptis mandavit hujus libri congestor; et postea, rogatus ab Anselmi Nepote cognomine, hoc ordine disposuit. Nomen ejus non apponitur.

Non editus est inter Anselmi opera.

5. INDICES ALPHABETICI RERUM IN LIBRIS NONNULLIS CONTENTARUM, QUOS BREVITER HIC INDICARE SUFFECERIT.

" In Augustini Epistolas.

" In Egidium Romanum de Regimine Principum.

" In Augustinum de Trinitate.

B. IV. 32. QUARTO. Indici subjiciuntur omnium Capitulorum Exordia.

" In Augustini Sermones de Sermone Domini.

" In Homilias Auctoris anonymi.

" Tabula super naturis Animalium, et aliarum rerum.

Nomina alphabetico ordine disposita sunt.

" Tabula alphabetica in Homilias Auctoris anonymi.

" Tabula in opus imperfectum Chrysostomi super Matthæum.

Harum Tabularum scriptura ejusdem ætatis videtur cum superioribus tractatibus.

33. Pupilla Oculi.

Sic incipit: " Humane conditio nature, jam senescente Mundo, decursu tempo-" rum continuè vergens in deterius"—

Titulus hic in initio libri est a manu secundâ: sed a prima manu in fine libri 1$^{mi}$, et sequentium subscribitur.

Scriptoris nomen non præfigitur: sed ex Pitseo et Whartono Joannem de Burgo ejus Auctorem fuisse discimus. De eo sic scribit Pitsæus: " Joannes Burgensis, " sive, de Burgo, Ecclesiæ Collinghamensis in Comitatu Nottinghamensi Rector, et " Academiæ Cantabrigiensis Cancellarius, scripsit, de Sacramentis, et Sacramen-" talibus, grande Volumen, quod intitulavit Pupillam Oculi, Libros 10: Humane " Conditio nature"—Obiit anno 1386.

Vide etiam Whartonum, in Appendice ad Cavëum, ad annum 1385.

Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis minoribus, acuminatis, non inelegantibus; non multo post ætatem Auctoris.

34. Monachus Farnensis. Uthredus.

1. Meditationes cujusdam Monachi apud Farn eland quondam solitarij.

Sunt Septem numero:

1$^{a}$. Ad Crucifixum.

Sic incipit: " Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis."

Habet Capita 104.

2$^{a}$. Ad beatam Dei Genitricem Mariam. Fol. 45.

Sic incipit: " Dicam in silentio Anime."

Sunt Capita 9.

3$^{tia}$. Ad Angelos. fol. 49.

Sic incipit: " Quam magna multitudo dulcedinis tue, Domine?"

Alloquitur Angelum proprium, folio 53, sic: " Ex quorum venerando Colle-" gio unum michi deputatum."

4$^{ta}$. Ad Abraham et David. folio 55.

Sic incipit: " Venerabilium Patrum merita."

B. IV. 34. QUARTO.

5ta. Ad beatum Johannem Evangelistam. Folio 61.
Sic incipit: "Dilectissime Deo, sancte Johannes"—

6ta. Ad eundum. folio 62.
Sic incipit: "Michi loqui de Johanne non debet esse onerosum"—
In his Meditationibus sunt Capita 43.

7ma. Ad beatissimum Cuthbertum Lindisfarnensem Episcopum. folio 71.
Sic incipit: "Sacerdos Dei Cuthberte, serve Dei eximie"—
Imperfecta dicitur in Indiculo qui libro præfigitur.
Meditationes has ineditas esse puto.
Scriptæ sunt lineis integris; literis paulo majoribus, acutis; ante annos circiter 300.

2. Magri Uthredi, Doctoris eximii, et Monachi Dunelm. tractatus de Substantialibus Regule Monachalis. folio 76.
Sic incipit: "Novicio inquirenti quare hec duo, Castitas, et Proprietatis abdi- "catio, que famosiùs dicuntur esse de Substantiâ Voti Monachalis, inseran- "tur in Monachorum professione"—

3. Uthredi ejusdem tractatus de Perfectione Vivendi. a folio 93 ad 111.
Sic incipit: "Sacratissimo siquidem Dei Evangelio Mat. 19. asserente, obser- "vationem Legalium mandatorum, homini non sufficere"—
Uthredi Boleduni, vel, Boltoni, meminere magnisque eum laudibus efferunt, Lelandus, Baleus, Pitseus. Posteriorem tractatum ei omnes tribuunt: Prioris non meminit Lelandus. Floruit extremis Edwardi 3tij temporibus; paulo ante annum 1380.
Scripti sunt lineis integris; literis mediocribus, acutis; ante annos circiter 300.
In folio primo: "Liber Petri de Dunelm. Monachi ejusd."
In initio libri præfiguntur Versus aliquot memoriales de ordine in divinis Officiis recitandis servando; quorum Specimen hoc sit:
HIC VIR die primo: sed QUI TIBI sume secundo.

## 35. De Ligno Vitæ, et alij 5 tractatus.

1. De Ligno Vitæ.
Sic incipit: "Christo crucifixus sum cruci verus Dei cultor."
Meditationes sunt breves in vitam Jesu Christi, quarum hi sunt tituli:—

| | |
|---|---|
| "Jesus ex Deo genitus: | Prefiguratus: |
| "Emissus celitus: | Mariâ natus: |
| "Conformis Patribus: | Magis monstratus: |
| "Submissis [us] Legibus: | Regno fugatus: |
| "Baptista celitus: | Hoste temptatus: |
| "Signis mirificus: | Transfiguratus: |
| "Pastor sollicitus: | Fletu rigatus: |
| "Rex Orbis agnitus: | Panis sàcratus: |

B. IV. 35.
QUARTO.

"Dolo venundatus: Orans prostratus
"Turbâ circumdatus: Vinclis ligatus:
"Notis incognitus: Vultu velatus:
"Pilato traditus: Morte dampnatus:
"Spretus ab omnibus: Cruci clavatus:
"Junctus latronibus: Felle potatus:
"Sol morte pallidus: Translanceatus:
"Cruore madidus: Intumulatus:
"Triumphans mortuus: Surgens beatus:
"Decor precipuus: Orbi prelatus:
"Ductor exterritus: Celo levatus:
"Largitor Spiritûs: Laxans reatus:
"Testis veridicus: Judex iratus:
"Victor magnificus: Sponsus ornatus:
"Rex Regis filius: Liber signatus:
"Fontalis radius: Finis optatus."

Sunt versus ὁμοιοτέλευτοι, quos rythmicos vocant.

2. Tractatus de quatuor Virtutibus Cardinalibus; Prudentiâ, (hæc pars e nostro codice excidit) Temperantiâ, (fol. 7.) Fortitudine, (fol. 16, 6.) Justitiâ, (fol. 29, b.)

Sic incipit: "Dicto de Prudentiâ, que est prima inter Cardinales Virtutes"—

Scriptus est hic tractatus lineis divisis; literis minutis, acuminatis, satis elegantibus: ante annos 400, aut etiam ampliùs.

3. Ricardi Heremite Incendium Amoris. Fol. 33.

Sic incipit: "Admirabar amplius quam enuntio"—

Libri et Auctoris nomen folio primo a recentiori manu inscribitur. Utriusque vero nomen in fine libri a prima manu apponitur folio 92, b. et pleniùs folio 112, b.

Ricardus vero hic Eremita, vero cognomine Rollus, a Cœnobio, in quo vitam degebat, de Hampole dictus est. Eremita fuit Augustinianus; Vir quidem doctus, sed (Lelando judice) paulo eruditior quam facundior. Obiit A.D. 1349. Libros multos edidit, quorum nomina recensent Lelandus, illoque plenius Baleüs et Pitseüs. Sed dicunt tractatum de Incendio Amoris in tres libros divisum esse, et sic incipere: "Cum infeliciter florerem." Hic vero unicus tantum est: (adeo tamen longus, ut in tres commodè dividi possit: habet enim 43, eaque non brevia, Capita) et idem Exordium habet, quod illi tribuunt alteri ejusdem Scriptoris, libro, quem Melodiam Amoris vocant. Sed verum hujus tractatûs esse nomen Incendium Amoris ostendit, non solum Titulus in fine a primâ manu adscriptus; sed Liber etiam ipse multis in locis, præsertim in fine Præfationis, ubi scribitur: "Istius libri titulus Incendium "amoris sortiatur."

Scriptus est lineis continuis; literis acutis; ante annos circiter 300.

B. IV. 35. QUARTO. Huic tractatui præmittitur Parabola Johannis de Wharton; quæ sic incipit: "Quatuor homines eunt audire verbum Dei"—

Dimidiam paginam implet.

4. LIBER DE AMORE DEI CONTRA AMATORES MUNDI, SECUNDUM RICHARDUM, VENERABILEM HEREMITAM DE HAMPOLE. Folio 92.

Sic incipit: "Quoniam mundanorum insania gaudium eterni amoris"—

Titulus in fine libri a manu primâ adscribitur: a Baleo et Pitseo vocatur, "Contra amatores Mundi."

In fine tractatûs subjicitur Nota, qua indicantur Conversionis ejus tempus, et gradus varij; et hoc demum: "In nocte Purificationis beate Marie Virginis "dictum fuit michi in sompnis, A°. Dñi 1343, Annis 12 vives." At si Lelando, Baleo, et Pitseo fides, obiit sexennio post, anno scilicet 1349. Lelandus autem quod scripsit ex MSto Mariano Eboracensi depromsit.

Ejusdem ætatis hic tractatus est cum superiori.

5. RICARDI DE HAMPOLE MEDITATIONES, [folio unico.] fol. 113.

Sic incipiunt: "Evigila anima mea"—

Ab eâdem manu.

6. SPECULUM CURATORUM. folio 113 ad 115.

Sic incipit: "Sanctus Edwardus Rex et Confessor"—

Videtur excerptum ex libro qui sic inscribitur.

36. SPECULUM CURATORUM.

Sic incipit: "Cum circa duo versetur officium Sacerdotum, sicut diffusè traditum "est per Doctores"—

Habet hic Liber Capita 78; sed Auctoris nomine destituitur: quem tamen Anglum fuisse constat ex eo, quod Anglicarum consuetudinum et oppidorum mentionem faciat multis in locis: ut in folio penultimo: xxviij "Si tenentes de Escaetis, ut de "honoribus de Wallingford, Beteford, Nottingham, Lancastre, vel aliis Escaetis"—

Scriptus est hic Codex lineis continuis; literis mediocribus, acuminatis; ante annos circiter trecentos.

In initio: "Cōs librarie Dunelm̄."

In fine: "Scriptum a Wiłło de Kedwely." Scribæ videtur nomen.

37. TRACTATUS DUO.

1. TRACTATUS DE REBUS ECCLESIASTICIS.

Titulus iste est a manu recenti. In fronte libri hæc Nota a manu primâ, vel non multo recentiore, literis miniatis (sed pene evanidis) scribitur: "In isto libello "continentur quinque tractatus optimi; cum quibusdam Excerptionibus de "Decretis." Dicere debuit Septem; dividitur enim in septem libros.

Sunt Excerpta quædam e Patrum Scriptis, certis Capitibus digesta; quorum Argumenta libro ipsi præfiguntur.

B. IV. 37. QUARTO. Sic incipit: "Pater iste familiâs homo dicitur similitudine, non veritate"—
In fine tractatûs hæc Nota adjicitur, (non tamen a manu primâ;) quam vel ideo exscribere libuit, quia præcipuorum aliquot eo tempore Monachorum hujus Cœnobij nomina exhibet. "Anno a nativitate Dñi M.CC.LXIX. Presbiter or-"dinatus a Venerabili Epõ Dño Robto de Stichil, permittente Dompno Hu-"gone [de Darlington] tunc Priore Dunelm̃, Ric. de Claxton Suppriore, "[Prior fuit anno 1273] Rogero de Medlay Eleemosinario et 3 Priore, Ro-"berto de Insulâ Sacristâ, [successit Roberto de Stichil in Episcopatu anno "1274] Johe de Haxby Bursario, Nic. de Hexteld. Hostillario, Ricdo de "Escrick Camerario, Henr̃ de Horncasł. Terrario: videlicet ad Scitientes in "Quadragesima: anno Conversionis quarto."
Si hæc nota ab Auctore est, habemus hic Scriptorem Monachum Dunelmensem, et ætatem quâ vixit. Et sane libri scriptura ei ætati æqualis, vel etiam antiquior videtur. Lineæ integræ sunt; Literæ minores, rotundæ, non inelegantes.

2. EXCERPTA DE DECRETIS. Folio 72.
Sic incipiunt: "Dicit Rabanus Maguntiensis Archiepiscopus in Prologo suo ad "Haistulfum"—
Auctor de instituto suo sic loquitur in Præfatione: "Hec Rabanus et Amala-"rius; ex quorum libris utiliora queque mihi et amicis meis excerpsi"—
Ab eâdem manu descripta sunt quâ tractatus prior.

38. TRACTATUS QUATUOR.

1. TRACTATUS DE QUATUOR PRÆDICANDIS: scilicet, Vitiis, Virtutibus, Pœnis, et Prœmiis.
Titulus hic (cum tractatus sit in initio imperfectus, nec in fine nomen ponatur) est ex conjecturâ, eâque non satis certâ: tam implexa enim et intricata est scriptura, ut vix ullam integram sententiam perlegere potuerim. Hoc tamen videor elicuisse ex folio 4^to b. "Ad majorem disto; sbseqñciũ [f. distinctionem "subsequentium] et ad faciliorem inventionem pro vo^te [voluntate] inspicien-"tis, Capitula hujus Cołłois [collectionis] ex dictis autenticis Sanctorum et "Gentilium pħo; [Philosophorum] de quatuor Predicandis, s. [scilicet] Viciis, "Virtutibus, Penis, et Premiis prenotantur." Quatuor Prædicanda sunt Argumenta illa, quæ a Sacerdotibus sæpissimè in Concionibus tractari et prædicari debent.
Folia præcedentia alterius tractatûs [de Gulâ] pars esse videntur.

2. LEGILOQUIUM: sive, de Legibus Dei tractatus. fol. 75.
Sic incipit: "Scribam eis multiplices leges meas"—
Hujus quoque tractatûs titulum (cum nomen ejus nec in initio, nec in fine adscribatur) expiscari ex ipso libro necesse erat: ex eo scilicet loco, fol. 75, b. "Colligantur et scribantur in hac collaciunculâ, que potest dici Legiloquium, "auctoritates Sanctorum de predictis legibus"—

B. IV. 38. QUARTO. In fine subjiciuntur (in foliis vacuis)

α. Prognosticatio brevis temporum. Folio 86.

"Si prima feria Januarij Kal. Dominica fuerit, hiems erit bona"—
Sunt tantum lineæ 12.

β. Sompniale Danielis Prophete, quod fecit in diebus Regis Nabugodonosor. folio 86. b.

"Aries in Sompnis se videre [f. si videtur] capere lucrum significat"—
Sunt Somniorum quorundam Interpretationes (Danieli, propter illius eximiam τῆς ονειροκριτικῆς peritiam, falso adscriptæ) alphabeticâ serie dispositæ. Duas tantum implent paginas.

3. COMMENTARIUS IN FULGENTIJ MYTHOLOGIAS. folio 92.
Sic incipit: "Commentarium super Fulgentium; continens Picturam poëticam "Virtutum et Vitiorum."
Ante folium primum: "Iste liber constat Ecclesie beate Marie Karl." [Carleolensi.]

4. FABULARUM POETICARUM EXPOSITIO MORALIS, ET ALLEGORICA. fol. 127.
Sic incipit: "A veritate qui auditum avertunt; ad fabulas convertentur"—
Huic tractatui nullus titulus adscribitur; sed Argumentum libri in Præfatione indicatur: f. 127, b. "Non intendo, nisi rarissimè, literalem sensum Fabula- "rum tangere; sed solum circa moralem sensum, et allegoricam expositionem "laborare: sequendo s. librum Ovidij, qui dicitur Metamorfôseos: ubi rectè "videntur, quasi per modum tabule, omnes Fabule congregate"—
Meminit Fabularum, jussu Johannæ Reginæ, in rithmum Gallicum translatarum; quas tamen, licet diu quæsitas, invenire se non potuisse dicit.
In fine libri subjiciuntur Figuræ tres Phlebotomicæ, et Chiromanticæ: et Regulæ nonnullæ de Phlebotomiâ.

Horum omnium tractatuum Scriptura, licet non ab eâdem manu, non tamen dissimilis est; et ejusdem videtur ætatis; annorum circiter 300.

39. LEGENDÆ SANCTORUM, et Tractatûs alij 8.

1. LEGENDÆ SANCTORUM, quas compilavit frater JACOBUS natione JANUENSIS, ex ordine fratrum Predicatorum.
Prologus sic incipit: "Universum tempus presentis Vite in quatuor distinguitur"
Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis acuminatis, mediocribus, satis elegantibus: in parte quidem priore atramento nitenti; in posteriore vero, pallido et evanido: ante annos circiter 400.

2. AUGUSTINUS DE VISITATIONE INFIRMORUM. folio 1.
Sic incipit: "Visitationis gratiâ Nepoti meo charissimo morienti."
Ejus Supplementum. folio 2. b.
"Superioris tractatûs cursum."
Legitur inter libros Augustino falso adscriptos.

B. IV. 39. QUARTO. In fine subjiciuntur (ab aliâ manu) nomina Regum Anglorum ab Aluredo ad Edwardum 3tium. Regibus singulis adjicitur numerus annorum quos regnabant, excepto Edwardo: ut eo adhuc vivo Catalogus iste scriptus fuisse videatur. Obiit vero ille A. D. 1377.

3. Magistri SENATI PRIORIS WIG [orniensis] VITA S'CI OSWALDI Archiepiscopi. Folio 5.

Prologus sic incipit: "Sanctorum frequentare memoriam, actusque crebro re-"plicare"—

Vita sic: "Puer igitur Oswaldus in ipso hujus vitalis aure vestibulo"—

Habet Capita 20; quorum argumenta literis miniatis scribuntur.

Hunc Senati librum Whartonus interiisse putavit: [vide Præfationem ad Angliæ Sacræ Vol. II. p. 14.] Et Nicolsonus de eo dubitanter loquitur; [in Bibliothecâ Historicorum Anglorum Capite 2do, in Oswaldo.] Est autem hic Codex tum pulcher, tum etiam ipsi Scriptori pene æqualis. Senatus enim floruit, regnante Henrico 2do: [Lel. Bal.] mortuus est A.D. 1170. [Pits.] Scriptus autem est hic liber (lineis continuis; literis majoribus, rotundis, elegantibus) ante annos (ut videtur) quingentos, aut etiam plures.

4. VITA SANCTISSIMI WLSTANI, Confessoris atque Pontificis, libris 2: quorum prior habet Capita 32, posterior 20. folio 23.

Prologus sic incipit: "Gesta Sanctorum Patrum, quorum Vitam ex Fide, "Fidem ex Operibus."

Vita ipsa sic: "Pagus est in regione Merciorum non incelebris."

Auctoris nomen huic Vitæ non adscribitur. Scripta autem videtur fuisse non multo post Wlstani mortem: ait enim in Præfatione: "Miracula etiam, que "adhuc calente memoriâ vidimus, posteris etiam stilo duximus exaranda." An hæc vita sit quam Senato tribuunt Lelandus, Baleus, Pitseus, nescio: certè, demtâ Præfatione, eadem est (licet alicubi locupletior, sæpius autem contractior) cum eâ quam Whartonus (in Angliæ Sacræ Vol. II. p. 244) edidit, conjecturâ ductus, sub Willelmi Malmsburiensis nomine, ex MSto Cottoniano. Cæterum Sententia illa (Lib. 3. Cap. 26. sed in MSto Lib. 2. Cap. 8) quæ Whartono persuasit hoc Malmesburiensis scriptum esse, in Codice nostro non legitur.

Ab eâdem manu est quâ Oswaldi Vita.

5. NOVA MIRACULA SANCTISSIMI PRESULIS WLSTANI, anno de Incarnatione Domini Millesimo ducentesimo primo, Vigiliâ Depositionis ejusdem. Folio 47.

Non probabile est omnia hæc miracula eodem die edita fuisse; quod ex Tituli verbis colligi possit. Sed videtur hic tractatus complecti Historiam Miraculorum omnium quæ ad Wlstani tumulum edita sunt; a morte ejus, quæ incidit in annum 1095, ad 1201, quo tempore farrago hæc compilata fuisse videtur.

Sunt libri 2: quorum prior habet Capita 47; posterior 21.

Prologus sic incipit: "Si salutifere fidei nostre rudimentum"—

Capitum aliquot prioris libri argumenta hæc sunt:

1. De Muliere incurvâ.

B. IV. 39. QUARTO. 2. De Muliere Paralyticâ curatâ.

3. De Muto a Nativitate curato.

4. De alio Muto, cujus lingua fuerat per fraudem amputata, per Wlstanum curato.

5. De Visione, quâ tota Ecclesia cereis ornata videbatur.

Libri secundi Prologus sic incipit: "Ad omnipotentis Dei laudem"—

Prologum sequitur Epistola Innocentij Papæ Episcopo et Capitulo Wigorn. de Canonizatione Sancti Wlstani.

6. Translatio S. Wlstani. a Folio 89 b. ad 94.

Prologus sic incipit: "Sepe et multum desideravi gloriosi Confessoris Christi, "et Episcopi Wlstani"—

Historia ipsa sic: "Appositus igitur ad Patres suos beatus Wlstanus."

Ab eadem manu sunt Miracula et Translatio cum Oswaldi vitâ.

7. Tractatus bonus et satis subtilis de Eucharistia.

Titulus hic legitur in Indice tractatuum qui libro præfigitur: sed tractatus ipse excidit.

At folio 95 superest fragmentum Epistolæ Abbatis cujusdam Clarevallensis, de Elisabethâ, Virgine Ecstaticâ, de quâ sic scribit prope finem: "In stigmatibus "et Penis fidem astruit Passionis: in Jubilo et Jocunditate post Penas, Re-"surrectionis: in Raptibus, Ascensionis: in Robore, et Revelationibus, et "Spirituali Vitâ, Spiritûs Sancti emissionis."

8. Elisabethe Virginis Visiones. folio 95. b.

Visionibus præmittitur Antereni [fictum nomen videtur] Prologus, cui Elisabethæ ipsius Prologus inseritur.

Prologus sic incipit: "Fuit in diebus Eugenij Pape secundi"—

Visiones vero sic: "Factum est in die Sancto Pentecostes"—

Visionum sunt libri tres: quorum

1$^{us}$ Complectitur eas quas vidit A.D. 1152, Capitibus 23.

2$^{dus}$ Est earum quas vidit anno 1156.

3$^{ius}$ Habet Capita 30. a fol. 116 ad 123.

Scriptæ sunt lineis dimidiatis; literis mediocribus, acutis; ante annos circiter 300.

9. Kalendarium.

Ante annos circiter 300 scriptum videtur.

In fronte libri: "Iste liber assignatur Claustro Dunelm̄ per Dñm Johēm Wes-"syngton Priorem ejusdem." Fuit iste Johannes Prior ab anno Dñi 1416 ad 1446.

40. Mariale.

Non apponitur nomen Auctoris: quem tamen Episcopum fuisse, et Senem, ipse in Præfatione ostendit: "Et quamvis Pontificali infulâ redimitus, quamvis in Epis-"copali Speculo constitutus, tamen in cinerem cito resolvar." De se loquitur.

B. IV. 40. QUARTO. Alius est itaque hic liber ab eo quem eodem titulo scripsit Alexander de Hales, monachus Franciscanus. Est fortasse liber quem hoc titulo scripsit Jacobus de Voragine Archiepiscopus Januensis, vel Genuensis. v. Cave.

Præfatio sic incipit: "Cogitavi dies antiquos, et annos eternos in mente habui"—

Liber ipse sic: "Abstinentia fuit multiplex in beatissimâ Mariâ"—

In eo enumerantur, et fusè explicantur Beatæ Virginis Dotes, sive Virtutes, ordine alphabetico dispositæ, Capitibus 156.

Capitum primorum tituli sunt:

1. "Abstinentia Marie.
2. "Advocata nostra est Maria.
3. "Adjutrix nostra est Maria.
4. "Amigdalus dicitur Maria.
5. "Amor Marie."

Scriptus est hic Codex lineis integris; literis mediocribus, acutis; ante annos circiter 300.

In initio: "Liber Sancti Cuthberti de Dunelm̃ ex dono Dompni Jo͞his de Manbe, "assignatus communi armariolo Dunelm̃ quem qui alienaverit, maledictionem Dei "possideat hic et in futurum. Amen."

41. Tractatus 25.

1. Tabula super Regulam Benedicti.
   Scripta est lineis dimidiatis; literis minoribus, cursivis; ante annos circiter 300.

2. Tabula super Bernardum de Præcepto et Dispensatione. Folio 15.
   Scripta est ab eâdem cum præcedenti.

3. Quedam Constitutiones pro Ordine Nigrorum Monachorum. folio 25.
   Earum quinque sunt Capita:
   1. De Augmento cultûs Divini.
   2. De Prelatorum negligentiâ.
   3. De Prioribus Claustralibus.
   4. De Priore Studentium.
   5. De Mittendis ad Studium generale.

   Sic incipiunt: "Abbas Monasterij Sancti Albani Provinciali Capitulo"—
   Lineæ sunt integræ; Literæ minores, acutæ sive Secretariæ; Ætas eadem cum Tabulis præcedentibus.
   Occurrunt supra in Codice 26. tract. 7. quem vide.

4. Constitutiones edite in Concilio Oxoniensi. folio 30.
   Sic incipiunt: "Incipiunt Decreta concernentia Statum Monachorum"—
   Scriptæ sunt ab eâdem manu cum præcedentibus.

5. Tractatus de prima Institutione Nigrorum Monachorum. fol. 33.
   Sic incipit: "Quidam minus intelligentes"—
   Est ab eâdem manu cum præcedenti.

B. IV. 41. QUARTO. 6. SECUNDUM CAPITULUM PROVINCIALE CELEBRATUM APUD NORTHAMTON, A.D. 1340. Folio 35.

Sic incipit: "Die Lune proximè post Festum Nativitatis Beate Marie"—
Ab eâdem manu est.
Editum est in Conciliorum Britannicorum Spelman. vol 2do. pag. 544.

7. ACTUS ET EXILIUM BEATI MARTIRIS THOME CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI. folio 55. b.

Prologus sic incipit: "Honor et gloria beati martiris Thome"—
Prologius alius, secundum Johannem de Salesberi, sic incipit: "Sanctam Eccle-"siam jugiter impugnat hostis antiquus"—
Lineæ sunt dimidiatæ; Literæ parvæ, acuminatæ: assurgere videtur ad annos 500.

8. REGULA SANCTI BENEDICTI. folio 65.

Sic incipit: "Ausculta, o fili, precepta Magistri"—
Scripta est lineis dimidiatis; literis minoribus, acuminatis, elegantibus; ante annos 400, aut etiam plures.

9. LIBER ABBAS, VEL PRIOR. folio 83.

Sic incipit: "Abbas, vel Prior, seu quiscunque desiderans se et Conventum ser-"vire Deo"—
Scriptus est non male: Superiori æqualis ætate videtur, vel etiam vetustior.
Occurrit supra, in Codice 26. tract. 12.
Nota in Summâ Summarum liber 2. tit. 56. de Observatione Jejuniorum. Sic incipit: "Quare jejunamus Quadragesimâ"— folio 97. b.

10. LIBER BERNARDI ABBATIS DE DISPENSATIONE. fol. 101.

Sic incipit: "Domno Abbati Columbensi Frater Bernardus, Abbas dictus de "Claravalla"—
Scriptus est lineis integris; literis parvis, acutis.
Occurrit supra, in Codice 27. lin. 13.

11. ACTA PRIMO DIE CAPITULI GENERALIS APUD NORTHAMPTON, ANNO 1343. folio 110. b.

Sic incipiunt: "Inprimis, Missâ celebratâ, Sermone facto, et Ympno Veni Crea-"tor decantato"—
Scriptura eadem est cum Bernardi libro.
Occurrunt supra, in Codice 26. tract. 6.

12. CONSTITUTIONES OTTOBONI. folio 111.

Sic incipiunt: "Regnum Celorum multis mansionibus, teste veritate, distinc-"tum"—
In fine: "Expliciunt Constitutiones Othoboni Legati, in Angliâ, Scotiâ, Walliâ, "et Hiberniâ, super Monachos et Moniales, A.D. 1268."
Scriptæ sunt lineis integris; ante annos 400.
Occurrunt supra, in Codice 26. tract. 11.

13. DECRETA MONACHORUM ORDINEM CONCERNENTIA. folio 113.

Sic incipiunt: "Abbati, vel Monacho, non licebit Monasterij servum facere li-"berum"—

B. IV. 41. QUARTO. Scripta sunt lineis integris; literis acutis; ante annos circiter 300.

Vide supra Codicem 26. tract. 9.

14. ADMONITIO DEVOTA FACTA CUIDAM VOLENTI INTRARE RELIGIONEM. Fol. 121.

Sic incipit: "Dilecto in Christo filio Salutem et Spiritûs Sancti gratiam. Quia "de tenore cujusdam litere mihi nuper transmisse"—

In fine: "Walterus miser." Scriptoris (ut videtur) "nomen."

Lineæ integræ sunt: Literæ minores, acutæ; Anni 300, aut plures.

15. PRIMUM PROVINCIALE CAPITULUM CELEBRATUM APUD NORTHAMTON, ANNO 1338, PER PRESIDENTES. fol. 131.

Sic incipit: "Cum Venerabilis, et Deo devotissimus Dominus Benedictus Papa "12[us]"—

Lineæ integræ sunt; Literæ parvæ, acutæ, cursivæ; Ætas eadem cum præcedenti.

Occurrit supra, in Codice 26. tract. 15.

16. CONSTITUTIONES CLEMENTINE EDITE IN CONCILIO VIENNENSI [1311.] fol. 133.

Sic incipiunt: "De summâ Trinitate, et Fide Catholicâ. Fidei Apostolice fun-"damento, preter quod (teste Apostolo) nemo potest aliud ponere, firmiter "inherentes"—

Sunt Libri 5, Capita 51.

Præfigitur Joannis Papæ [22] Bulla ad Academiam Oxoniensem, ad quam (ut et ad alias forte) Constitutiones has misit: data Avenione Kal. Novemb. anno Pontificatûs 2[do]. [1319.]

Non edita sunt a Labbéo in Conciliis.

Lineæ dimidiatæ sunt: Literæ mediocres. Liber non multo eâ ætate recentior videtur.

17. CONSTITUTIONES SINODALES DUNOLM. fol. 170.

Sunt Constitutiones in Synodis editæ ab Episcopis Dunelmensibus: scilicet, a

"Waltero [de Kirkham] A. D. 1255. fol. 170.

"Ricardo [Paupere.] Episcopus fuit ab anno 1228 ad 1237. f. 173.

"Roberto [de Insulâ] A. D. 1276. f. 180.

"Ricardo [de Kellow] 1312. f. 181.

"Ludovico [de Bellomonte] 1319. f. 183.

Editæ sunt hæ Constitutiones in Conciliis Anglicanis, Vol. 2. p. 161: Sed Codex hic emendatior est Spelmanniano.

Scriptæ sunt lineis integris; literis mediocribus, acuminatis, elegantibus; non multo post Ludovici ætatem.

Extant infra C. II. Cod. 13. tract. 3.

18. CONSTITUTIONES BENEDICTI PAPÆ 12[mi] super Ordine Nigrorum Monachorum. folio 185.

Præfigitur Epistola Abbatum Eboracensis et Sancti Albani (ad quos Constitutiones istæ a Papâ missæ fuerant) ad reliquos per Angliam Abbates et Priores. Sic incipit: "Abbates Monasteriorum beate Marie Ebor. et Sti Albani Ordi-

B. IV. 41. QUARTO.

"nis Benedict. Lincol. Dioc." Datæ sunt Avenione Kal. Jun. Pontificatûs anno 2do, i.e. A.D. 1336.

Non sunt editæ in Conciliis Spelmannianis.

Scriptura superiori similis est, et ejusdem videtur ætatis.

19. DECLARATIONES SUPER CONSTITUTIONIBUS BENEDICTI directis ad Ordinem Nigrorum Monachorum. Folio 208.

Sic incipiunt: "Benedictus Episcopus, Servus Servorum Dei"—

Non sunt editæ a Spelmanno.

Scriptæ sunt lineis integris; literis cursivis; eâdem fere ætate quâ Constitutiones ipsæ.

Vide supra, Codicis 25, tract. 8.

20. COPIA LITERE D'NI BERNARDI DE GENEBREDA, Prioris Prioratûs de Longâ Villa, Ordinis Cluniacensis, Rotomagensis Dioc. de Revocatione Censurarum Constitutionum Benedictij Pape 12mi, Presidentibus in Capitulo apud Northamton, A.D. 1343. fol. 210.

Sic incipit: "Reverendis in Christo Patribus, et Religiosis viris universis"—

Non extat apud Spelmannum.

Scripta est literis cursivis; eâdem (ut videtur) ætate.

Legitur etiam supra, Codice 26, tract. 5. (α.)

21. CONSTITUTIONES CONCERNENTES ORDINEM MONACHORUM. fol. 211.

Sic incipiunt: "Monasteriorum Sti Albani, Scte Marie Ebor. et Sancte Wereburge"—

22. ORDINATIO COLLEGIJ MONACHORUM DUNELMENSIUM FUNDATI IN OXONIA. folio 222. b.

Non legitur in [Antonij Wood] Historiâ Academiæ Oxoniensis.

Hi duo tractatus scripti sunt lineis integris; literis cursivis; ante annum 1400.

23. Magistri HUGONIS DE FOLIETO TRACTATUS DE CLAUSTRO ANIME. folio 226.

Lib. 2us. Hugonis de Folieto, Prioris Canonicorum de Sto Laurentio Ambianensi, de ordinatione Claustri materialis. fol. 236.

3us. de Claustro Anime. [Vide Codicis 27. tract. 6.] fol. 247.

4tus. de Claustro Spirituali: de Civitate magna Jerusalem. fol. 261. b.

Hugo de Folieto, Monachus Corbeiensis, anno 1130 [du Pin], Monachus Sti Petri Corbeiensis in Gallia, et S. R. E. Cardinalis [Possev.] Auctor fuit horum librorum; qui tamen editi sunt inter opera Hugonis de Sancto Victore, (qui Hugoni nostro σύγχρονος fuit) Tomo 2do pag. 30. Sed hujus esse scriptoris testatur hic Codex; cui accedit communis eruditorum consensus. Vide Caveum in Hugone de Sancto Victore.

Lineæ dimidiatæ sunt: Literæ minores, acuminatæ, elegantes. Codex scriptus videtur circa annum 1300.

24. DE OROLOGIO ACHAZ. folio 287. b.

Sic incipit: "Denotatio quindecim graduum"—

Scriptura eadem est cum superiori.

B. IV. 41. 25. EXPOSITIO SUPER MAGNIFICAT. Folio 288. b.
QUARTO.
Sic incipit: "Magnificat voce, magnificat opere"—
Ab eâdem est manu.

In fronte libri: "Liber Dñi .................... ex dono Revmi Patris Dñi ........ " ........... Ecctie Cath. Dunelm. A. D. 1466, 1a die Octobris." [Erasum hic videtur nomen Episcopi Dunelmensis, qui eo anno fuit Laurentius Booth.]

Infra: "Liber Dompni .................. Moachi Dunelm. ex dono Venerabilis " Patris, Dompni Wiltmi Elwyk Supp'oris Dunelm̃ cujus anime propitietur Deus. " AMEN."

42. TRACTATUS 5.

1. TABULÆ, sive, INDICES RERUM ALPHABETICI in libros aliquot Gregorij, Augustini, et aliorum: quas, cum nulli usui hodie esse possint, excutere non fuit operæ pretium.

2. EXCERPTA EX PATRIBUS LATINIS DE SEPTEM VITIIS MORTALIBUS. folio 107.
Sic incipiunt: "Intentio nostra in isto opere est colligere de libris Originalium " 4 Doctorum, [Augustini, scil. Hieronymi, Ambrosij, Gregorij] et copulare " sub compendio dicta eorum: et primo de mortalibus 7 peccatis"—
Instituerat scilicet alia argumenta Theologica eodem modo explicare; sed hic tractatus non ultra peccata mortalia procedit.
Scriptus est lineis divisis; literis minoribus, currentibus; ante annos circiter 300.

3. SUMMA DE ARTE PREDICANDI. folio 146.
Sic incipit: "Vidit Jacob scalam a terrâ usque ad celum attingentem"—
Titulis hic literis miniatis scriptus est a manu primâ: ab aliâ (antiquâ tamen) hic, " Tractatus Magistri Alani Porretani de Arte Predicandi."
Vide quæ de hoc Scriptore dicta sunt ad Codicis 20mi tractatum 5tum.
Scriptus est hic tractatus lineis dimidiatis; literis minutis, non malè formatis; ante annos 400, aut etiam ampliùs.
Folio 164 adjicitur ab aliâ manu Supplementum breve superioris libri, in cujus fine adscribitur: "Explicit Tractatus Jołis Porretani de Arte Predicandi." Verum Joannis hujus Porretani mentionem nullibi invenio.

4. LIBRORUM ALIQUOT ECCLESIASTICORUM ET SECULIARIUM CATALOGUS, Capitibus 19: quorum singulorum Exordium et Clausula finalis exhibetur.
Scriptores Ecclesiastici sunt Dionysius, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Bernardus, Hilarius, Isidorus, Chrysostomus, Rabanus, Prosper, Damascenus, Anselmus, Ricardus, et Hugo de Sancto Victore, Alcuinus, Alanus, Boethius.
Seculares sunt; Plinius, Valerius Maximus, Macrobius, Tullius, Seneca.

5. FORMULA NOVICIORUM. folio 187.
Sic incipit: "Primo considerare debes, quare veneris, et ad quid veneris, et propter quid veneris"—

B. IV. 42. QUARTO. Sunt libri tres: quorum

1^us^, de Exterioris hominis compositione, habet Capita 58.

2^us^, de Reformatione Mentis, habet Capita 53. fol. 194. b.

3^tius^, de Profectu Religionis, habet Capita 85. fol. 212 ad 257.

In fine: "Explicit liber qui ducit ad Vitam Activam et Contemplativam."
"Tradatur iste liber Wiłło Laysynby Mo^a^cho Dunelm̃."

In fronte libri: "Liber Dñi Wiłłi Dalton Monachi Dunelmeñ."

43. Tabulæ 14. Augustinus.

1—14. Tabulæ 14 Rerum in totidem Scriptoribus contentarum: quas, cum prorsus inutiles sint, missas facio.

15. Augustini Sermones ad Fratres in Eremo, numero 26.

Sic incipiunt: "Fratres mei, et letitia cordis mei, corona mea"—

Recensentur inter libros Augustino falso adscriptos.

Scripti sunt lineis divisis; literis deformibus, quæ neminem ad legendum alliciant.

16. Summa Sermonum beatissimi Doctoris, Augustini, Yponensi E'pi, Tabulis alphabeticis disposita.

Scripta est ab eâdem manu; sed lineis continuis: et pene dimidiam Voluminis partem implet.

Præfiguntur singulorum Sermonum tituli.

In fronte: "Liber diversarum tabularum, cum aliis, assignat̃ cõi librar̃ Dunelm̃."

44. Tractatus de Vita & Passione B. Thomæ Archipræsulis & Martyris.

Idem cum Quadrilogo, de Vitâ S. Thomæ ex iv Auctoribus (viz. Joanne Sarisburiensi, Hereberto de Boscham, Wiłłmo Cantuar̃, et Alano Teokesburiensi) Gregorij XI. jussu olim contexto. Vide Cave Hist. Lit. vol. 1. pag. 681. in Tho. Becket, & pag. 685, in Joañ. Sarisburiensi.

Præfigitur Calendarium, idque sane pulcherrimum; cum tab. ad computand. eclipses solis & lunæ ab anno 1327 ad 1386.

Vir Reverendus Tho. Mangey, S. T. P. hujus Ecclesiæ Canonicus, Codicem hunc Bibliothecæ dono dedit. A.D. 1739.

45. Tractatus 13.

1. Nomina Abbatum Priorum &c. Provincialis Capituli Anno Dom. 1420.

Sic incipit: "Abbas Westm', Abbas Wynchecomƀ, Prior Wygorn' presidentes."
Paginæ tres, quarum tertia prioribus debet præcedere.

B. IV. 45. QUARTO. In folio primo occurrit manu recenti nota ad Librum hunc minimè spectans
"A Boke as well of certeyne abbayes priores and other religius howses, as of all "the parsonages and vicariges w[th]in the Bousshoprike and County of North-"umberlande appteyninge the Churche of Durisme."

2. NOMINA EPISCOPORUM LINDISFARNENSIS, CESTRENSIS IN STRATA, ET DUNELMENSIS ECCLESIÆ, ab Aydano (A° 637) ad Laurentium Bothe (A° 1476.) p. 4.

3. BENEDICTI XII CONSTITUTIONES SUPER ORDINE NIGRORUM MONACHORUM, A° 1337. p. 5.
Vide Cod. B. IV. 41. tr. 18, et Wilkins, Concil, Mag. Brit. Tom. II. p. 588.

4. EJUSDEM BENEDICTI BULLA, ANNO 1340. p. 85.
Hac Bullâ ex supradictis Constitutionibus quædam mitigantur aliquæ vero mutantur seu melius declarantur.
Vide B. IV. 41. tr. 19.

5. BULLA CLEMENTIS VI, A° 1343. p. 95.
Revocat et remittit censuras et pœnas in Constitutionibus Benedicti contentas.

6. LITERA BERNARDI DE GENEBREDA AD MONACHOS NIGROS ANGLIE. p. 98.
Explicat Bullam clementis Papæ predictam.
Vide Cod. B. IV. 41. tr. 20.
Fuit Bernardus de Genebreda Prior Prioratûs de Longa Villa Ord. Clun. Rotomagens. Dioc.
Ad finem "Amen quod Fyssheborne" Scribæ nomen.

7. ORDINATIONES QUÆDAM INNOCENTII III. IN CONCILIO GENERALI. p. 102.
Sic incipiunt: "In singulis regnis sive provinciis fiat de triennio in triennium"—

8. HONORII TERTII ORDINATIONES. p. 104.
"Honorius tercius Abbatibus & Monachis in Lombardia & Marchia."

9. CONSTITUTIONES AD MONACHOS ORD. S. BENEDICTI SPECTANTES. p. 107.
Vide MS. Dunelm. B. IV. 41. tr. 21.

10. BREVIS QUÆDAM SUMMA CANONUM, REGULARUM, ET CONSTITUTIONUM, RELIGIOSOS TAM MENDICANTES QUAM NON MENDICANTES SPECTANTIUM. p. 124.
In folio hujus Tract. antepenultimo (p. 157) inseritur Litera Hugonis (de Derlington) Prioris & Conventûs Dunelm. Cellarum suarum Prioribus Procuratoribus et Fratribus Dunolmensibus ubicunque morantibus missa. Data Dunelm. XVI Kal. Mar. 1265.
Continet statuta quædam ad majorem Regulæ S. Bened. in Eccles. Dunelm. & Cellis suis observantiam edita.

11. ACTA CAPITULI GENERALIS NIGRORUM MONACHORUM APUD NORTHAMPTONAM ANNO 1423. p. 165.
Vide MS. Dunelm. B. IV. 26. fol. 207, et Wilkins Concilia Tom. III. p. 419.

12. SUMMA TAXÆ ECCLES. DUNELM. AD CAPITULUM PROVINCIALE. p. 200.

B. IV. 45. QUARTO. 13. Acta Capitularia in Provinciali Capitulo Nigrorum Monachorum Ord. S. Bened. apud Northamptonam, Anno 1426. p. 201.

Vide MS. Dunelm. B. iv. 26. fol. 220, et Wilkins Concilia Tom. iii. p. 162.

Desunt Articuli Definiti &c. ad quatuor propemodum folia.

Tractatus hi ferè a diversâ manu: lineæ integræ; Literæ acuminatæ, aliquando bene formatæ.

Vir admodum Reverendus Robertus Lowth Episcopus Oxon. et hujus Ecclesiæ Canonicus codicem hunc Bibliothecæ dono dedit A° 1768.

## C. I. FOLIO.

1. Digestorum libri 24 priores, cum Glossa marginali.

Scripti sunt pulchrè; lineis divisis; literis acuminatis, Textus majoribus, Glossa minoribus; (Initiales literæ pictæ sunt:) ante annos circiter 400. Sed (quod dolendum est) elegans hic Codex imperfectus est: desunt enim librorum aliquot partes, et libri nonnulli integri, videlicet 6tus. 7mus. et 11mus.

In fine: "Explicit Textus Digesti Veteris."

Præfigitur ab aliâ manu Titulorum Index alphabeticus; sive (ut in fine vocatur) Kalendarium.

In folio primo adscribitur nota, quâ dicitur Joannes Mainsforth Cautionem (pro hoc libri, ut videtur mutuo accepto) deposuisse A. D. 1438. In extremo folio, idem dicitur ab aliis factum anno 1324. Superare igitur videtur hic Codex annos 400.

2. Inforciatum libris 14, cum Glossâ marginali.

Titulus hic est a manu recentiori.

Est tantum secunda pars Digestorum, a libro 25 ad 38 inclusivè. Cæterum Libri paulo aliter hic dividuntur, quam in editis. Primus enim liber, præter librum 25tum, complectitur etiam 24ti Titulum 3tium: Et liber ultimus (i. e. 14tus) vocatur, non 38vus (ut est in vulgatis) sed tantum 35tus.

C. I. 2. FOLIO. Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis acuminatis, mediocribus in Textu, in Glossâ minoribus, non inelegantibus, ante annos (ut videtur) circiter 500.

Præfiguntur Indices duo alphabetici; alter Titulorum Principiorum, sive, Vocum initialum in singulis Titulis.

In folio primo: "Liber ex dono Magri Witti de Doncastre, Decani de Auke-"lande." Willelmus Doncastre fuit Decanus de Aukland circ. annum 1420; et postea, Anno sc. 1437, Rector Ecclesiæ de Meldon. Obiit A° 1439.

3. Digestorum Libri 12 ultimi, a libro 39no ad 50mum; cum Glossâ margini adscriptâ.

Sed in hoc Codice sunt libri 13: Quinquagesimus enim in duos dividitur; unum de Verborum significatione; alterum, de Regulis Juris.

Deest folium primum.

Scriptus est hic Codex pulcherrimè, membranis bene politis; lineis divisis; literis elegantibus, in initiis clausularum pictis, acuminatis, in Textu majoribus, in Glossâ mediocribus, ante annos circiter 400.

4. Justiniani Institutiones & Authenticæ.

1. Justiniani Institutiones, cum Glossa marginali.

Glossæ Auctorem esse Accursium ostendit hæc nota in fine adscripta: "Accur-"sius, Accursius summorum doctor;" ut in fine libri legitur. Eundem esse Auc-"torem credo Scholiorum in Digesta."

2. Justiniani Authenticarum, sive, Novellarum Constitutionum Collationes 12, cum Glossa Accursij.

Titulus nullus, nec in initio, nec in fine apponitur: in summis tantum foliis scribitur.

Cæterum collationum harum tres novissimæ sunt Libri tres postremi Codicis. Justiniani enim Codex in MStis nostris habet tantum, 9 libros: reliqui 3 vel Authenticis accensentur, ut in hoc Codice; vel separatim eduntur, ut in Codice proximè sequenti, tract. 2: quod etiam factum video in editione Lugdunensi 1553, G. I. 35.

Accursium Glossæ hujus esse auctorem ostendit Nota in fine adscripta: "Acc. "summorum doctor," ac sæpiùs in margine libri repetita. "Accursius sum-"morum omnium Doctorum reperientium [f. repertorum] in mundo summis-"simus, ac doctorum doctissimus."

Ab eodem Scribâ Codex hic descriptus videtur, quo superior: [Cod. 3tius] literarum forma eadem est; Scripturæ et membranarum ornatus similis et æqualis.

In fronte libri: "Primum volumen de cõi libraria Mo^chox Dunelm̃. In le "spendement."

In primo folio: "Istud primum Volumen est trium puerorum de Insulâ, scilicet "Henrici, Ricardi, ac Johannis fratrum."

C. I. 5. JUSTINIANUS.
FOLIO.

1. JUSTINIANI IMPERATORIS INSTITUTIONES JURIS CIVILIS, cum Glossâ marginali.
Glossa Accursiana est.
Interseruntur interlinearia quædam Scholia, literis minutis, et malè formatis.
Folium primum deest.

2. CODICIS JUSTINIANI LIBRI 10mus, 11mus, 12mus, CUM GLOSSA IN MARGINE ADSCRIPTA.

3. AUTHENTICÆ, sive NOVELLÆ CONSTITUTIONES, COLLATIONIBUS 10, CUM GLOSSA MARGINALI.
Cæterum Collatio decima complectitur Constitutiones de Feudis.

Scriptus est hic Codex eodem modo quo superiores, satis eleganter; ante annos 400, aut etiam ampliùs.

6. JUSTINIANI IMPERATORIS CODEX REPETITE PRELECTIONIS, CUM GLOSSA MARGINALI.

Sunt hic 9 tantum libri, ut supra observatum.
Omnia in hoc libro adeo sunt similia duobus supra recensitis, [Codd. 3tio et 4to] ut ab eodem scribâ exaratus fuisse videatur.

7. DECRETUM GLOSATUM.

Folia quædam exciderunt in fine Partis Secundæ: scilicet, Capita 5 ultima Quæstionis 5tæ Caussæ XXXIIIiæ, Caussæ XXXIVta, XXXVta, et XXXVIta integræ, et Capita priora 9, et initium 10mi Distinctionis primæ in Parte tertiâ.

Scriptus est hic Codex pulchrè; lineis divisis; literis acuminatis; in Textu mediocribus, minoribus in Glossâ; ante annos fere 500. Adeo ut accedere videatur ad ætatem Glossatoris; sive is fuerit Hugutio; sive Joannes Semeca, Teutonicus dictus; de quibus (ut et Bartholomæo Brixiensi, qui in sequenti Codice occurrit) vide Placcium de Scriptoribus anonymis, num. 937. β

In primâ paginâ: "Liber Sc̄i Cuthb̄ti de Dunelmo, ex dono Ade de Kaugi, cu- "jus anima in pace requiescat. AMEN."

8. DRCRETUM GRATIANI CUM SCHOLIIS BARTHOLOMÆI BRIXIENSIS.

Glossa sic incipit: "Quoniam novis supervenientibus causis novis est remediis "succurrendum, idcirco ego Bartholomeus Brixensis"— Glossa hæc a superiori diversa est.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis acuminatis, bene formatis; in Textu paulò majoribus, in Glossâ mediocribus; non multo (ut videtur) post Bartholomæi ætatem, annum scilicet 1240.

C. I. FOLIO. 8. Sparsim adjiciuntur Scholia aliquot ab aliâ manu: et in fine, a primâ (ut videtur) manu:

1. Causarum singularum, et Quæstionum, in Parte secundâ, Argumenta, versibus singulis expressa.

2. Quæstionum aliquot in Decreto explicatarum Indiculus.

3. Singulorum in Digestis Capitum Exordia. [ab aliâ manu.]

4. Index Rerum in Decreto Contentarum alphabeticus. [a manu antiquâ, et libro ipsi æquali.]

9. DECRETALES. PONTIFICUM CONSTITUTIONES.

1. DECRETALES EPISTOLÆ GREGORIJ PAPÆ 9ni, CUM GLOSSA.

2. CONSTITUTIONES EDITÆ AB INNOCENTIO 4to IN CONCILIO LUGDUNENSI, ANNO 1245.

Præmittitur Epistola ad Universitatem Magistrorum et Scolarium Bononiensium.

Edidit hujus Concilij Constitutiones Labbeus in Conciliorum Tomi 11mi Parte 1ma, Col. 646: sed nec eodem ordine, nec easdem omnes quæ hic leguntur.

1. De Rescriptis.
2. De Electione et Electi potestate.
3. De supplendâ Negligentiâ Prelatorum.
4. De Officio Vicarij.
5. De Officio Delegati.
6. De Officio Legati.
7. De Officio Judicis Ordinarij.
8. De Judiciis.
9. De Foro competenti.
10. De Litis contestatione.
11. De Restitutione Spoliatorum.
12. De Dolo et Contumaciâ.
13. De eo qui mittitur in possessionem causâ rei servande.
14. De Confessis.
15. De Testibus.
16. De Exceptionibus.
17. De Sententiâ et re judicatâ.
18. De Appellationibus.
19. De Concessione Prebende et Ecclesie non vacantis.
20. De Rebus Ecclesie non alienandis.
21. De Censibus, et Exactionibus, et Procurationibus.
22. De Homicidio casuali, vel voluntario.
23. De transeuntibus ad Religionem.
24. De Privilegiis.
25. De Penis.
26. De Penitentiis et Remissionibus.
27. De Sententiâ Excommunicationis.
28. De Verborum Significatione.

C. I. 9. FOLIO. Cum his conferri possunt tum quæ Labbeus ex Binio edidit, tum quæ aliunde collecta editis a Binio adjecit.

Occurrunt infra C. II. Cod. 2. tract. 5.

3. CONSTITUTIONES GREGORIJ PAPE 10$^{mi}$, IN GENERALI CONCILIO LUGDUNI HABITO [1274.]

Præmittitur Papæ Epistola ad Universitatem Magistrorum et Scolarium Parisiensium; quæ non extat apud Labbeum, qui Constitutiones ipsas edidit in Conciliorum Tomi 11$^{mi}$ Parte 1$^{ma}$ Col. 974.

4, URBANI PAPE 4$^{ti}$ EPISTOLE 2.

Una, ad Decanum, Thesaurarium, et Officiarios Ebroïcenses. [inedita est.]

Altera ad omnes Prælatos: quam edidit Labbeus in Conciliorum Tomi 11$^{mi}$ Parte 1$^{ma}$, Col. 817.

Prior sic incipit: "Significaverunt nobis"—

Posterior sic: "Transitus de Mundo ad Patrem"—

Urbanus Papa 4$^{tus}$ sedit ab anno 1261 ad 1264.

5. ALEXANDRI PAPE 4$^{ti}$ CONSTITUTIONES 9.

1$^{ma}$. Est de Rescriptis: "Cum per illam generalem clausulam."

2. De Electionibus, et Electi potestate.

3. De Institutionibus Rubric̃.

4. De Officio et Potestate Judicis Delegati.
   Habet Capitula 8.

5. De Concessione Prebende et Ecclesie non vacantis.
   Habet Capitula 12.

6. De Statu Monachorum, et Canonicorum, & Regularium.

7. De Censibus, Exactionibus, et Procurationibus.
   Habet Capitula 12.

8. De Privilegiis et Excessibus Privi [legiatorum.]
   Sunt Capitula 10.

9. Contra Questores Eleemosinarum.
   Constitutiones hæ non sunt editæ a Labbéo.

6. NICOLAI [Papæ 3$^{tii}$] CONSTITUTIONES 3.

1$^{ma}$. Est de Electione Summi Pontificis.
   Sic incipit: "Quia frequenter in electione S. Pontif.

2$^{da}$. De Electione. Habet Capitula 10.

3$^{ia}$. De Jurejurando.

Non sunt a Labbeo editæ.

Nicolaüs Papa sedit ab anno 1277 ad 1281.

7. CLEMENTIS PAPE 4$^{ti}$ CONSTITUTIONES 5.

1$^{ma}$. Est de Temporibus Ordinationis.
   Sic incipit: "Sepe accidisse percepimus."

2$^{da}$. De Prebendis et Dignitatibus.
   Sunt Capitula 4.

C. I. 9. FOLIO. 3. De Concessione Prebende et Ecclesie non vacantis.

4. De Privilegiis, et Excessibus Privilegiatorum.

Sunt Capitula 5.

5. De Penitentiis et Remissionibus.

Non sunt a Labbeo editæ.

Codex hic pulcherrimè scriptus est, ab eodem (ut videtur) Scribâ, a quo Codices 3ius et 4tus: omnia enim simillima sunt: nisi quod atramentum in hoc libro pallidius sit.

Desunt in initio libri folia 2 aut 3.

10. Decretales Epistole Gregorij 9ni, libris 5, cum Glossa marginali.

In fine hæc nota adscribitur: "Expliciunt Decretales nove et novelle per manum "Guillermi de Bononiâ, cujus persona semper in gaudio et bonitate regnat in per- "petuum. Amen, amen: et iterum fiat Amen."

Voces hæ; "per manum," Scribam indicare videntur: Sed quæ sequuntur, "cujus "persona——regnat," innuunt, Guillermum istum mortuum tum fuisse; ab eâdem enim manu est ista nota a quâ reliquus liber: ut proïnde Auctor potiùs Glossæ, quam descriptor fuisse videatur. Nisi vox "regnat," errore librarij, scripta sit pro *regnet*: et sane Amen toties repetitum optantis potiùs quam affirmantis videtur. Neque Guillermum hunc inter Decretalium interpretes nominari video: et frustra inter bibliothecarios Scriptores est a me quæsitus.

Hujus libri folium primum deest.

Scriptus est pulcherrimè, atramento tamen pallescente. Scriptura præcedenti codici valde similis est, et ejusdem videtur ætatis.

11. Casus Decretalium. Bartholomæus Brixiensis.

1. Casus Decretalium secundum Bernardum, libris 5.

Titulus hic in fine libri 5ti adscribitur: in initio nullus est.

Libri 1mi tituli priores sunt:

1. De Summâ Trinitate et Fide.
2. De Constitutionibus. 3. De Rescriptis.
4. De Consuetudine. &c.

Sunt in hoc libro Capita 43: sed in initio 35 Capita desunt.

2dus. Liber habet Capita 30.
3ius. —— habet —— 50.
4tus. —— habet —— 22.
5tus. —— habet —— 41.

In fine: "Gratias ago altissimo Deo de isto fine, et de preteritis et futuris."

Et paulo inferiùs: "Secundario regratior Domino meo, et Magistro, Augustino, "Archidiacono, de omnibus beneficiis suis mihi in hoc opere collatis."

C. I. 11. FOLIO. Libri hujus Auctor fuit Bernardus, Presbyter Compostellanus, qui floruit anno 1240. Vide quæ de hoc scriptore habet Gesnerus, et ex eo Possevinus.

Occurrunt infra "Bernardi Casus abbreviati" in Pluteo III, Cod. 13. tract. 2.

2. BARTHOLOMEUS SUPER DECRETA.

Sic incipit: "Quoniam suffragantibus antiquorum laboribus"—

Titulus hic est a manu recentiori: Cæterum librum hunc Bartholomæo Brixiensi tribuunt Gesnerus et Possevinus. De eo vide Plut. I. Cod. 24. tract. 3.

Huic tractatui, tanquam ejusdem pars, subjungitur alius, qui a primâ manu "His-"torie Decretorum" inscribitur: a secundâ vero, "Bartholomei Brixensis "tractatus quidam, de Historiis Biblie contentis in libro Decretorum." Non invenio apud Gesnerum.

Scriptus est hic liber lineis dimidiatis; literis mediocribus, non inelegantibus; ante annos circiter 400.

In initio Bartholomæi: "Liber Jo͞his de Fishborne Moᵃchi Dunelm͞.

12. ODOFRIDI SUMMA SUPER CODICEM.

Sic incipit: "Liber primus. De Codice novo faciendo. Hic est multiplex ℞ca: "[Rubrica:] Sed primo premittam communem et veram ℞cam: [Rubricam] pos-"tea subjiciam alias ℞cas. [Rubricas.] Tamen communis ℞ca, et vera est hec: "In nomine Domini n͞ri Jesu Christi"—

Titulus libri est a manu secundâ; a primâ nullus est.

Odofridus Beneventanus Juris consultus, Juris utriusque peritissimus, floruit A.D. 1230: [Trithem.] Scripsit "Lecturam super Codicem;" et mortuus est Bononiæ, anno 1265. [Gesn.]

In folio primo hi duo versus hexametri leguntur:

"Ad capud incipimus: capud es, Rex Christe: rogamus,
"Ut quicquid facimus in honore tuo faciamus. AMEN."

In fine: "Hic desunt 4 Rubrice ultime."

In alterâ facie ejusdem folij, adjicitur (ab aliâ manu) Capitulum de eodem argumento, ejusdem (ut videtur) scriptoris.

Sic incipit: "Super Rubricis ——— Capitulum istud situatum est ——— in "lecturâ istius Capituli istum ordinem observabo." Quæ verba ideo exscripsi, qui titulum hujus libri Gesnerianum confirmant.

Scriptus est hic Codex, lineis dimidiatis; literis mediocribus, paululum acuminatis, satis elegantibus; circa annum 1300.

In folio primo: "e cōi libraria Moᵃchoꝝ Dunelm͞. In le Spendement."

13. SUMMA DE TITULIS DECRETALIUM compilata, additis in aliquibus locis quibusdam Rub[r]icellis; quæ vocatur SUMMA COPIOSA, SIVE CHARITATIS: LIBRIS 5.

Sic incipit: "Alpha et Omega, unum in Essentiâ, Trinum in Personis"—

Ab alia manu inscribitur "Summa Hostiensis."

C. I. FOLIO. 13. Est "Aurea (ut vocatur) Summa Henrici de Segusio, Cardinalis Hostiensis," qui floruit A.D. 1260.

Scriptus est hic Codex pulchrè, lineis divisis; literis mediocribus, modicè acuminatis, bene formatis; ante annos circiter 400.

In initio: "de comi libraria Monachoꝝ Dunelm̃."

In folio opposito: "Libr Sc̃i Cuthbti de Dunolm̃. assignat⁹ cõi armarioł."

14. Andreas et tres alij.

1. Apparatus Joh'is Andree super Sextum librum Decretalium.

Titulus hic est ab aliâ (sed antiquâ) manu, in Indiculo tractatuum qui libro præfigitur. In fine: "Explicit Apparatus Johis Andree."

Deest in initio folium (ut videtur) unum.

Joannes Andreas Bononiensis, magni nominis Juris consultus, floruit anno 1348, ut scribunt Gesnerus et Possevinus: aut (ut Trithemius, et ex eo Whartonus) eo anno extinctus est.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis mediocribus, acuminatis; non multo post Auctoris ætatem. Occurrit iterum hic Scriptor C. II. 9.

2. Sextus liber Decretalium, cum Glossa marginali.

Folium primum desideratur: sed in fine adscribitur: "Explicit Textus Sexti "libri Decretalium."

Glossæ Auctor est Joannes quidam Monachus; ut ex notâ in fine positâ discimus: "Explicit appat⁹ Jo. Mo. sr̃ VI. li° Decr." [Explicit Apparatus Joannis Monachi super sexto libro Decretalium.]

Gesnerus (et ex eo Possevinus,) meminit Annotationum Joannis Monachi in Sextum Decretalium, quas unàcum Textu impressas fuisse dicit: sed de Scriptoris ætate tacet uterque."

Ab eâdem manu scripta videntur hæc Scholia quâ præcedens Andreæ apparatus.

Primum folium libri primi (ut et sequentium etiam librorum) a scelestâ manu excisum est; gratiâ (ut videtur) literæ deauratæ, quales multæ per totum librum sparsæ sunt.

Textus majoribus literis scriptus est; Annotationes minoribus; utrisque elegantibus.

3. Guidonis de Baisio, Archidiaconi, Apparatus super Sextum Decretalium.

Titulus hic in Indiculo tractatuum legitur; nullus in fine tractatûs apponitur: et liber in initio imperfectus est.

Caput 1um est de Constitutionibus.

Guido, qui hic de Baisio dicitur, ab aliis de Baipho vel Baifius vocatur. Fuit Archidiaconus Bononiensis, et floruit anno 1290. Hujus Apparatûs meminêre Gesnerus et Possevinus; at e reliquis Bibliothecariis Scriptoribus nemo.

Scriptura eadem videtur cum Joannis Monachi Annotationibus in 6tum librum Decretalium.

C. I. 14. 4. Expositio divi Specialis super Regulas Juris cum Textu.
FOLIO.

Tractatus hic superiori continuâ serie, sine ullâ distinctione adhæret.

Titulus Indiculo tractatuum debetur, quem tamen non satis intelligo: Vox divi pro alterâ, quæ erasa est, substituitur.

Regulæ Juris majoribus literis, Expositio mediocribus scripta est.

Regula 1ma: "Possessor male fidei ullo tempore non prescribit."

2da. "Sine possessione Prescriptio non procedit.

3tia. Peccatum non dimittitur, nisi restituatur oblatum. [ablatum]

15. Porphyrij et Aristotelis libri Logici. (Ο'ργανον vulgo dicti) Græce.

1. Πορφυρίου Φιλοσόφου Εισαγωγή.
Sic incipit: "Οντος αναγκαίου, Χρυσαόριε."

2. Αριστοτέλους Κατηγορίαι. Fol. 10. b.
Sic incipiunt: "Ομώνυμα λέγεται, ὧν ὄνομα μονον κοινόν."

3. Αριστοτέλους περὶ Ἑρμηνειας. fol. 28.
Sic incipit: "Πρῶτον δει θέσθαι, τὶ Ο'νομα, καὶ τὶ Ρῆμα"—

4. Αριστοτέλους Αναλυτικῶν προτέρων τὸ πρῶτον. fol. 37. b.
Sic incipit: "Πρῶτον ειπειν περὶ τὶ, καὶ τινός, εστὶν ἡ σκέψις"—

5. Αριστοτέλους Αναλυτικῶν προτέρων τὸ δεύτερον. fol. 73. b.
Sic incipit: "Εν πόσοις μέν οὖν σχήμασι, και διὰ πόιων"—

6. Αριστοτέλους Αναλυτικῶν ὑστέρων το πρῶτον. fol. 97. b.
Sic incipit: "Πᾶσα διδασκαλία, καὶ πᾶσα μαθησις"—

7. Αριστοτέλους Αναλυτικῶν ὑστέρων τὸ δεύτερον. fol. 120. b.
Sic incipit: "Τὰ ζητούμενα εστὶν ἴσα τὸν αριθμὸν"—

8.——Τοπικῶν τὸ πρῶτον. fol. 132. b.
Sic incipit: "Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματειας"—

9.——τὸ δεύτερον. fol. 142. b.
Sic incipit: "Εστὶ δὲ τῶν προβλημάτων, τὰ μὲν"—

10.——τὸ τρίτον. fol. 150.
Sic incipit: "Πότερον δὲ αιρετώτερον, ἢ βέλτιον"—

11.——τὸ τέταρτον fol. 154.
Sic incipit: "Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τῶν πρὸς τὸ Γένος"—

12.——τὸ πέμπτον. fol. 162. b.
Sic incipit: "Πότερον δὲ ἴδιον, ἢ ουκ ἴδιον"—

13.——τὸ ἕκτον. fol. 173.
Sic incipit: "Τῆς δε περὶ τοὺς ὅρους πραγματειας μέρη έ.

14.——τὸ ἕβδομον. fol. 185. b.
Sic incipit: "Πότερον δὲ ταυτὸν, ἢ ἕτερον.

C. I. 15. FOLIO; 15. Τοπικῶν τὸ Ὄγδοον. Fol. 190.
Sic incipit: "Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τῆς Τάξεως."

16. Περὶ τῶν Σοφιστικῶν Ἐλέγχων. fol. 200.
Sic incipit: "Περὶ δὲ τῶν Σοφιστικῶν Ἐλέγχων."

Scriptus est hic Codex partim in membranis, sed majorem partem in charta; lineis integris; literis currentibus, non bene formatis; ante annos (ut videtur) vix 300.

## 16. Logica Vetus et Nova.

Scilicet, Porphyrii, et Aristotelis libri Logici, latinè: Boethij Topica; cum aliquot recentiorum tractatibus Dialecticis.

1. Porphyrij Isagoge.
2. Aristotelis Prædicamenta.
3. Ejusdem Periarm. [περὶ Ἑρμηνείας] de Interpretatione.
4. Gilberti Porretani sex Principiorum liber.
   Sic incipit: "Forma est componi contingens"—
   Gilbertus iste Porretanus fuit Pictavensis Episcopus, et floruit A. D. 1140.
   Libellus hic in editionibus antiquis Aristotelis librorum Logicorum edi solebat.
5. Liber Divisionum.
   Sic incipit: "Quam magnos studiosis afferat fructus scientia dividendi."
6. Boycii [Boethij] Topicorum libri 3.
   Sic incipiuut: "Omnis ratio disserendi quam Logicen Peripatetici veteres appel-"laverunt."
7. Aristotelis Elenchorum libri 2.
   Sic incipiunt: "de Sophisticis Elenchis"—
8. —— Topicorum libri 8.
   Sic incipiunt: "Propositum quidem negotii est"—
9. —— Priorum [Analyticorum] liber.
   Sic incipit: "Primum quid oportet dicere, circa quid, et de quo"—
10. —— Posteriorum [Analyticorum] liber.
   Sic incipit: "Omnis doctrina, et omnis disciplina."

Aliquot in locis adjiciuntur Scholia ab aliâ manu.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis acuminatis, paulo majoribus, bene formatis; ante annos 400, aut etiam plures.

In folio primo: "e cõi libraria Moachoꝝ Dunelm̃" et ab aliâ manu: "Lib̃ Sc̃i "Cuthb̃ti de Dunelm̃ assignatꝰ cõi almariolo per Dñm Jo. de Hemyngburgh quon-"dam Priorem Dunelm̃." Fuit ille Prior ab anno 1391 ad 1416. Et ab aliâ vetustiore: "Liber Sc̃i Cuthb̃ti de Dunelm̃ assignatus R.............. Priore Dunelm̃." Nomen post R. evanuit: videtur fuisse Claxton. Fuit autem Ricardus de Claxton Prior ab anno 1273 ad 1285.

C. I. 17. Aristoteles cum Averroe, latine.
FOLIO.

1. Aristotelis Physicorum libri 8, cum Commentario Averrois.

Deest aliquid in initio: in fine: "Explicit Phisicus Ar[istotelis] cum Commento "Averoyz."

Iidem libri, sine Averroë, occurrunt infra in Pluteo iii. Cod. 14. tract. 1. et Cod. 17. tract 2.

2. Aristotelis de Celo et Mundo libri 4, cum Commentario Averrois.

Præfatio Interpretis sic incipit: "Tibi, Stephane de Provino hoc opus, quod ego "Michael Scotus dedi Latinitati ex dictis Aristotelis, specialiter commendo. "Et si aliquid Aristoteles incompletum dimisit in constitutione mundanâ, in "hoc accipies ejus supplementum in libro Alpetrangi, quem similiter dedi lati- "nitati, et es in eo exercitatus."

Habemus hic nomen Interpretis; et alterius etiam Scriptoris; qui sive hunc Commentarium in hos Aristotelis libros, sive alium de hoc argumento scripserit, mihi incompertum est. Certè hi omnes Commentarij, in Indiculo, qui Codici præfigitur, Averroï tribuuntur. Et cum Stephanus de Provino jam fuerit in Alpetrangi libro exercitatus, videtur alius esse ab eo quem illi nunc offert.

Sic incipit Commentarius: "Quia iste primus liber, in quo loquitur de rebus "sensibilibus, naturalibus"—

Folium extremum deest.

Alpetrangum (scriptorem, ut videtur, Arabem) nusquam invenio: sed Gesnerus ait Albetagnium Arabem scripsisse librum de motu Stellarum.

3. Aristotelis de Anima libri 3, cum Commentario Averrois.

Folium primum excisum est. In fine: "Explicit Commentum Averoÿz."

Aristotelis libri sine Averroë occurrunt infrâ in Pluteo iii. Cod. 14. tract. 3. et ibid. Cod. 17. tract. 8.

Et cum Averroë, ibid. Cod. 15. tract. 2. et Cod. 15. tr. 1.

Sequentibus Commentariis Aristotelis libri non adjunguntur.

4. Averoyz Commentum de Sensu et Sensato.

Sic incipit: "Virtutes quidem sensibiles"—

Occurrit infra in Pluteo iii. Cod. 15. tract. 5. et Cod. 16. tr. 5.

Et Aristotelis liber sine Commentario, ibid. Cod. 17. tract. 9.

5. Averoyz Commentum de Memoria et Reminiscentia.

Sic incipit: "Tractatus iste incipit de Rememoratione."

Occurrit infra in Pluteo iii. Cod. 15. tract. 3. et Cod. 16. tract. 6.

Et Aristotelis liber sine Commentario, ibid. Cod. 17. tract. 10.

6. Averoyz Commentum de Sompno et Vigilia.

Sic incipit: "Cum jam diximus de hâc Virtute"—

Occurrit infra in Pluteo iii. Cod. 15. tract. 6. et Cod. 16. tr. 7.

Et Aristotelis liber sine Commentario, ibid. Cod. 17. tract. 6.

C. I. 17. FOLIO. 7. AVEROYZ COMMENTUM DE LONGITUDINE ET BREVITATE VITÆ.
Sic incipit: "Et in hoc tractatu perscrutatur de"—
Occurrit infra in Pluteo III. Cod. 15. tract. 4. et Cod. 16. tract. 3.
Et Aristotelis liber sine Commentario, ibid. Cod. 17. tract. 11.

8. AVEROYZ COMMENTUM DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE.
Sic incipit: "Intentio nostra in hoc Libro est, quòd oportet determinare causas"—
Occurrit infra in Pluteo III. Cod. 15. tract. 1. et Cod. 16. tract. 2.
Et Aristotelis liber sine Commentario, ibid. Cod. 14. tract. 2. et Cod. 17. tract. 4.

9. AVEROYZ COMMENTUM IN METEORORUM LIBRUM 4tum.
Sic incipit: "Postquam visum est quod Principia"—
Occurrit in Codice proximè sequenti, tract. 3. & in Pluteo III. Codice 16, tract. 8.
Et Aristotelis libri 4 sine Commentario, in Pluteo III. Codice 14. tract. 4. et Cod. 17. tract. 5.

10. AVEROYZ DE SUBSTANTIA ORBIS, SIVE, DE COMPOSITIONE CELESTIUM, TRACTATUS 5.
Sic incipiunt: "In hoc tractatu intendimus perscrutari"—
Hic liber ab ipso Averroë scriptus, non Aristotelem explicare videtur.
Occurrit infra, in Pluteo III. Cod. 15. tract. 9. & Cod. 16. tract. 4.

Scriptus est hic Codex eleganter; lineis continuis; literis acuminatis; in Textu majoribus, in Commentario mediocribus; ante annos circiter 400.

## 18. ARISTOTELES CUM AVERROE.

1. ARISTOTELIS DE CELO ET MUNDO, CUM COMMENTO MIC. SCOT.
Idem est hic liber cum tractatu 2do Codicis præcedentis, quem vide. Scot certè Interpretem se vocat, non Auctorem. Averroïs esse videtur, ut et sequens etiam Commentarius.

2. ARISTOTELIS METAPHYSICORUM LIBRI CUM COMMENTARIO.
Iidem sine Commentario occurrunt in Pluteo III. Codice 17. tract. 11.

3. COMMENTARIUS SUPER METEORORUM LIBRUM 4tum.
Idem est cum tractatu 9no Codicis superioris, in quo Averroi tribuitur.

Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis mediocribus; ante annos 400, aut plures. Scriptura Contractionibus ubique scatet, ut non facile legi possit.

## 19. CONSTANTINUS. GORDONIUS. AVICENNA.

1. THEORIA PANTEGNI, SIVE, PRACTICA MEDICINE, LIBRIS 10.
Sic incipit: "Desiderio, reverentissimo Patri, et Patrum (imo totius Ordinis Ec-

C. I. 19. FOLIO. "clesiastici) gemme prenitenti, Constantinus Affricanus, licet indignus, suus "tamen Monachus"—

Videmus híc, Auctorem hujus libri fuisse Constantinum quendam, gente Afrum, instituto vitæ Monachum. Idem est qui, a Monasterio in quo vitam agebat, Cassinensis dictus est. Floruit A.D. 1070. De eo vide Gesnerum, Caveum, & Petrum Diaconum de Scriptoribus Cassinensibus.

Pantegnus igitur, (vel rectiùs Pantechnus, Πάντεχνος) nomen est fictum, ex eo quod totam Medicam artem hoc libro comprehendisse videri voluit.

Summis foliis numerus librorum adscribitur.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis mediocribus, acuminatis, satis elegantibus; ante annos circiter 400.

Ejusdem Scriptoris Viaticum vide infra in Pluteo IV. Codice 4. tract. 4.: et ibid. Codice 12. tract. 1. Et Regimentum Sanitatis, ibid. Cod. 4. tract. 5.

2. LILIUM MEDICINE, PARTIBUS 7.

Sic incipit: "Interrogatus Socrates quomodo posset optimè dicere, respondit, si "nichil dixeris, nisi quod optimè sciveris"—

Auctoris nomen non apponitur: sed de Titulo, et scriptionis loco et tempore ipse in Præfatione sic loquitur: "Ad honorem igitur agni celestis, qui est "splendor et gloria Dei Patris, hunc librum intitulo Lilium Medicine. In "Lilio enim sunt multi flores; et in quolibet flore sunt sex folia candida, et "sex gña [germina] quasi aurea. Similiter iste liber continet septem partes: "quarum 1ma erit aurea, rutilans, et clara; tractabit enim de morbis, incipiens "a febribus: aliæ vero sex partes erunt candide, transparentes, et splendide, "propter earum grandem manifestátionem. Inchoatus autem est iste liber, "cum auxilio Matris Dei, in preclaro studio Montis Pessulani, post annum "vicesimum nostre lecte, [f. lecture] anno Dñi 1303, mense Junij." Studium itaque Medicæ artis in Monte Pessulano [Montpellier] olim etiam floruit.

Auctorem hujus libri Gesn. vocat Bernardum Gordonium, vel, de Gordino.

Codex hic ejusdem ætatis cum præcedenti videtur. Scriptus est non malè, lineis divisis; literis minoribus.

3. TRACTATUS BREVIS ET UTILIS SUPER LIBRUM DE CRISI ET CRITICIS DIEBUS, COMPILATUS IN PRECLARO STUDIO MONTIS PESSULANI, A MAGISTRO BERNARDO DE GORDINO.

Fragmentum est dimidiam paginam tantum implens.

Gesnerus hujus tractatûs non meminit.

4. AVICENNE CANTICA CUM COMMENTO AVERROIS. folio 98. ab initio Lilij.

Sic incipit Præfatio: "Quando ventilata fuit super me voluntas per nobile pre- "ceptum, ex parte nobilis Domini Aldelath"—

Liber sic incipit: [fol. 98. b. col. 2] "Intentio mea in hoc tractatu est tradere "in Arte Medicine per Summas sufficientes per [redundat] viam brevem, ut "sit janua et introitus."

C. I. 19. FOLIO. Hinc colligere licet hujus libri argumentum, quod titulus in ejus fronte positus non satis indicat.

In initio hujus tractatûs: "Anno Dñi 1384 in festo Sti Oswaldi, assignatus est "liber iste communi armariolo Dunelm. per Dominum Robertum Priorem; "ut nulli extra claustrum accommodetur."

Robertus de Walworth, alias Berrington dictus, Prior fuit ab anno 1374 ad 1391.

Præfiguntur singulorum librorum contenta duabus paginis.

In fine: "Explicit translatio Canticorum Avecenne cum Commento Averois, "facta [ex] Arabico in Latinum [ab] Am̃egando Blasio de Monte Pessulano "Magistro mme [forte in Medicinâ] anno Incarnationis Verbi M.CCC.LXXXXIV. "[1394.]"

In hac Notâ, quæ est a primâ manu, error sit oportet: Decem enim annis recentior est Notâ eâ quæ in fronte libri legitur. Crediderim ab interprete scriptum fuisse M.CC°— ut Bernardo Gordonio æqualis fuerit. Et sanè hic tractatus scriptus videtur eâdem ætate quâ Lilium Medicinæ.

Libri hujus meminit Gesnerus, qui ejus interpretem vocat Armegandum Blasium.

4. Subjicitur liber etiam alius de argumento Medico conscriptus; cujus, cum et in initio et in fine mutilus sit, nec Auctorem, nec Nomen deprehendere potui.

20. Huguitio. Isidorus.

1. Summa Magistri Huguico'is super Derivationibus, Compositionibus, Significationibus, et Interpretationibus Vocabulorum facta.

Titulus hic in fine libri a primâ manu adscribitur.

Sic incipit: "Cum nostri prothoplausti [protoplasti] suggestivâ prevaricatione "Dyabolus" [pro Diaboli.]

Præfigitur Index Vocum alphabeticus.

In fine adjiciuntur Notæ aliquot de Cautione pecuniariâ depositâ in Cistâ (ut scribitur) pro hoc libro mutuo dato; quarum prima est anno 1312: neque liber ipse multo antiquior videtur.

Scriptus est lineis divisis; literis mediocribus, acuminatis, bene formatis.

Hugutio, Huguitio, vel Hugo Vercellensis (tot enim modis vocatur) recensetur inter primos Decreti Glossatores, a Strauchio, von Mastricht, Calixto. Vide Placcium de Scriptoribus Anonymis, num. 937. pag. 235. Sed nullam hujus Scriptoris mentionum invenio apud Bibliothecarios Scriptores, excepto Gesnero, qui Hugonis Vercellensis Glossatoris meminit; sed non hujus libri.

2. Isydori Ethimologiarum libri 20.

Sunt Isidori, Hispalensis Episcopi, Etymologiæ.

Præfatio sic incipit: "Domino meo, et Dei servo Braulioni Episcopo Ysidorus. "Omni desiderio desideravi nunc videre faciem tuam"—

Liber sic: "Disciplina a discendo nomen accepit."

Præmittitur Index vocum alphabeticus.

C. I. 20. FOLIO. Scriptura Huguitioni non dissimilis est; et ejusdem videtur ætatis.
Occurrunt supra hæ Etymologiæ in Classe B. Pluteo II. Codice 33. tract. 2.

In fronte Huguitionis: "Iste liber, in quo continentur Hugucio cum Tabulâ et "Ysodorus Ethimologiarum cum Tabulâ, est de Statu cōis librarie Dunelm. ex "procuratione Joh. Wessyngton Prioris ejusdem."

Joannes Wessyngton fuit Prior ab anno 1416 ad 1446. Sed Codex hic vetustior est.

In initio hujus voluminis inseruntur folia 4, et totidem in fine, (Pars Antiphonarij veteris,) quibus notæ Musicæ appinguntur.

# C. II. FOLIO.

1. **Decreta pro parte glossata.**

Sic incipiunt: "Humanum genus duobus modis regitur"—

Scholia hæc brevia sunt, nec ad finem libri perducuntur.

Pulchrè scriptus est hic Codex; lineis divisis; literis acuminatis; in Textu majoribus, minoribus in Glossâ; ante annos (ut videtur) circiter 500.

In initio libri adjiciuntur ab aliâ (sed antiquâ) manu Versus aliquot memoriales de rebus quibusdam Ecclesiasticis.

2. **Decretales. Pontificum Constitutiones.**

1. Decretales Gregorij 9ni, libris 5, cum Glossa marginali.
   Decretales sic incipiunt: "Rex pacificus piâ miseratione disposuit"—
   Glossa sic: "In hujus libelli principio quinque sunt precipuè prenotanda"—

2. Casus super Constitutiones Innocentij 4ti.
   Sic incipiunt: "Constitutio. Cum in multis—] Casus. Papa existente in Con-"cilio Lu[g]dunensi didicit ex relatione multorum, quod quidam Literis Apos-"tolicis abutebantur"—

C. II. 2.
FOLIO.

Causæ et Occasiones hic indicantur quare Constitutiones singulæ conditæ fuere: Constitutiones ipsæ Innocentij leguntur supra, in Pluteo 1. Cod. 9. tract. 2. Ut autem id obiter moneam, Casus hi sequuntur ordinem Codicis nostri, non eum quem Labbeus in Conciliorum editione servavit. Utrum editi fuerint, nescio.

3. Alexandri [Papæ] 4ti Constitutiones novæ. Folio 5to ab initio Casuum. Sic incipiunt: "Legati, sive Nuntij, quos plerumque Apostolica Sedes mittit"— Constitutionum harum, quia titulos non habent, exordia huc transcripsi.

" 1. Legati, sive Nuntij"—
" 2. Quia Persone religiose"—
" 3. Quia nonnullis personis"—
" 4. Ad audientiam nostram"—
" 5. Quia intelligimus"—
" 6. Ad Archiepiscopum Senonensem. Sicut accepimus"—
" 7. Quia de Conservatoribus"—
" 8. Quia nonnulli habentes temporale dominium"—
" 9. Quia Pontificali dignitate"—
" 10. Cum per illam generalem clausulam"—
" 11. Quoniam nonnulli Abbates"—
" 12. Vite regularis ordinis professores"—
" 13. Quia olim plurimi in Cathedralium"—
" 14. Londinensi Episcopo. Dilecti filij procuratores"—
" 15. Execrabilis quorundam ambitio"—
" 16. Discrimen preteriti temporis"—
" 17. Licet ad compescendas aliene mortis expectationes"—
" 18. Ceca cordis cupiditas"—
" 19. Super receptionum revocatione"—
" 20. Cum ad Romanam Ecclesiam"—
" 21. Quia pro qualitate temporis"—
" 22. Quia de Conservatoribus"— Eadem est cum 7ma.
" 23. Quia ad nostram pervénit notítiam"—
" 24. Ecclesia que ad retractandam sententiam"—
" 25. Ex parte tuâ fuit propositum"—
" 26. Apostolice Sedis oraculo"—
" 27. Licet Regularis ordinis Professores"—
" 28. Ne Legati, sive Nuntij"— Eadem est cum primâ—

Eædem Constitutiones supra leguntur, C. 1. Cod. 9. tr. 2. sed neque eodem ordine, neque numero.

Codicis superioris Constitutio prima in hoc est 8va.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Superioris | 2da | est in hoc | 18va |
| ———— | 3tia | ———— | 7ma |
| ———— | 4ta Cap. 1m | ———— | 13tia |
| ———— | Cap. 2m | ———— | 17ma |

C. II. 2.
FOLIO.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Superioris $5^{tæ}$ | Cap. $1^{m}$ | Est in hoc | $15^{ta}$ |
| ———— | Cap. $2^{m}$ | ———— | $14^{ta}$ |
| ———— | Cap. $3^{um}$ | ———— | $2^{da}$ |
| ———— $6^{ta}$ | | ———— | $4^{ta}$ |
| ———— $7^{mæ}$ | Cap. $1^{m}$ | ———— | $8^{va}$ |
| ———— | Cap. $2^{m}$ | ———— | $1^{ma}$ |
| ———— $8^{væ}$ | Cap. $1^{m}$ | ———— | $20^{ma}$ |
| ———— | Cap. $2^{m}$ | ———— | $9^{na}$ |
| ———— | Cap. $3^{um}$ | ———— | $19^{na}$ |
| ———— $9^{na}$ | | ———— | $5^{ta}$ |

Hujus Codicis Constitutiones reliquæ in isto desunt.

4. BONIFACIJ PAPÆ $8^{vi}$ CONSTITUTIONES TRES. Folio 11.

$1^{ma}$ de Immunitate Ecclesiasticorum.

Sic incipit: "Clericis laïcos infestos"—

Legitur in Sexti Decretalium libro $3^{tio}$, Capite $3^{tio}$.

$2^{da}$ de Electionibus: "Quorundam oculos sic vitium ambinis." Legitur ibidem Capite $24^{to}$.

$3^{ia}$ de Monachis in Academiis habitum mutantibus.

Sic incipit: "Gravis atque dolore non vacua nobis informatio patefecit."

Non invenio in Sexto Decretalium.

In Indiculo tractatuum in fronte libri tribuuntur hæ Constitutiones Bonifacio $9^{no}$; sed male: $1^{ma}$ enim et $2^{da}$ leguntur in Sexto Decretalium, qui a Bonifacio $8^{vo}$ editus est. Et quidem scriptura prope accedit ad ætatem Bonifacij $8^{vi}$, qui Papatum tenuit ab anno 1294 et 1303.

In eodem Indiculo, ante has [Bonifacij] ponuntur Constitutiones Gregorij $10^{mi}$. Et sane folia aliquot hîc exciderunt: sed Gregorij Constitutiones in fine libri leguntur, tract. 6.

Alexandri et Bonifacij Constitutionibus nulla Glossa apponitur.

5. INNOCENTIJ $4^{ti}$ CONSTITUTIONES EDITÆ IN CONCILIO LUGDUNENSI, A.D. 1245. fol. 12.

Præmittitur Epistola Innocentij "Universitati Magistrorum et Scolarium Par-"[isiensium] Cum nuper in Concilio Lugdunensi"—Eadem est quæ in C. I. Cod. 9. tract. 2. Academiæ Bononiensi inscribitur. Videtur Epistolam eandem cum Constitutionibus his ad plures Academias misisse.

Constitutiones eædem sunt, et eodem ordine dispositæ, quo in Codice mox memorato; nisi quòd hic desint $19^{na}$, $21^{ma}$, et $23^{tia}$.

In margine apponitur Glossa, sive (ut hic vocatur) Apparatus.

Subjiciuntur ab eâdem manu Epistolæ 4 Pontificis (ut videtur) alicujus, cujus nomen non apponitur.

| | |
|---|---|
| " $1^{a}$. Gravor non immerito"— | folio 19. |
| " $2^{da}$. Abbate sanè. | folio 20. |
| " $3^{tia}$. Dilecto filio Decano Aurel[ianensi] | folio 21. |
| " $4^{ta}$. Gravem nobis, dilecti filij." | folio 21. b. |

C. II. 2. FOLIO. An sint Innocentij, nescio: non edidit eas Labbeus inter alias Pontificis istius Epistolas.

In eâdem paginâ adjicitur, ab aliâ manu, "Constitutio Synodalis in Diocesi (ut videtur) Dunelmensi, de Decimâ Lane et Agnorum, et Caseorum:" quæ sic incipit: "Ne Decimarum confusio provenientium ex Lanâ, et Agnis et "Caseis"—

6. GREGORIJ PAPE 10$^{mi}$ CONSTITUTIONES EDITE IN CONCILIO LUGDUNENSI, A. D. 1274. Folio 22.

Præmittitur Epistola Gregorij ad Universitatem Bononiensem; quæ in Pluteo I. Cod. 9. tract. 3. Parisiensibus inscribitur: et eadem est cum Innocentianâ, supra tract. 5: ut formula communis fuisse videatur.

Constitutiones eædem sunt quæ in Labbeo, et eodem ordine positæ.

Glossa in has Constitutiones, sive (ut hic vocatur) Apparatus, non in margine apponitur, sed in finem rejicitur. folio 30.

In fine Constitutionum (in paginâ vacuâ, fol. 29. b.) adscribuntur ab aliâ manu, literis minutis, "Rationes quare Expensæ factæ in Electione Episcopi refundi de-"beant."

Sic incipiunt: "Quod Expense facte circa Electionem Episcopi de necessitate re-"fundi debeant"—

Totus Codex, licet non ab eâdem fortasse manu, ejusdem tamen videtur ætatis; scilicet, annorum circiter 400. Bonifacius enim 8$^{vus}$, cujus Constitutiones hîc [supra tract. 4] leguntur, obiit A.D. 1303.

Lineæ sunt divisæ; Literæ in Textu mediocres, in Glossâ minores, non malè formatæ.

Fuerant in hoc Codice (ut ex Indiculo constat) Constitutiones Cardinalium Ottonis et Ottoboni, Pontificiorum in Angliâ Legatorum; quæ nunc exciderunt.

In initio libri: "De registro Dñi Prioris Dunelmensis."

Inferius, ab aliâ antiquiore manu: "Decretales nove, ex dono Fr̃is Gilb̃ti de "Shyrburn, communi armariolo Dunelmensi, extra claustrum nemini accommodan-"de. Cum quibus continentur omnes Constitutiones Nove, unâ cum Constitutioni-"bus Dñi Octoboni Anglie Legati, cum multis aliis. Quicunque alienaverit, Ana-"thema sit. AMEN."

Sequitur Indiculus tractatuum: cui subjiciuntur Versus 4 memoriales de Regibus Anglorum, ætate Henri 7$^{mi}$ scripti.

"Will. con. Will. ruf. Hen. pri. Steph. Henri que secundus,
"Ric. John, Henricus, tres Edward. Ric que secundus,
"Henricus quartus, nec non quintus, sed et sextus,
"Ed. quart. et quint. Ricar. tertius, Henque sex unus."

In folio totius libri primo describuntur singularum Constitutionum Argumenta et Exordia, a primâ (ut videtur) manu.

In foliis aliquot sequentibus inseruntur ab aliâ manu, (sed antiquâ) Observationes aliquot e Jure Canonico, nullo ordine decerptæ.

C. II. 2. FOLIO. In duobus extremis foliis sunt "Constitutiones aliquot Pontificum;" quarum nonnullæ supra in hoc Codice leguntur; aliæ desiderantur.

1. ALEXANDRI 3tii. Folio 8. b.
Sic incipit: "Cum inter J. vel̃em et T. mulierem Divortij"—
Non invenio inter Alexandri Epistolas plus 200 a Labbeo editas.

2. ALEXANDRI 4ti. folio 8. b.
1a. "Quia de Conservatoribus."
Vide supra, tractat. 3um, Constitut. 7mam et 22dam.
2da. "Quia ad nostram pervenit notitiam"—
Vide ibid. Constitut. 23am.
3ia. "Apostolice Sedis Oracula"—
Vide ibid. Constitut. 26tum.
4ta. "Licet Regularis ordinis professores"—
5ta. "Ne Legati, seu Nuntij, quos plerosque"—
Vide ibidem, Constitutiones 27mam et 28vam.

3. INNOCENTIJ 4ti. folio 9.
1a. "Perlectis vestris literis."
Hanc Constitutionem nullibi invenio.
2da. "Dilecto Filio Decano Aurel. Cum omnes Leges, omnia Jura, vim vi "repellere"—
Vide supra, tract. 5tum. fol. 21. post Innocentij 4ti Constitutiones.

4. BONIFACIJ 8vi. fol. 9.
1ma. "Olim Celestinus Papa 5tus."
2da. "Pridem ad apicem Apostolice dignitatis assumptus"—
3ia. "Dudum circa nostre promotionis principium"—
4ta. "Statuimus ut Conservatores"—
5ta. "Mulieres, quas vagari non convenit"—
Quinque hæ Bullæ datæ sunt Laterani, eodem die; scilicet 6to Id. April. Pontificatûs anno 1mo; i.e. A.D. 1294. Eas non invenio, nec in Decretalibus, nec in Bullario, nec apud Labbeum, vel Bzovium.
6ta. "Nuper, divinâ favente clementiâ, tractatu Pacis inter carissimum in Christo "filium nostrum, K. Sicilie Regem illustrem, et nobiles Viros, Jacobum et "Fredericum"—

3. DECRETALES. INNOCENTIUS 4tus.

1. DECRETALES GREGORIJ 5ti LIBRIS 5, CUM GLOSSA MARGINALI.
Liber sic incipit: "Rex pacificus"—
Glossa sic: "In hujus libri principio quinque precipuè sunt prenotanda"—
Occurrunt supra in Pluteo 1. Cod. 9. et 10. et in hoc Pluteo, Cod. 2. 4. et 5.

C. II. 3. FOLIO. 2. INNOCENTIJ 4$^{ti}$ PAPÆ CONSTITUTIONES EDITÆ IN CONCILIO LUGDUNENSI, A.D. 1245.
Sic incipiunt: "Cum in multis Juris articulis"—
Subjunguntur 5$^{to}$ libro Decretalium, tanquam ejus pars et continuatio.
Præmittitur Decretalibus Gregorij Epistola ad Universitatem Parisiensem: et Constitutionibus Innocentij Epistola ad Parisienses itidem; et similiter ad Bononienses.
Præmittuntur Decretalium tituli: et foliis 5 (quæ alterius forte libri pars fuere) omnium Capitum in Corpore Juris Civilis Tituli.
Occurrunt Innocentij Constitutiones supra, in Pluteo I. Cod. 9. tract. 2. et in hoc Pluteo, Cod. 2. tract. 5. et Cod. 4. tract. 2. et Cod. 5. tract. 2.

Scriptus est hic Codex satis eleganter; lineis divisis; literis mediocribus; in Textu mediocribus, in Glossâ parvis; ante annos circiter 400.
In fronte: "de cõi librariâ Mo$^{a}$choꝝ Dunelm̃."

4. DECRETALES. INNOCENTIUS 4$^{tus}$.

1. DECRETALIS GREGORIJ 9$^{ni}$ LIBRI 5. CUM GLOSSA.
Liber sic incipit: "Rex pacificus."
Glossa sic: "In hujus libri principio quinque sunt prenotanda"—
Præmittitur Epistola ad Parisienses, cum Capitum singulorum titulis.
Occurrunt supra in Pluteo I. Cod. 9. et 10. & in hoc Pluteo Cod. 2. 3. 5.

2. INNOCENTIJ 4$^{ti}$ CONSTITUTIONES libro 5$^{to}$ adjiciuntur.
Sic incipiunt: "Cum in multis juris articulis"—
Præfigitur Epistola ad Parisienses.
Vide Pluteum I. Cod. 9. tract. 2. et in hoc Pluteo, Cod. 2. tract. 5. Cod. 3. tract. 2. et Cod. 5. tract. 2.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis acuminatis; in Textu majoribus, minoribus in Glossa; non malè formatis; ante annos ampliùs 400.

5. DECRETALES. INNOCENTIUS 4$^{tus}$.

1. DECRETALES GREGORIJ 9$^{ni}$ LIBRIS 5, CUM GLOSSA.
Sic incipit Liber: "Rex Pacificus"—
Glossa sic: "In hujus libri principio quinque sunt prenotanda"—
Præmittitur Epistola ad Parisienses: at (quod observandum est) hic tribuitur non Gregorio, sed Innocentio: Eadem tamen est, quæ in aliis Codicibus Gregorij nomen præfert.

2. INNOCENTIJ 4$^{ti}$ CONSTITUTIONES IN CONCILIO LUGDUNENSI [ANNO 1245] EDITÆ, libro 5$^{to}$ subjiciuntur.
Earum primum folium deest.

C. II. 5.
FOLIO.

Libro præfiguntur:

1. Singulorum capitum argumenta.
2. Versus memoriales Decretalium titulos indicantes, paginâ unâ.
3. Epistole due Innocentij Pape [4^ti] ad Decanum et Capitulum Wellensem. ad sopiendam controversiam inter eos et Priorem et Monachos Bathonenses motam de eligendo Episcopo. Earum prior data est 10 Kalend. April. Pontificatûs, anno 1: Posterior ordine, tempore vero prior, 3. Non. Febr. eodem anno. Innocentium vero 4^tum hic designari inde liquet quòd Jocelino Episcopo Wellensi (qui A.D. 1242 obiit) Rogerus successit anno 1244, eodem quo hæc Epistola scripta est: Electus enim Papa fuit Innocentius 4^tus 8^vo Kalend. Jul. A.D. 1243 [Onuphr. Panvin.]

Has Epistolas ineditas esse puto.

4. Argumenta Causarum singularum et Quæstionum in Decretis, singulis versibus expressa.

V. C. I. 8. Append. 1.

Scriptus est hic Codex pulchrè; lineis divisis; literis acuminatis; in Textu mediocribus, in Glossâ minutis, ante annos 400, aut etiam plures.

6. PETRI SALINENSIS LECTURA SUPER DECRETA.

Sic incipit: "Nomine Trinitatis in hoc precipuè circa tria principaliter laboro"— Sed aliquid in initio deesse videtur.

In fine: "Explicit Lectura super librum Decretorum edita a Magistro Petro Salinensi."

Petri Salinensis nomen inter veteris Juris Canonici Interpretes non invenio. Gesnerus (et iisdem verbis Possevinus) ait; "Petri Saluni Veteris Juris Canonici "Burcardica edita fuisse Coloniæ 1564." Sed ille recens fuisse videtur Scriptor.

Scriptus est hic Codex non malè; lineis dimidiatis; literis mediocribus; ante annos circiter 400.

In fronte: "de cōi libraria Mo^acho⁊ Dunelm̄."

7. OSTIENSIS [Henrici de Segusio Cardinalis] APPARATUS SUPER DECRETALIUM LIBROS PRIMUM ET SECUNDUM.

Ita vocatur in fine libri primi.

Sic incipit: "Ad Dei omnipotentis gloriam, et Universalis Ecclesie decus."

Libri 2^di folium primum deest.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis parvis, acuminatis; ante annos ampliùs 300.

In initio: "Liber Sancti Cuthberti de Dunelm̄."

C. II. 8. HOSTIENSIS (Henrici de Segusio, Cardinalis) LECTURA IN DECRETALIUM LIBROS 3, 4, 5.
FOLIO.

Ita vocatur in fine libri 4$^{ti}$.

Sic incipit: "Debent Clerici rectè judicare."

Scriptus est ab aliâ manu quam superior; sed eadem (ut videtur) ætate.

In initio: "Liber Sti Cuthberti de Dunelm."

9. ANDREE (Jo.) ADDITIONES SUPER 5 LIBROS DECRETALIUM.

Ita vocatur hoc opus in fine singulorum librorum.

Sic incipit: "Gregorius. In hoc Prohemio non ponitur Casus summarius, nec "textualis."

De hoc Scriptore vide supra Plut. I. Cod. 14.

Scriptus est hic Codex non malè; lineis divisis; literis mediocribus, acuminatis; non multo (ut videtur) post auctoris ætatem.

10. GOFFREDUS. RAYMUNDUS.

1. GOFFREDUS SUMMA SUPER TITULIS DECRETALIUM.

Sic incipit: "Glosarum diversitas intelligentiam Textûs nonnunquam obtene-"brat"—

Titulus est a primâ manu: ab aliâ, "Summa Godefridi." Sed eodem res redit; Goffedrus, Godefridus, Gaufridus, Ganfredus (ut videtur, per errorem scribæ pro Gaufredus) idem nomen sunt.

De hoc Scriptore ita Gesnerus: "Gofredus de Trano, Apulus: v. Ganfredus." Ganfredum autem de Trano ait fuisse Romanæ Ecclesiæ Subdiaconum, et scripsisse super titulos Decretalium libros 5. [hunc, ut videtur, librum.] De ætate vero quâ vixit, silet. Cæterum vixisse oportet ante annum 1300; quia Henricus Gandavensis, in Scriptorum Catalogo ejus mentionem facit; (vocat vero Ganfredum de Trano:) aitque scripsisse Summam de omnibus quæ continentur in Codice Novi Juris; scilicet, iu Decretalibus. Mortuus est autem Henricus A.D. 1293. Et sanè hic Codex non multo recentior eâ ætate videtur.

Laudatur etiam hic Scriptor a Joanne Lectore in Summâ Confessorum, quam scripsit ante annum 1265: [vide B. I. 30] ut proinde circ. annum 1260 vixisse videatur.

Lineæ dimidiatæ sunt; Literæ mediocres, acuminatæ, non invenustæ. Occurrit infra C. III. 10.

2. SUMMA FRATRIS RAYMUNDI.

Ita vocatur a primâ manu in fine Indicis Rerum alphabetici, qui ei præfigitur.

Est autem Raymundi de Pennaforti Summa de Casibus Pœnitentialibus, et de Matrimonio libris quatuor.

C. II. 10. FOLIO. Sic incipit: "Quoniam (ut ait Jeronymus) secunda post naufragium tabula est "culpam simpliciter confiteri"—

Obiit Raymundus Senex admodum A.D. 1275.

Scriptura elegans est; Lineæ divisæ; Literæ minores, acuminatæ; Ætas eadem cum tractatu superiore.

Occurrit supra A. IV. 29. et B. I. 29.

In fronte: "e cõi libraria Moch Dunelm̃. In le Spendement."

11. DURANDUS. INNOCENTIUS.

1. SPECULUM JUDICIALE MAGISTRI GUI'LLI DURANDI, sive (ut in fine libri vocatur) DURANTI, libris 4.

Sic incipit: "Reverendo ——— Octobono, Sancti Adriani Diacono Cardinali "Magister Guillelmus Durandi Subdiaconus——De throno Dei procedunt "fulgura."

Caput 1um: "Quoniam parum esset nosse"—

Floruit Durandus circa annum 1280.

Codex hic scriptus videtur circa annum 1300. Lineæ divisæ sunt; Literæ paulo minores, acuminatæ, non malè formatæ.

2. INNOCENTIJ PAPE 4ti APPARATUS SUPER DECRETALES.

Titulus in hoc Codice nullus est, nec in initio, nec in fine: Sed in alio MSto C. III. 9. a primâ manu legitur.

Sic incipit: "Venter tuus comedet, et viscera tua implebuntur de volumine "isto"—

Lineæ divisæ sunt; Literæ minores, acuminatæ; Ætas eadem cum Durando.

12. SPECULUM JUDICIALE MAGISTRI GUILLELMI DURANTI, libris 4.

Ita vocatur in fine libri: folium enim primum, gratiâ (ut videtur) literæ pictæ et deauratæ, quâ librorum singulorum initia ornata sunt, (idem enim in secundo etiam et tertio libro accidit) excisum est.

Caput 1mum sic incipit: "Quoniam parum est nosse Jura fore prodita"—

Scriptus est hic Codex eleganter; lineis dimidiatis; literis mediocribus, acuminatis; circa annum 1300.

13. SPECULUM JURIS. MANDAGOTO. CONSTITUTIONES DUNELMENSES.

1. SPECULUM JURIS CANONICI AC REPERTORIUM: et vocatur SUMMA SUMMARUM.

Præfatio sic incipit: "Ad honorem et laudem nominis Jesu Christi, quod re-"colo"—

Caput 1um sic: "Quot modis dicitur Fides, et quid sit Fides? Dic quòd Fides "dicitur multis modis"—

Quinque sunt libri.

C. II. 13. FOLIO.

In fine subjicitur Index Rerum alphabeticus.

Auctoris nomen non invenio.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis mediocribus, acuminatis; circ. annum 1400.

2. LIBELLUS A Magro WILL'O DE MANDAGOTO Archidiacono Nemausensi COMPOSITUS SUPER ELECTIONIBUS FACIENDIS, ET EARUM PROCESSIBUS ORDINANDIS.

Sic incipit: "Venerabili viro —— Berengario Fredoli, Succentori Ecclesie "Bycterensis —— Wills de Mandagato —— Salutem et —— Quia "dum Electiones"——

Habet hic tractatus Capita 85.

Fuit hic Willelmus de Mandagoto [vel Mandagato] postea Archiepiscopus Ebredunensis, et Ecclesiæ Romanæ Cardinalis. Ei et eidem Berengario, postea Ecclesiæ suæ Bicterensis [vel Beterensis, rectiùs, Bliterensis; de Besiers] Episcopo, et Ricardo de Senis, negotium dedit Bonifacius Papa 8vus, ut Sextum librum Decretalium compilarent; ut in libri istius Præfatione ipse testatur. Hinc de Scriptoris hujus ætate conjicere licet: Bonifacius enim electus est Papa A.D. 1294: mortuus est anno 1303.

Fabricius, in notis ad Trithemium, vocat eum Mandagozzo: sed verior videtur appellatio quem exhibet noster Codex, qui non multo recentior ipso scriptore videtur. De eo vide Trithemium et Miræum.

Lineæ divisæ sunt; Literæ in Textu majores, in Glossâ mediocres; acuminatæ, satis elegantes.

3. CONSTITUTIONES SINODALES DUNELM.

Prologus sic incipit: "Cum sit Ars Artium Regimen Animarum"—

Constitutiones sunt horum Episcoporum:

WALTERI [DE KIRKHAM] anno 1255.

Sic incipiunt: "Cum igitur in Decalogi observatione"—

RI. QUONDAM EPISCOPI.

Sic incipiunt: "Cum nec rugam nec maculam admittat"—

Ricardus Pauper ab Episcopatu Sarisberiensi ad Dunelmensem traductus est A.D. 1228: et obiit 1237.

Editor Voluminis 2di Conciliorum Britannicorum (p. 161) Constitutiones has tribuit Ricardo de Marisco, Ricardi hujus in Episcopatu decessore, sed malè: eædem sunt enim, quas Ricardus Pauper priùs ediderat in Diœcesi Sarisberiensi, (quæque in eodem Codice leguntur p. 137.) nisi quod 13 postrema Capitula desiderentur.

Malè etiam, in Indiculo tractatuum qui libro huic præfigitur, tribuuntur Roberto Stichil; credo, quòd Robertus Walterum, ut in hoc libro, ita etiam ætate sequeretur; Ricardus vero præcederet. Et eâdem (ut videtur) causâ in ipso Constitutionum titulo, litera i ex Ri. erasa est.

Editæ fuisse videntur ex hoc Codice: eosdem enim errores in libro impresso et MSto observavi.

C. II. 13. FOLIO. **Roberti quondam Episcopi, anno 1276.**

Sic incipiunt: "Quoniam ceca cupiditas ita ruit in laycos"—

Robertus de Insulâ (qui hujus Cœnobij Sacrista fuerat A.D. 1269, [vide B. iv. 37. tract. 1.] ex Priore Finchalensi electus est Episcopus anno 1274. [Vide Angl. Sacr. v. 2. p. ]

Editæ sunt in Spelmanni Conciliorum, Vol. 2. p. 317.

Ricardi quondam Episcopi.

Sic incipiunt: "Cum omnis Pontifex ex hominibus assumptus"—

Ricardus de Kellow ex Monacho factus est Episcopus A. D. 1311; obiit anno 1316.

Editæ sunt in eodem Volumine, pag. 475.

Ludowici Episcopi.

Sic incipiunt: "Ludowicus ——— Cupientes, prout nostro incumbit officio"—

Ludovicus de Bello monte, Isabellæ Reginæ (Edvardi 2di uxoris) propinquus, factus est Episcopus A.D. 1318, et obiit 1333.

Editæ sunt in Conciliorum Anglicorum, Vol. 2. p. 480.

Constitutiones hæ scriptæ videntur non multo post Ludovici ætatem. Lineæ sunt divisæ: Literæ mediocres, acuminatæ.

Occurrunt supra B. iv. Cod. 41. tract. 17.

## C. III. FOLIO.

1. Decreta non glossata.

Decretorum nomen est a secundâ manu: a primâ est hic titulus: "Discordantium "Canonum Concordia."

Quanquam Scholia continua hic desint; breves tamen observatiunculæ ab antiquâ (si non primâ) manu passim adsperguntur.

In initio libri præmittuntur, ab eâdem (ut videtur) manu, Excerpta è Conciliorum Canonibus et Constitutionibus Pontificum, aliaque ad Disciplinam Ecclesiasticam spectantia; nullo certo ordine disposita.

Folio 11mo Tabula est, quâ omnes Consanguinitatis, et Affinitatis gradus ordine satis concinno exhibentur.

C. III. 1. FOLIO. Decretum sic incipit: "Humanum genus duobus modis regitur"—

Excerpta sic: "Lib. 1. Rubric. Ut laïcam Communionem non accipiat, qui "per ambitionem Episcopatum accepit. Ex Concil."

Scriptus est hic Codex non male; lineis divisis; literis leviter acuminatis; in Textu mediocribus, in Glossâ et Excerptis, minutis, sed satis elegantibus; ante annos circiter 500.

Occurrit hoc Decretum sæpiùs: C. I. 7. & 8. II. 1. IV. 1.

2. DECRETALIUM GREGORIJ 9^ni LIBRI 5, NON GLOSSATI.

Sic incipiunt: "Gregorius ——— Doctoribus, et universis Scolaribus commo- "rantibus Bononie Salutem. Rex pacificus"—

Scriptæ sunt lineis divisis; literis minoribus, acuminatis; ante annos amplius 400.

In fronte: "Liber Sc̃i Cuthb̃ti de Dunĩmo, ex dono W. de Gretham."

3. DECRETALES. CONSTITUTIONES PONTIFICALES.

1. DECRETALES ANTIQUE NON GLOSSATE, LIBRIS 5.

Quanquam a manu primâ nulla adscribatur Glossa; ab aliâ tamen multæ notæ per totum librum adjiciuntur.

Decretales hæ ab initio sunt imperfectæ: primum enim Caput integrum est, de Officio Legati. Sed nec eodem ordine omnia, nec tam plenè hic leguntur, quam in editis Decretalium libris quod conferenti statim patebit.

Scriptæ sunt lineis divisis; literis parvis, acuminatis, elegantibus; ante annos circiter 500. In notis literæ minutissimæ sunt.

2. CONSTITUTIONUM PONTIFICALIUM LIBRI 5.

Hæ Constitutiones neque cum Decretalibus Gregorij 9^ni, neque cum Sexto Decretalium, nec cum Clementinis, neque Extravagantibus conveniunt.

Earum Specimen sit:

1^mus Titulus. De Constitutionibus.

Clemens 3^tius Aconitano Episcopo. Forte Anconitano.

Sic incipit: "Justitie disponente Deo."

Innocentius 3^tius.

"Ad audientiam nostram"—

2^us de Electione.

Alexander 3^ius Suffraganeis Au^s [forte Ausciensibus. Auscia (Auch) Metropolis est in Galliâ Aquitanicâ.]

Clemens 3^tius.

Sic incipit: "Cum te audierimus"—

Celestinus 3^tius.

Sic incipit: "Cum Monasterium de Pell."

3^tius de Renuntiatione.

"Alexander 3^tius Lingoniensi Episcopo"—

Scriptura superiori similis est.

C. III. 3. FOLIO. 3. Constitutiones Pontificiæ aliæ, libris 5.

Sic incipiunt: "Tit. 1mus. de Constitutionibus. Cum M. Farranensis, quia non "super his plena nobis, secundum Constitutionem, exhiberi poterat certitu-"do"—

Constitutiones hæ aliæ sunt, et a præcedentibus, et a libris modo memoratis. Scriptura similis est superioribns.

In folio primæ paginæ opposito leguntur Epistole 3 Innocentij 3tij ad N. Tusculanum Episcopum.

1ma, de Electionibus Episcoporum et Abbatum.
Sic incipit: "Cum non possit Ecclesie meliùs provideri"—

2da, de modo Eligendi.
Sic incipit: "Cum honeste Principum preces, quorum interest"—

3tia, Increpatio.
Sic incipit: "Illius testimonium invocamus, qui testis est in celo"—

4to, adjicitur Privilegij de liberâ Electione Exordium.
"Dignis laudibus"—

In fine, in foliis vacuis, subjiciuntur ab aliâ manu, Miscellanea quædam: et Regulæ nonnullæ Juris, cum Expositione; literis minutissimi

4. Decretales. Innocentius 3tius.

1. Decretales antique 5 libris, cum Glossa marginali.

Sic incipiunt: "Justè judicate, filij hominum"—

Decerptæ videntur ex Gregorij 9ni Decretalibus: sed ita, ut non modo multa omittantur, sed etiam Ordo et Verba ipsa sæpe mutentur. Exempli grat. Tit. 3. Cap. 3. in libris editis: "Cæterum, si aliquis super aliquâ causâ ab Apos-"tolicâ sede impetraverit literas; et Adversarius ejus eandem causam postmo-"dum obtinuerit committi aliis, de Commissione priore non habitâ mentione"—

In Msto sic: "Ceterum, si aliquis ad Judices super aliquâ causâ ab Apostolicâ "sede commissorias literas impetraverit; et Adversarius ejus eandem causam, "post impetratas literas ipsas, aliis Judicibus impetravit forte committi: nisi "de Commissione Judicibus prioribus factâ, in literis Commissionis que aliis "Judicibus delegantur, mentio fiat"— Videtur latiùs explicare velle, quod breviùs dictum fuerat.

Scriptæ sunt lineis divisis; literis acuminatis; in Contextu parvis, in Glossâ minoribus; non malè formatis; ante annum (ut videtur) 1300.

2. Decretales secundi voluminis libris 5.

Ita vocantur a primâ manu.

Sic incipiunt: "Clemens 3tius Anthonio Epo Preterea de Lege illâ vel errore, "quem tuos cives asseris statuisse; videlicet, ut si quis per 30 annos teneret "possessiones alicujus Ecclesie."

Aliquid in initio deesse videtur.

C. III. 4. FOLIO. Aliæ sunt hæ Decretales ab iis quæ editæ sunt, aut saltem alio ordine dispositæ. Scriptura eadem est cum præcedentibus.

3. INNOCENTIJ PAPE 3tii EPISTOLARUM DECRETALIUM LIBRI 5 CUM GLOSSA MARGINALI TANCREDI BONONIENSIS.

Sic incipiunt: "Innocentius ——— Universis Magistris et Scolaribus Bononie "commorantibus salutem— Devotioni vestre insinuatione presentium inno- "tescat, Decretales Epistolas a dilecto filio Magro P.[etro] Subdiacono et "Notario nostro compilatas"—

De hoc Petro vide paulo infra num. (6.)

Glossæ hujus initium, quod Decretalium Collectores qui fuerunt indicet, huc transcribere operæ pretium fuerit.

(1) "Post compilationem Decretorum factam a Gratiano, multe a Romanâ Curia
(2) "Decretales Epistolæ emanaverunt: quas Magister Bernardus, tunc Præpo- "situs, postmodum Episcopus Parisiensis, ad Studentium utilitatem sub "competentibus titulis collocavit; et vocatur Compilatio prima. Post illa-
(3) "rum compilationem quedam alie Decretales a diversis Apostolicis emana- "verunt, quas Magister Gilebertus ad instar prime compilationis sub titulis "collocavit.
(4) "Post illum Magister Alanus suam similiter compilationem effecit.
(5) "Tandem Magister Bernardus Compostellanus Archidiaconus, in Romanâ "Curiâ moram faciens aliquantam, de Registris Domini Pape Innocentij 3tii "unam fecit compilationem, quam Bononie studens [l. studentes], Romanam "compilationem aliquanto tempore vocaverunt. Verum, quod ad ipsam com- "pilationem, quedam reperiebantur Decretales, quas Romana Curia refutabat; "sicut hodie quedam sunt in secundis, quas Curia ipsa non recipit.
(6) "Idcirco felicis recordationis Dominus Innocentius Papa 3tius suas Decre- "tales, usque ad annum 12mum conditas, per Magistrum Petrum Beneventa- "num, Notarium suum, in presenti opere compilatas Bononie studentibus des- "tinavit.
(7) "Post illarum receptionem Magr Johannes Galensis Decretales omnium Apos- "tolicorum qui precesserant Innocentium dñs compilationis Gileberti et Alani "ex*hens [extrahens] quandam compilationem ordinavit, que hodie medie, "sive secunde Decretales dicuntur.

"Super quarum Expositionibus plures Doctores Bononie Glosas plures, varias "et diversas, posuerunt; et Apparatus plures super eas fecerunt, atque scrip- "serunt.

"Et quia de dictis Apparatibus opiniones Studentium erant diverse, sententieque "confuse; idcirco ego Tancredus Bononiensis Canonicus Sancti Petri, qłcun- "que [qualiscunque] Decretorum Magister, ad multam instanitam Sociorum "meorum, meliora et utiliora de dictis Apparatibus colligens, ex ingenio meo "quedam interserendo, sicut ex signis singularum Glosarum demonstravi; "primas et secundas Decretales (prout meliùs potui) glosulam: [forte, glosavi) "sed super presenti tertiâ compilatione non Apparatum feci; sed audiendo "atque legendo quedam in libro notavi. Que Scolares quidam, absque con-

C. III. 4. FOLIO.

"scientiâ meâ de libro meo exscripserunt, et pro Apparatu tertiarum illum "mihi intitulaverunt. Nunc autem, docendi officio ad multorum instantiam "reassumto, presentem tertiam compilationem cum diligentiâ (Domino fa-"vente) glosabo."

Tancredi nostri Gesnerus et Possevinus meminere, sed nihil habent de hac Glossâ. Ineditam esse puto.

Scriptura eadem est cum superiori. Vide Cod. 12. tr. 3.

4. Pontificalium Constitutionum libri 5, cum Glossa plerumque brevi.

Sic incipiunt: "Firmiter credimus et simpliciter profitemur, quòd unus solus est "verus Deus, eternus, immensus, omnipotens, et incommunicabilis"—

"Titulus 2dus, de Hereticis. Dampnamus et reprobamus libellum, sive tracta-"tum, quem Abbas Joachim edidit contra Magrm P. Lonbardum." [Lom.]

Hi duo tituli eodem modo in Decretalibus Gregorij 9ni leguntur: in reliquis magna est diversitas.

Scriptura eadem est cum præcedentibus.

5. Bartholomei Brixensis Apparatus super Decreta, volumine crasso.

Sic incipit: "Quoniam novis supervenientibus causis novis est remediis succur-"rendum"—

In medio libro multæ notæ margini adscribuntur.

In fine: "Explicit Apparatus Decretorum."

Floruit Bartholomæus A.D. 1240.

Lineæ sunt divisæ; Literæ mediocres, acuminatæ, bene formatæ: Ætas annorum circiter 400.

In fronte: "de cōi librariâ Moachoꝝ Dunelm̄."

6. Panormitanus. Durantus.

1. Lecture Abbatis. A primâ manu: ab aliâ, "Lectura Abbatis super Decre-"tales."

Sic incipit: "Gregorius interpretatur vigilans"—

Abbas hic est Nicolaus Tudeschus, primo Abbas, deinde Archiepiscopus Panormitanus; et tandem Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. Dictus est Abbas κατ' ἐξοχὴν, ob eximiam Juris Canonici peritiam.

Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis mediocribus, acuminatis; non multo post Auctoris mortem, quæ incidit in annum 1445: vel potiùs ipso adhuc vivo, priusquam Cardinalis aut etiam Episcopus factus fuit, quia hic simpliciter Abbas vocatur.

Scripsit Commentarios prolixos in Decretales, 7 Tomis: Lectura non recensetur inter ejus opera; nisi sit forte Commentariorum ejus vel Pars, vel Epitome.

Lecturas Abbatis in Decretales Gregorij 9ni immediatè sequitur Lectura in Con-

C. III. 6. FOLIO. stitutiones Innocentij Papæ 4$^{ti}$. Incipit ubi litera numeralis (quæ summis foliis inscribitur in Decretalibus) deficit.

2. DURANTI (WILLELMI) REPERTORIUM JURIS, LIBRIS 5.
Titulus est a primâ manu.
Inscribitur Matheo Sancte Marie in Portico Diacono Cardinali.
Prooemium sic incipit: "Protoplausti rubigine humana contaminata conditio"—
Libri 1$^{mi}$ Caput 1$^{mum}$ sic: "Quid sit Fides: quot modis dicatur:"
Floruit Durantus, sive Durandus, (utroque enim modo vocatur) circa annum 1280.
Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis mediocribus, acuminatis, satis elegantibus; circa annum (ut videtur) 1300.
Vide supra, Pluteum II. Cod. 13. tract. 1.

## 7. LECTURA SUPER DECRETA CUM QUIBUSDAM NOTULIS.

Titulus hic est a manu secundâ; a primâ nullus. Supra scribitur Petrus Solinus, cujus nullam a Bibliothecariis scriptoribus mentionem factam video.

Sic incipit: "De trono Dei procedunt fulgora, voces, ac tonitrua— De trono "Dei, qui est Ecclesia, procedunt Fulgora miraculorum, Voces mandatorum et "ammonitionum, Tonitrua comminationum"— Ab eâdem sententiâ Biblicâ inchoatur Durandi Speculum Judiciale, C. II. Cod. 11.

Sic desinit: "Hujus laboriosi operis, et operosi laboris querens requiem, et glo- "riam sempiternam. AMEN."

Petri cujusdam "Salinensis Lectura super Decreta" occurrit supra in Pluteo II. Cod. 6.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis minoribus, acuminatis; ante annum (ut videtur) 1300.

## 8. DOCTOR SUPER DECRETA.

Titulus hic est a manu recentiore.

Sic incipit: "Tractaturus Gratianus de Jure Canonico a Naturali Jure non dis- "cordat: incipit enim et progreditur a simplicibus ad Composita."

Quis Auctor hujus Glossæ fuerit non invenio.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis minutis, acuminatis, elegantibus; ante annos 400, aut ampliùs.

## 9. INNOCENTIJ PAPE 4$^{ti}$ APPARATUS SUPER DECRETALIBUS, LIBRIS 5.

Sic incipit: "Legitur in Ezechiele, Venter tuus comedet —— Per ventrem quis "escas recipit, Mens intelligitur, que rerum ac Scripturarum notitias recipit"—

Titulus est a primâ manu: at Notæ quædam marginibus adscriptæ ab aliâ manu sunt.

C. III. 9. FOLIO. In fine adscribuntur Notulæ quædam de Cautione pecuniariâ depositâ in Cistâ quâdam (ut videtur) pro hoc libro mutuo accepto: quarum antiquissima est A.D. 1325. Ante eum annum igitur scriptus est hic Codex; et forte etiam ante annum 1300.

Literæ divisæ sunt; Literæ paulo minores.

Huic Apparatui subjungitur "Bernardi Compostellani Reportorium [Repertorium] "super Apparatu Innocentij." Ita vocatur in fine. In Præfatiunculâ Auctor vocat se Papæ Capellanum. De eo vide C. Plutcum I. Cod. 11. tract. 1.

Scriptum est hoc Repertorium ab aliâ manu quam Apparatus ipse; eâdem tamen (ut videtur) ætate: lineis dimidiatis; literis minutis, acuminatis, elegantibus.

In initio et fine libri insuta sunt a Bibliopego 8 folia e Martini Poloni Chronico.

In fronte: "Liber Magri Henrici de lxis."

Ab aliâ manu: "Liber Rob. Westmland Mo^chi Dunelm."

Supra: "De Regro Dñi Prioris."

10. Summa super Titulis Decretalium compilata a Mag'ro G. d. T'no Domini Pape [Subdiacono.] v. C. II. Cod. 10.

Auctor in summo folio vocatur (sed non a primâ manu) Galfridus: sed in codice jam memorato (qui idem est cum hoc) appellatur a manu primâ Goffredus. At discrimen parvum est: Goffredus, Gaufridus, et Galfridus idem nomen sunt. Ab Henr. Gandavensi, et Gesnero vocatur "de Trano:" at in hoc Codice dicitur "de Trono."

Sic incipit: "Glosarum diversitas intelligentiam nonnunquam obtenebrat"—

Sic desinit: "Et propterea malui repeti, quam deesse. Gratia sit Christo de "cujus munere sisto."

Pulchrè scriptus est hic liber; lineis divisis; literis paulo majoribus, acuminatis; ante annum 1300.

In fronte libri: "De cōi libraria Mo^chož Dunelm."

Ab aliâ manu: "De Regist^o. Dñi Prioris Dunelm."

11. Bartholomei de Sancto Concordio [de Sanctâ Concordiâ, Pin, Wharton] Ordinis Fratrum Predicatorum de Pisan Summa.

Ita vocatur in fine libri a primâ manu: a recentiore vero, in initio libri: Casus, sive, Tabula Bartholomei, Ordinis Fratrum Predicatorum, super diversa dubia, et materias Decretorum et Decretalium.

Sic incipit: "Quoniam, ut ait Gregorius super Ezechielem, nullum omnipotenti "Deo tale sacrificium est, quale zelus est animarum"—

Scriptor hic ab aliis [Trithemio, Gesnero, Possevino] Pisanus (ab urbe in quâ vixit) cognominatur. Scripsisse dicitur Summam Casuum Conscientiæ (Summam Pisanam vulgo dictam) quæ eadem cum hoc libro videtur. De Argumento enim

C. III. 11. FOLIO. libri ita in Præfatione loquitur: "frequentibus sum precibus assiduè requisitus, ut "opus quoddam, in quo de Casibus, seu Consiliis, ad Animam, seu Conscientiam "pertinentibus studiose tractarem"—

Whartonus tamen (in Appendice ad Caveum) ait, Summam istam, una cum ejusdem Scriptoris sermonibus, uno volumine in 8vo editam fuisse; cum hæc Summa volumen crassum in folio (uti vocant) impleat.

Bartholomæi Pisani Summam Bellarminus ait "Pisanellam" dictam fuisse: Gesnerus "Summam Magistruciam lib. 1." vocat.

Titulo alphabetico disponuntur.

In fine Index brevior subjicitur.

Obiit Bartholomæus A.D. 1347.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis acutis; circiter annum (ut videtur) 1400.

In folio primo: "Liber Robti de Westmland Moachi Dunelm̃ quem emit de "Executoribus Magri Thome Hepden."

[De Thomâ Hepden sive Hebbeden plurima in Archivis hujus Ecclesiæ. Occurrit anno 1425 in legibus Licentiatus, et anno 1429 Cancellarius et Capellanus Episcopi Dunelm. deinde anno sc. 1430 in Decretis Doctor et Rector Ecclesiæ de Meldon post mortem Henrici Flynton—postea (1430) Rector Ecclesiæ de Boldon quam eodem anno pro Rectoriâ Eccles. de Welleton Ebor. Dioc. permutavit, et tandem a° 1431 Decanus Eccles. Colleg. de Aukland. In testamento dat. 25 Jun. 1435 (v. Regr Langl. penes Dec. & Cap. Dunelm. f. 220) executores nominat Thomam London Rectorem Eccles. de Crayk, Rob. Alne personam in Eccles. Cath. Ebor., Johannem Artays de Dunelm. et Johannem Spanyell de Ebor. Probat apud Stokton 18 Jul. 1435. J. R.]

In folio opposito: "Liber assignatus Librarie Moachoȝ Dunelm̃ per M. Wiḿm "Ebchestre Priorem." Fuit ille Prior ab anno 1446 ad 1456.

12. Romfredus. Tancretus.

1. Romfredus de ordine Judiciario secundum Jus Civile.

Titulus hic est a manu secundâ. Sed argumentum libri pleniùs explicabit Rubrica 1ma:

"Incipit libellus de ordine Judiciorum, compositus a Domino Romfredo, Juris "Civilis Professore: in quo opere continetur qualiter concipiantur Libelli; "et fiant Confessiones: et de naturâ cujuslibet Actionis poterint studentes inve-"nire. Incipit Prohemium. Si considerarem ingenium et scientie proprie "facultatem, non essem ausus tam grande opus et arduum assumere."

In fine: "Explicit libellus R.[omfredi] Beneventane [ni] de Jure Civili."

2. Romfredus de Ordine Judiciario secundum Jus Canonicum. Folio 169.

Tractatui huic nullum nomen præponitur: titulus hic a manu secundâ in initio Codicis adscribitur.

Sic incipit: "Cum frequens et cotidianus sit hodie in Judiciis pōnum [forte, "positionum] usus"—

Romfredi hujus inter Bibliothecarios Scriptores (qui mihi ad manum erant) mentio nulla. Patriam ejus, ex primi tractatûs subscriptione discimus fuisse Beneventum, Samnii veteris (nunc, Principatûs ulterioris, in Regno Neapolitano) urbem. De ejus ætate si ex Codice judicare licet, vixit ante annum 1300.

Lineæ divisæ sunt; Literæ minores, acuminatæ, non malè formatæ.

C. III. 12. FOLIO. 3. LIBELLUS D'NI TANCRETI ORDINIS JUDICIARIJ A MAGRO BARTHOLOMEO BRIXIENSI REFORMATUS, SEU ABBREVIATUS. Folio 212.

Sic incipit: "Cum ad imitationem majorum iminet correptio facienda, idcirco "ego Bartholomeus Brixiensis libellum Ordinis Judiciarij quondam a Dño "Tancredo compositum duxi reformandum."

Voces priores hujus sententiæ non satis intelligo: nisi per correptionem designet hanc (quam vocat) abbrevationem. Sed ex eâ de Tancreti, vel Tancredi ætate conjecturam facere licet. Floruisse videtur inter annum 1216, (quo mortuus est Innocentius Papa 3tius, in cujus Epistolas Decretales, ipso jam mortuo, Glossam conscripsit Tancredus: Vide supra Cod. 4ti tractatum 3tium) et 1260, quo floruit Bartholomeus Brixiensis, qui libellum Tancredi (eo jam, ut videtur, mortuo) correxit, et in compendium redegit.

Meminere hujus libri Gesnerus et Possevinus; sed auctorem ejus vocant Tancredum de Cornero: quem tamen a Bononiensi diversum fuisse non arbitror. Dictus est forte de Cornero, familiæ suæ, vel loci natalis nomine: Bononiensis vero, ab Academiâ in quâ Jus Canonicum magnâ cum laude per multos annos docuit. [Vide Præfationem ad Glossam prædictum.]

Tractatûs hujus nomen in fine a manu primâ adscribitur.

4. BROCARDICA. folio 226.

Ita inscribitur in fine, a primâ manu. In Indiculo tractatuum, qui est in initio libri, vocatur Brocardica Juris.

Index est in aliquem librum Juridicum; nescio an in Burchardi Wormaciensis Collectionem Canonum.

5. HUGELINI DISTINCTIONES. a folio 274 ad 291.

Sic incipit: "Munera alia sordida, alia honesta."

Hugolini Jurisconsulti meminit Gesnerus; quid autem scripserit ignoravit.

Scriptura eadem est cum Romfredo.

13. TABULÆ IN SCRIPTORES ALIQUOT: scilicet in

1. DECRETA PER MARTINIANUM. Quis ille fuerit nescio: Sed scripta videtur ante annos 400.

2. BERNARDI Casus abbreviatos.
Bernardi Compostellani Casus suprâ occurrunt, in Pluteo I. Codice 11, tract. 1.

3. Auctoritatum et Sententiarum Biblie inductarum in Compilationibus Decretorum et Decretalium.

4. EGIDIUM [Romanum] de Regimine Principum. Ægidij liber bis supra occurrit: B. III. 24. et IV. 31.

5. THOME librum de Veritatibus.
Thomæ Aquinatis de Veritate liber extat supra, B. I. 22.

6. ANSELMI LIBROS ALIQUOT.

7. ——— Ejusdem librum de naturâ boni.

C. III. 14. FOLIO. ARISTOTELIS LIBRI ALIQUOT LATINE VERSI.

1. PHYSICORUM LIBRI 8.
Iidem occurrunt paulo infra, in Cod. 17. tract. 2.
Et cum Averroïs Commentario, in Pluteo I. Codice 17. tract. 1. et in Pluteo IV. Cod. 16. tract. 5.

2. DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE, LIBRI 2.
Occurrunt infra in Codice 17, tract. 4.
Et cum Averroïs Commentario, infra, Cod. 15. tr. 1.
Et Averroïs Commentarius sine Textu in Pluteo I. Codice 17, tract. 2. et III. Cod. 16. tract. 2.

3. DE ANIMA LIBRI 3.
Et infra, Cod. 17, tract. 8.
Et cum Averroïs Commentario, supra in Pluteo I. Codice 17, tract. 3. et infra, Plut. III. Cod. 15, tr. 2. et Cod. 16. tract. 1.

4. DE METEORIS LIBRI 4.
Iidem occurrunt infra, in Codice 17, tract. 5.
Et Averroïs Commentarius in librum 4tum, in Plut. I. Cod. 17, tract. 9. et Cod. 18, tract. 3. et in Pluteo III. Cod. 16. tract. 8.

Adsperguntur et inter lineas, et in Margine, per totum librum, Scholia quædam ab aliâ manu.

Scriptus est hic Codex lineis continuis; literis majoribus, acuminatis; ante annos circiter quadringentos.

15. AVERROES, ALUREDUS, ALIJ.

1. AVERROIS COMMENTARIUS SUPER ARISTOTELEM DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE, latinè versus.
Sic incipit: "Incipit primus tractatus Avenroïs super librum de Generatione et "Corruptione. Intentio in hoc libro est, quod oportet determinare causas "universales"—
Aristotelis liber Commentario adjungitur.
Commentarius iste sine Aristotele occurrit supra in Pluteo I. Cod. 17. tract. 8: et infra in Pluteo III. Cod. 16. tract. 2.
Aristotelis liber sine Commentario, supra Cod. 14. tract. 2: et infra, Cod. 17. tract. 4.

2. AVERROIS COMMENTARIUS IN ARISTOTELIS LIBROS 3 DE ANIMA LATINE.
Sic incipit: "Av[erroës] intendit per subtilitatem demonstrationem confirma-"tionis"—
Aristotelis libri adnectuntur.

C. III. 15. FOLIO. In his duobus libris Textus majoribus literis, Commentarius minoribus, scriptus est.

Commentarius hic cum Aristotele occurrit supra in Pluteo I. Cod. 17. tract. 3. et in Plut. III. Cod. 16. tr. 1.

Et Aristoteles sine Commentario, supra, Cod. 14. tract. 2: et infra, Cod. 17. tract. 4.

3. AVERROIS COMMENTARIUS IN ARISTOTELIS LIBRUM DE MEMORIA ET REMINISCENTIA.

Sic incipit: "Iste tractatus incipit perscrutari de rememoratione et inquisi-"tione"—

Huic tractatui Aristotelis Textus non adjicitur, nec sequentibus etiam.

Commentarius iste supra occurrit in Pluteo I. Cod. 17. tract. 5: et infra, Plut. III. Cod. 16. tract. 6.

Et Aristotelis liber sine Commentario infra, Cod. 17. tr. 10.

4. AVERROIS COMMENTARIUS IN ARISTOTELIS LIBRUM DE MORTE ET VITA.

Sic incipit: "In hoc tractatu perscrutatur de Caussis longitudinis et brevitatis "vite"—

Occurrit hic Commentarius in Pluteo I. Cod. 17. tract. 7: et infra, Cod. 16. tract. 3.

Et Aristoteles sine Commentario, infra, Cod. 17. tr. 11.

5. AVERROIS COMMENTARIUS IN ARISTOTELIS LIBRUM DE SENSU ET SENSATO.

Sic incipit: "Virtutes quidem sensibiles quedam sunt necessarie in esse alium"—[animalium.]

Occurrit hic Commentarius supra, in Pluteo I. Cod. 17. tract. 4: et infra in Plut. III. Cod. 16. tract. 5.

Textus sine Commentario infra, Cod. 17. tract. 9.

6. AVERROIS COMMENTARIUS IN ARISTOTELIS LIBRUM DE SOMPNO ET VIGILIA.

Sic incipit: "Sompnus igitur et Vigilia describuntur multis modis"—

Commentarius hic occurrit supra in Pluteo I. Cod. 17. tract. 6: et infra in Plut. III. Cod. 16. tract. 7. Sed habent Codices isti Exordium, et ab hoc, et a se invicem diversum.

Aristotelis liber sine Commentario legitur infra, in Codice 17. tract. 6.

7. ALUREDI TRACTATUS SUPER LIBRUM DE VEGETABILIBUS.

Titulus hic est a primâ manu.

Sic incipit: "Vita in animalibus et plantis inventa est"—

Librum de Vegetabilibus alij Aristoteli tribuunt, alij rejiciunt.

Aluredus, vel Alfredus (cujus est hic tractatus) fuit Cardinali Othobono a Sacris, quando missus est in Angliam (a Papâ Alexandro 3$^{tio}$) Legatus ad pacandas turbas inter Regem (Henricum 2$^{dum}$) et Optimates coörtas. Floruit igitur anno 1270. De eo vide Lelandum in "Aluredus Anglicus:" Baleum in "Al-"phredus Anglicus:" Pitseum in "Alfredus Philosophus."

Textus Commentario (qui duorum tantum foliorum est) non adjungitur. Occurrit infra Cod. 17. tr. 7. et in Pluteo IV. Cod. 18. tract. 8.

C. III. 15. FOLIO.

8. De Causis.

Sic incipit: "Omnis Causa primaria plus est influens super Causatum suum, "quam secundaria."

Sunt Axiomata quedam (nescio cujus) de Causis, cum Commentario.

Quatuor tantum implent folia.

8. De Articulis Fidei.

Sic incipit Præfatio: "Clemens Papa, cujus rem vitæ et nominis, subjecti sen- "tiant, et tu a Domino consequaris"—

Axióma primum sic: "Causa per quam aliquid dicatur esse, quod dicitur Cau- "satum."

Axióma secundum: "Quicquid est Causa Cause est Causa Causati."

Idem est hic tractatus cum eo qui in alio Codice (vide B. iv. Cod. 20. tract. 2.) vocatur Ars Fidei Catholice. Axióma autem primum hujus libri, et quicquid præcedit Axióma secundum, distinguit iste Codex ab Articulis, sive, Axiomatibus sequentibus; vocátque Communes Conceptiones. Sunt autem Definitiones vocum quarundam, quibus in hoc tractatu usurus est.

In hoc et præcedenti tractatu, Axiomata majoribus literis scripta sunt; Commentarius parvis.

9. De Substantia Orbis.

Sic incipit: "In hoc tractatu intendi perscrutari de rebus ex quibus componitur "Corpus celeste."

Occurrit supra in Pluteo i. Codice 17. tract. 10: et in Codice proximè sequenti, tract. 5.

16. Averrois Commentarij in aliquot Aristotelis libros.

1. De Anima libros 3.

Sic incipit: "Intendit per subtilitatem"—

Huic Commentario Textus majoribus literis adjungitur; in sequentibus deest.

Occurrit Commentarius hic cum Aristotelico textu, supra, in Pluteo i. Codice 17. et tract. 3. et in Pluteo iii. Cod. 15. tract. 2.

Et Aristoteles sine Averroë, supra Cod. 14. tract. 3. et infra, Cod. 17. tract. 8.

2. De Generatione et Corruptione.

Sic incipit: "Intentio in hoc libro est quòd oportet."

Occurrit supra, cum Aristotelis Textu, Cod. 15. tr. 1.

Et sine Aristotele in Pluteo i. Codice 17. tract. 8.

Et Aristoteles sine Averroë, supra Cod. 14, tract. 2. et in Codice sequenti, tract. 4.

3. De Morte et Vita.

Sic incipit: "In hoc tractatu perscrutatur de Causis Longitudinis et Brevitatis "Vite."

Occurrit supra, Codice 15. tract. 4: et in Pluteo i. Codice 17. tract. 7.

Et Aristotelis liber sine Averroë; Cod. 17. tract. 11.

C. III. 16. FOLIO. 4. De Substantia Orbis.
Sic incipit: "In hoc tractatu intendimus perscrutari de rebus"—
Est ipsius Averroïs (ut videtur) non Commentarius in Aristotelem.
Occurrit supra, in Codice 15. tract. 9: et in Pluteo I. Cod. 17. tract. 10.

5. De Sensu et Sensato.
Sic incipit: "Virtutes quidem sensibiles"—
Occurrit in Codice præcedente. tract. 5: et in Pluteo I. Cod. 17. tract. 4.
Et Aristotelis liber sine Averroë, in Codice sequenti, tract. 9.

6. De Memoria et Reminiscentia.
Sic incipit: "Iste tractatus incipit perscrutari"—
Idem est Codicis præcedentis tractatus 3tius. et in Pluteo I. Codicis 17mi tractatus 5tus.
Aristotelem sine Averroë invenies in Codice sequenti, tract. 10.

7. De Sompno atque Vigilia.
Sic incpit: "Dicendum est de Sompno et Vigiliâ, primo"—
Vide supra Codicis 15 tractat. 6; et in Pluteo I. Cod. 17. tract. 6.
Aristotelis librum sine Averroë quære in Codice proximè sequenti, tract. 6.

8. Librum 4tum Meteorologicorum.
Sic incipit: "Postquam visum est quòd Principia"—
Occurrit supra in Pluteo I. Cod. 17. tract. 9: et Cod. 18. tract. 3.
Aristotelis libri 4 de Meteoris occurrunt supra Cod. 14. tract. 4: et in Codice sequenti, tract. 5.

Lineæ divisæ sunt: Literæ minores, acuminatæ; Ætas annorum circ. 400.
In folio primo: "E cõi libraria Moachoꝝ Dunelm̃."
In folio opposito, manu vetustiori: "Lib̃ Sc̃i Cuthb̃ti ex procuratione f̃ris Joh̃is "de Castº Moachi Dunelm̃."

17. Aristotelis libri aliquot Latine versi: scilicet,

1. Metaphysicorum libri 10.
Liber 1mus, et tres postremi desunt.
Iidem libri cum Commentario Averroïs occurrunt supra, in Pluteo I. Codice 18. tract. 2.

2. Physicorum libri 8.
Occurrunt supra, Codice 14, tract. 1: et Plut. IV. Cod. 18. tr. 1.
Et cum Averroïs Commentario, in Pluteo I. Cod. 17, tract. 1. et IV. Cod. 16. tract. 5.

3. De Celo et Mundo libri 4.
Occurrunt infra, in Pluteo IV. Cod. 18. tract. 2.
Et cum Averroïs Commentario, in Pluteo I. Cod. 17. tract. 2: et Cod. 18. tract. 1.

C. III. 17. FOLIO.

4. De Generatione et Corruptione libri 2.

Occurrunt etiam supra in Codice 14, tract. 2. et iv. Cod. 18. tr. 3.

Et cum Averroïs Commentario, in Cod. 15, tract. 1.

Et Averroïs Commentarius sine Textu, in Pluteo i. Cod. 17. tract. 8: et iii, Cod. 16. tract. 2.

5. De Meteoris libri 4.

Occurrunt etiam supra, in Codice 14. tract. 4: et in Pluteo iv. Cod. 18. tract. 4.

Et Averroïs Commentarius in librum, in Pluteo i. Cod. 17. tract. 9: et in Codice 18. tract. 3: et in Plut. iii. Cod. 16. tract. 8.

6. De Sompno et Vigilia libri 3.

Occurrunt infra, in Pluteo iv. Cod. 18. tract. 10.

Et Averroïs in eos Commentarius, in Pluteo i. Cod. 17. tract. 6: et iii. Cod. 15. tract. 6: et Cod. 16. tract. 7.

7. De Vegetabilibus libri 2.

Occurrunt iterum glossati in Pluteo iv. Cod. 18. tract. 8.

Et in eos Aluredi tractatus, supra, Cod. 15. tract. 7.

8. De Anima libri 3.

Occurrunt etiam supra in Codice 14. tract. 3.

Et cum Glossâ, in Pluteo iv. Cod. 18. tract. 5.

Et cum Averroïs Commentario, supra, Cod. 15. tract. 2: et Cod. 16. tract. 1: et in Pluteo i. Cod. 17. tract. 3.

9. De Sensu et Sensato.

Occurrit infra, cum Glossâ, in Pluteo iv. Cod. 18. tract. 9.

Et Averroïs Commentarius, in Pluteo i. Cod. 17. tract. 4: et iii. Cod. 15. tract. 5: et Cod. 16. tract. 5.

10. De Memoria et Reminiscentia.

Occurrit iterum cum Glossâ, in Pluteo iv. Cod. 18. tract. 6.

Et Averroïs Commentarius, in Pluteo i. Cod. 17. tract. 5: et iii. Cod. 15. tract. 3: et Cod. 16. tract. 6.

11. De Morte et Vita.

Occurrit Averroïs in hunc libellum Commentarius, supra, in Pluteo i. Codice 17. tract. 7: et iii. Cod. 15. tract. 4: et Cod. 16. tract. 3.

12. De Spiritus et Anime differentia.

Occurrit supra hic tractatus in Classe B. Pluteo iv. Codice 20. tract. 3: ubi vocatur, Constabulus de Differentiâ Spiritûs et Animæ. [vide locum.] Et infra, in hac Classe, Pluteo iv. Codice 18. tract. 7; ubi vocatur (ut hic) de Differentiâ Spiritûs et Animæ; Auctoris nomine non apposito.

Adjiciuntur per totum librum, et in margine, et inter lineas Glossæ aliquot.

Scriptus est hic Codex satis pulchrè; lineis integris; literis mediocribus, acuminatis; ante annos (ut videtur) plusquam 400. Glossæ exaratæ sunt ab aliâ manu.

C. III. 18. GAI SVETONIJ TRANQUILLI DE VITA CESARUM LIBRI XII.
FOLIO.

Sic incipiunt: "Gai Svetonij Tranquilli de Vitâ Cesarum liber primus incipit "Divus Julius annum agens Cesar sextum decimum"—

Titulus a *Gai* ad *Julius* literis miniatis, sed evanescentibus, scribitur.

Historia Cæsarum in hoc Codice in duodecim libros distribuitur. Id indicat Inscriptio in initio libri posita; et ita in fine subscribitur: "C. Svetonij Tranquilli de "Vita Cesarum liber XII explicit. Explicit Domitianus feliciter."

Subjiciuntur Domitiani vitæ de Cæsaribus his duodecim versus 42, qui hic dicuntur (nisi literæ fugientes me fallant) esse Sidonij, vel Sidonni. Eos autem, frustra in Sidonij Apollinaris operibus quæsitos, tandem Ausonij esse inveni. Omnes huc transcribere non visum est operæ pretium: hos in specimen proponere suffecerit.

"Cesareos Proceres, in quorum regna Secundis
"Consulibus dudum Romana potentia cessit
"Accipe bis[seno]s: sua quemque monostica signat
"Quorum per plenam seriem Svetonius olim
"Nomina, res gestas, vitamque, obitumque peregit."

Deinde Cæsarum nomina.
"Primus Regalem patefecit Julius aulam
"Cesar: et Augusto nomen transcripsit, et arcem."
et sic de reliquis.

Imperij tempus.
"Julius (ut perhibent) Divus trieteride regnat.
"Augustus post lustra decem sex prorogat annos."
& cætera.

Deinde de Mortibus eorum.
"Exegit penas de Cesare Curia mollis.
"Addidit Augustum Divis matura senectus. &c."

Desunt in hoc Codice Vitæ Grammaticorum, Rhetorum, Horatij, Lucani, et Plinij.

Scriptus est hic Codex lineis continuis; literis mediocribus, rotundis, elegantibus. Vetustior videtur illis libris quos describi curavit Willelmus 1[mus] Episcopus, de Sancto Carilefo dictus; qui obiit A.D. 1099. Superat igitur eam ætatem.

In initio libri: "Iste liber assignatur nono armariolo in Claustro Ecclie Dunelm "per Venerabilem Patrem Magrm Johem Auklande Pore ejusd Ecclie."

Joannes Aukland Prior fuit ab anno 1484 ad 1494.

[Hunc Librum cum editis contulit Edv. Rudd, Coll. Trin. Cantabr. Socius. Vide collationem, Classical Journal, Vol. ix. p. 143 & 386. J. R.]

C. III. 19. AMYDEI (ALEXANDRI) GRAMMATICA EBRÆA.
FOLIO.

Liber hic chartaceus est; et volumine exiguo descriptus.

Alexander Amydeus, Florentinus, Judæus, multos annos in Britanniâ degebat; in eâque diem clausit supremum.

Hebraïcam linguam publicè docuit Edinburgi, ad ejus Professionem ab Academiæ Curatoribus vocatus; ut ipse ait in Epistolâ ad Joannem Sudburium, Decanum Dunelmensem, quæ huic libro inseritur. In Angliâ etiam eandem linguam, et Italicam, privatim multis in locis docuit.

Quod nullæ Hebrææ linguæ Grammaticæ Edinburgi (cum Professionem auspicaretur) invenirentur, et quod se faciliùs, et feliciùs, discipulos suos eruditurum suâ quam alienâ methodo crederet, hanc Grammaticam scripsit; quam Decano et Capitulo Dunelmensi, et peculiari Epistolâ Joanni Sudburio Decano dedicavit. Obiit autem Sudburius A.D. 1684: nec multo ante scriptum fuisse hunc Codicem (propriâ, ut videtur, auctoris manu, cum adhuc in Scotiâ ageret) arbitror.

Epistola ad Joannem Sudburium sic incipit: "Imposuerunt mihi nuper amplis-"simi Academiæ nostræ Curatores linguæ Ebreæ professionem"—

Grammatica ipsa sic: "Hebrei habent 22 literas. Omnes sunt Consonantes."

Scripsit idem Amydeus etiam Grammaticam linguæ Italicæ, quæ in hac Bibliothecâ servatur: in Pluteo IV. hujus Classis, Cod. 28.

## C. IV. QUARTO.

1. DECRETA NON GLOSSATA.

Sic incipiunt: "Humanum genus duobus regitur"—

In initio libri, Argumenta omnium Distinctionum in Parte 1ª et 3ᵗⁱᵃ, et omnium Causarum in Parte 2ᵈᵃ copiosè explicantur foliis 12½.

Sic incipiunt: "In primâ parte agitur de Justitia naturali"—

C. IV. 1. QUARTO. Deinde foliis 2½, Rerum Capita quædam, nullo tamen ordine posita; notato simul loco in Decretis ubi de iis agitur.

In margine notulæ nonnullæ adscribuntur ab aliâ manu literis minutissimis.

Scriptus est hic Codex lineis integris; literis minoribus, modicè acuminatis, elegantibus. Literæ initiales singularum propemodum sententiarum pictæ sunt.

2. PLATONIS libri nonnulli græcè.

Iis præfigitur

1. Τιμαίω τῶ Λοκρῶ περὶ ψυχᾶς Κόσμω, καὶ Φύσιος.
Sic incipit: "Τιμαῖος ὁ Λόκρος τάδε ἔφα δύο αιτίας ειμεν τῶν σωμάτων."
In editis pro σωμάτων legitur συμπάντων.
Titulum hunc (cum nullus sit in Msto) apposui ex Platonis operibus, inter quæ legitur in Tomo 3tio, pag. 93. in editione Henr. Stephani.

Sequuntur Platonis libri

2. Πλάτωνος Μένων, ἢ, περὶ Αρετῆς. Fol. 10.
Titulus hic non est in Msto.
Sic incipit: "Ε'χεις μοι ειπεῖν, ὦ Σώκρατες, ἆρα διδακτὸν ἡ Αρετὴ"—
Legitur in operum ejus Tomo 2do, pag. 70.

3. Ἱππίας μείζων, ἢ, περὶ τοῦ Καλοῦ. fol. 32. b.
Sic incipit: "Ἱππίας ὁ καλός τε, καὶ σοφός, ὡς διὰ χρόνου"—
In Tomo 3tio operum ejus, pag. 281.

4. Ἱππίας ὁ ελάττων, ἢ, περὶ τοῦ Καλοῦ. fol. 52. b.
Pro Καλοῦ libri editi habent Ψεύδους.
Sic incipit: "Σὺ δὲ δὴ τί σιγᾷς, ω Σωκρατες"—
In Tomo 1mo operum, folio 363.

5. Ι'ων, ἢ, περὶ Ιλιάδος. folio 63.
Sic incipit: "Ι'ωνα χαίρειν. Πόθεν τὰ νυν ἡμῖν επιδεδήμηκας"—
In Tomo 1mo operum, pag. 530.

6. [Μενέξενος] ἢ, Επιτάφιος. fol. 74.
Sic incipit: "[Εξ] αγορᾶς, ἢ [πόθεν] Μενέξενος"—
Voces uncis inclusæ exciderunt e Msto.
In operum tomo 2do, pag. 234.

7. Κλειτοφῶν, ἢ, Προτρεπτικός. fol. 88. b.
Sic incipit: "Κλειτοφῶντα τὸν Αριστωνύμου τίς ἡμῖν"—
In Tomo 3tio operum, p. 406.

8. Πολιτεῖαι, ἢ, περὶ Δικαίου, Διάλογοι ί. fol. 93.
Sic incipiunt: "Κατέβην χθὲς εις Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος"—
In operum Tomo 2do, pag. 327.

Scriptus est hic Codex, ut Aristotelis libri Logici, (supra, in Pluteo I. Cod. 15.) partim in membranis, sed majorem partem in Chartâ; (eâque, magnâ libri parte, in

C. IV. 2. QUARTO summis præsertim foliis, humore corruptâ) lineis continuis, literis cursivis; et eâdem cum Aristotele ætate.

3. PLATONIS POLITIA Latinè versa a P.[etro] Candido Decembre.

Præmittuntur

1. EPISTOLA FRANCISCI PIGOLPASSI, Archipresulis Mediolanensis ad Humfridum Ducem Gloucestrensem, quâ hunc librum ei commendat.
Sic incipit: "Cum dudum, illustrissime Princeps,"—
2. EPISTOLA P.[ETRI] CANDIDI DECEMBRIS ad eundem Humfridum.
Sic incipit: "Clarissima apud Italos omnes virtutis tue fama"—
3. HUMFRIDI DUCIS GLOUCESTRENSIS Epistola ad P. Candidum.
Sic incipit: "Ea nobis semper sententia fuit, Candide noster suavissime,"—
4. HUMFRIDI EJUSDEM Epistola 2da ad eundem.
Sic incipit: "Ut alias nostris tibi scripsimus"—
5. CAPITUM singulorum in omnibus libris ARGUMENTA. Et inseruntur in ipso libro librorum singulorum argumenta.

In fine libri subjiciuntur:

1. Humfridi, Ducis Gloucestrensis ad P.[etrum] Candidum, super missione librorum 5 Policie Platonice Epistola Commendatoria.
Sic incipit: "Expectatissimas literas tuas accepimus"—
Data est Londini, 10 Kalend. April. 1439.
2. Petri Candidi ad Humfridum Ducem Gloucestrensem in transmissione omnium librorum Epistola conclusiva.
Sic incipit: "Habes tandem meâ operâ Platonis libros quos optasti, Princeps "illustrissime,"—

De Petro Candido, et hac Platonis versione loquuntur Lelandus (in Hunfrido Duce Claudiano) et Gesnerus, qui ait eum fuisse Magistrum Brevium Nicolai Papæ 5ti. Adivit vero ille Pontificatum A.D. 1447: quo etiam anno Humfridus mortuus est. De tempore igitur quo Petrus floruit satis constat. Et Epistola postrema Humfridi indicat quo anno Versionis hujus pars prior (ut videtur) perfecta fuit: scilicet anni 1438 fine, vel sequentis initio. Et quidem hic Codex non multo recentior videtur. Scriptus est in chartâ; lineis integris; literis acutis, cursivis; in 4to minori.

In fine: "Liber Ric̃i Ep̃i Norwicen. Nykke." Ricardus Nykke (aut, ut ab aliis vocatur, Nix) factus est Episcopus Norwicensis A.D. 1501.

Datus est hic Codex huic Bibliothecæ a Theophilo Pickering, S.T.P. hujus Ecclesiæ Canonico.

[Epistolas has, tam Petri Candidi Decembris, quam Ducis Glocestrensis, ineditas esse, satis constat. Brevi, Deo volente, prodibunt, utpote Mecænatis Angli studia et patrocinia mirè illustrantes. J. R.]

C. IV. 4. HIPPOCRATES. GALENUS. CONSTANTINUS.
QUARTO.

1. HIPPOCRATIS APHORISMI, LATINE.
Sic incipiunt: "Ars longa, Vita brevis"—
Margini Scholia multa adscribuntur literis minutissimis.

2. HIPPOCRATIS PROGNOSTICON, latinè. Folio 11.
Sic incipit: "Omnis qui Medicine artis studio, seu gloriam, seu delectabilem "amicorum consequi optat copiam"—
Desumtus est quidem hic liber ex Hippocratis Prognostico: sed tantum ab eo recedit, ut Versio vocari vix possit. Nec sane Hippocratis nomen, aut alterius cujusquam, a primâ manu præfigitur vel huic, vel cæteris hujus voluminis tractatibus: a manu recentiore vocatur tantum Liber Prognosticorum.
Vide Hippocratis et Galeni operum editionem Charterianam, Tom. 2. pag. 196.
Scholia quædam in margine adscripta sunt.

3. GALENI ARS MEDICA, latinè. folio 17.
Sic incipit: "Tres sunt omnes doctrine que ordine habentur"—
In initio Titulus hic inscribitur (sed a manu recentiore) "Liber Tegni Galieni "vocatus Ars Parva." Vox Tegni errore librarij posita videtur pro Pantegni. Vocari potuit Galenus Pantegnus eâdem ratione quâ Constantinus Cassinensis in Theoriâ Pantegni, [vide Pluteum I. Cod. 19. tract. 1.] quòd totam Artem Medicam hoc libro, vel saltem in reliquis suis scriptis, explicâsset. Et sane hoc nomen multo potiori jure Galeno quam Constantino debebatur.
Pro Tegnus autem, vel Pantegnus, scribi debuit Pantechnus, πάντεχνος. Sed accurata Analogiæ ratio, in Græcis præsertim literis, ab isto seculo exigenda non est.
Scholia quædam in margine adscripta sunt.

4. CONSTANTINI, MONACHI CASSINENSIS, VIATICUM. fol. 38.
Titulus est a manu secundâ.
Sic incipit: "Quoniam quidem in Rethoricis Tullius, omne, inquit, expetendum "vel propter se"—
Tractatus idem infra occurrit Cod. 12. tract. 1: sed cum in eo Codice sint libri 7, in hoc septimus desideratur.
Scholia plura in margine scribuntur literis minutissimis.
Ejusdem Scriptoris fuit Theoria Pantegni, quam supra recensui, in Pluteo I. Cod. 19. tract. 1.

5. CONSTANTINI EJUSDEM REGIMENTUM SANITATIS. folio 75.
Titulus a primâ manu nullus est: a secundâ (in totius Codicis initio) vocatur tantum "Regimen Sanitatis," sine Auctoris nomine. Sed hujus esse Scriptoris librum istum ex ipso statim initio patet.
Sic incipit: "Quia in primâ parte nostri libri Pantegni, quæ Theorica nuncu-"patur, rationabiliter diximus, quantum oportet Medicum scire, ac intelligere,

C. IV. 4. QUARTO.

" atque investigare, priusquam curare incipiat; oportet nos in hac secundâ " parte, quam Practicam vocamus, secundum quod necesse est scribere, ad " diffiniendam nostram intentionem, i. [id est] custodire sanitatem, et curare " infirmos. Incipiamus igitur de Regimento Sanitatis"—

Eundem hic fuisse videmus auctorem hujus tractatûs, qui fuit Pantegni, vel potiùs Pantechni: [de quo libro vide Pluteum I. Cod. 19. tractat. 1.] Constantinum scilicet Cassinensem Monachum: qui, ut in illo libro Theoriam Medicæ Artis explicavit, ita in alio opere (cujus hic de Regimento Sanitatis tractatus (ita ipse vocat) Pars fuit, et quasi Procemium) ejusdem Artis Praxin explicare aggressus est: opusque 12 libris absolvit, ut scribit Petrus Diaconus in libello de Viris illustribus Casinensibus; in quo de Constantini hujus eruditione plura nos docebit.

Hujus tractatûs sunt partes 3, quarum tertia est de Chirurgiâ.

6. De Anatomia humani Corporis. Folio 93.

Sic incipit: " Medicorum Anathomicos necesse est precognoscere"—

Scripti sunt hi omnes tractatus (ab eâdem, ut videtur, manu) elegantissimè; 4 priores lineis continuis, 2 posteriores divisis; literis acuminatis, et minutis quidem omnes, sed 6tus minutissimis; ante annos circiter 500.

In initio: " Liber Medicinarum assignatus communi armariolo Dunelm̃."

## 5. Ciceronis libri de Inventione duo, et ad Herennium Sex.

Libri ad Herennium Ciceroni hic tribuuntur, et vocantur sex [VI] in fine Codicis; sed Librarij (ut videtur) errore, VI pro IV scribentis. Libri a prima manu non distinguuntur nisi literâ miniatâ.

Titulus a manu secundâ est, " Tullius in Veteri Rethoricâ et Novâ."

Scriptus est hic Codex lineis continuis; literis rotundis, minoribus; ante annos 600 aut amplius.

In folio primo: " Liber Hugonis Ep̃i." Hugo de Puteaco [Pudsey] Episcopus fuit Dunelmensis ab A.D. 1153 ad 1194: sed liber 50 minimum annis antiquior videtur.

## 6. Ciceronis de Officiis libri tres.

Sic incipiunt: " Quanquam te Marce fili."

Nihil singulare in hoc Codice observavi.

Scriptus est lineis continuis; literis mediocribus, acutis (quales Secretarias vocamus) bene formatis; ante annos (ut videtur) vix 300.

Librum hunc Bibliothecæ dono dedit Joannes Rymer A.M. Scholæ Grammaticæ Archididascalus.

C. IV. 7. CICERO. BOETHIUS.
OCTAVO.

1. GLOSE SUPER RETHORICAM CICERONIS, in 4[to] minore, i.e. in libros de Inventione, et ad Herennium.

Sic incipiunt: "Inprimis materia et intentio hujus Rethoris, s.[scilicet] Ciceronis "querenda est"—

Nulla est distinctio inter libros de Inventione, et libros ad Herennium.

Scriptæ sunt hæ Glossæ lineis divisis; literis valde minutis, rotundis, non inelegantibus; ante annos circiter 600.

2. GLOSE SUPER BOETHIJ ARITHMETICAM.

Ejusdem commatis et ætatis sunt cum superioribus.

Literæ paulo majores sunt.

8. IN CICERONIS PARADOXA, ET CATONEM MAJOREM COMMENTARIUS.

Sic incipit: "De Inscriptione operis. Inscriptio et Titulus hujus operis (η Επιγραφὴ) "est Paradoxa."

Prælectiones forte fuerunt Professoris alicujus Academici.

Est liber chartaceus in 8[vo], scriptus ante annos forte 100.

Eum dedit T. R. *(Thomas Rud Bibliothecæ præfectus).*

9. MARTIALIS EPIGRAMMATA CUM NOTIS BREVIBUS.

Notarum Specimen sit:

"Barbara[1] Pyramidum sileat[2] miracula[3] Memphis[4]."

1. fera, incultaque moribus.
2. non amplius laudet.
3. Pyramides ad admirationem potiùs quam ad usum constructæ erant.
4. Ægypti Urbs et Regia.

Notæ hæ Bondianis in Horatium non sunt dissimiles. Scholiastes hic sequitur plerumque Domitium Calderinum et Ramiresium de Prado: nec videtur Raderum vidisse: ut fortasse eo antiquior sit.

Liber chartaceus est in 8[vo]; scriptus (in scholiis præsertim) literis minutis, rotundis, non inelegantibus; ante annos amplius 100.

Datus est a T. R.

10. TRACTATUS 5 VARIJ ARGUMENTI. 8[vo].

1. EXPOSITIO ARTICULORUM FIDEI. Foliis 2.

Sic incipit: "Quomodo diffinitur Fides secundum Intellectum"—

C. IV. 10. OCTAVO. 2. Explanatio super Prudentium Sichomachie [pro Prudentij Psychomachiam.] Foliis 17.
Sic incipit: "Prudentius tria habuisse nomina dicitur"—

3. In Sibille versus de adventu Christi. ½ fol.
Sic incipit: "Signum i. i. discretionis hominum erit illud"—

4. Expositio super Sedulium. fol. 1½.
Sic incipit: "Sedulius primo Laïcus fuit, seculari sapientiâ editus"—

5. Editiones in libros Boetij de Consolatione Philosophie, quod reliquum est libri implent.
Sic incipiunt: "Alij auctores solebant Prologos in libris suis prescribere"—

Scriptus est hic Codex lineis integris; literis minoribus, rotundis; ante annos circiter 600.

11. Alexandri Iatros sophista libris 3. 8vo.

Ita vocatur in fine libri.

Imperfectus est hic liber in initio: Primi Capitis integri argumentum est, de Competentibus adjutoriis.

Sic incipit: "Hec scientes dicere oportet ad unamquamque passionem competen-"tia adjutoria"—

Alexander Trallianus, vetustus Medicus, qui seculo post Christum natum quinto floruit, Iatrosophistes dictus fuit; credo, quòd 12 libros, quos de Medicinâ scripsit, eo nomine appellavit. Editi sunt Græcè a Rob. Stephano, et Latinè ab Hen. Stephano. Qu. an hi tres libri aliquid commune habeant cum illis 12, qui mihi ad manum non sunt.

Scriptus est hic Codex non ineleganter; lineis divisis; literis minoribus, modicè acuminatis; ante annos (ut videtur) plusquam 500.

Habet folia 132.

12. Constantinus, et alij 2 tractatus. In 4to minore.

1. Constantini (Monachi Cassinensis) Itinerarium, sive Viaticum, libris 7.
Titulus hic a manu secundâ folio primo inscribitur.
Sic incipit: "Quum quidem, ut in Rhetoricis Tullius, Omne, inquit"—
Occurrit hic tractatus paulo supra, Cod. 4. tract. 4.

2. Tractatus de Coitu Animalium a Naturu instituto, propter Salvationem Specierum in Individuis. folio 107.
Sic incipit: "Creator volens animalium genus firmiter ac stabiliter perma-"nere"—
Titulus ab eâdem manu est cum superiore tract.

C. IV. 12. OCTAVO. 3. TRACTATUS DE MEMORIA AC EAM JUVANTIBUS MEDICINIS: DE MORBO ILIACO, ET CURA EJUSDEM. Folio 123. b.

Titulus est ab eâdem manu cum superiore tractatu.

Sic incipit: "Pervenit ad nos Epistola tua, manifestans quid tibi acciderit"—

Scriptus est hic Codex eleganter; lineis continuis; literis mediocribus, rotundis; ante annos 500, aut etiam plures.

In folio primo: "e cōi libraria Moᵃchoꝝ Dunelm̄."

13. YSAACI TRACTATUS 3. 8$^{vo}$.

1. YSAAC DIETE UNIVERSALES.

   Titulus est a primâ manu.

   Sic incipit: "Quod inprimis antiquos coëgit disputare"—

2. YSAAC DIETE PARTICULARES.

   Hunc esse librum docet Titulus a secundâ manu in primo folio positus.

3. YSAAC DE URINIS.

   Hujus etiam tractatûs nomen eidem titulo debemus: nam Codex ipse ita ab humore corruptus est, ut (in posteriori præsertim parte) vix quicquam legi possit.

Isaacum Beimiram, Medicum Judæum, Gesnerus ait floruisse A. D. 1070; et scripsisse de Diætâ Universali et Particulari libros duos (Basileæ editos,) et de Urinis.

Scriptus est hic Codex non invenuste, nisi quod literæ humore pene evanuerunt; lineis contiuuis; literis minutis, rotundis; ante annos 500, aut etiam plures.

In folio primo: "e le Spendement."

14. THE ORIGIN & SUCCESSION OF THE BISHOPS OF DURHAM, TOGETHER WITH THEIR LIVES & ACTIONS; COLLECTED OUT OF THE ANTIENT & LATE RECORDS OF THE CATHEDRAL CHURCH OF DURHAM: & FOR THE MOST PART TRANSLATED OUT OF LATIN INTO ENGLISH. August 1$^{st}$, A. D. 1603.

(Printed at the private Press of the late George Allan, Esq.)

Liber chartaceus est, in 8$^{vo}$ minore.

Sic incipit: "Aidane the, first Bishop. It is to be understood that"—

Desinit in Cuthberto Tonstallo, qui anno 1559, mortuus est. Folia quidem aliquot sequentia excisa sunt; sed non ulteriùs deductam fuisse hanc Historiam ostendit qui subjicitur in fine Indiculus Episcoporum; eorum scilicet qui verè fuerunt Episcopi: sequentes enim nomine solo fuisse ait. Nisi forte aliquis malignitate ejus in Reformatos offensus, ea exsciderit. Pontificiis enim addictum fuisse hunc scriptorem ostendit Notula hæc præfixa Nominibus Episcoporum Reformatorum, quos a Pontificiis separavit: "Since the decay of Catholicke Religion in England, others "have succeeded, who have had the Revenues & Titles of Bishops of Durham"—

C. IV. 14. QUARTO. Ait se collegisse Historiam hanc è Chartis originariis hujus Ecclesiæ. Talium quidem Chartarum magnus numerus in Ecclesiæ tabulario servatur: Earum vero pervolvendarum copia non facile cuiquam conceditur, homini præsertim a nostris sacris alieno: nec nisi Canonicorum aliquo præsente; idque ad breve tantum tempus, quantum ad rem aliquam singularem perquirendam, non quantum ad Rerum gestarum Historiam continuam ex iis colligendam sufficeret. Nec sane operæ pretium erat tantum laboris insumere ad Historiolam jejunam contexendam. Potuit quidem pervolvere Symeonis Historiam Dunelmensis Ecclesiæ, quæ eo tempore edita non fuit; cujúsque Exemplar MStum vetustissimum et pulcherrimum Dunelmi servabatur: ejúsque Continuationem in eodem Codice: Sed ea non progreditur ultra annum 1153. Et sequentes Historici a Whartono in Angliâ Sacrâ editi, quantum ex veteri Codicum MStorum Catalogo conjicere licet, in hac Bibliothecâ frustra quærerentur.

Collecta est hæc Historia a T. R. impensâ (ut ipse in Præfatione ait) Joannis Hall de Conset, agri Dunelmensis Viculo. Qui cum eam (amissam, ut putavit) post multos annos insperatò recuperâsset, Præfationem ei adjecit, paulo (ut videtur) ante quam Carolus 2$^{dus}$ ab Exilio revocatus est: Thoma Mortono (qui in Episcoporum serie ultimus est) adhuc superstite.

Librum hunc Bibliothecæ dono dedit Vir doctissimus Georgius Hickes S. T. P.

15. Chronica Pipini, Reginonis.

1. Cronica Pipini.

Titulus est a secundâ manu; inde ductus (ut videtur) quod ordiatur a Pipino.

Sic incipit: Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi dc.lxxx.iiii. Pip- "pinus, filius Ansegisili, nobilissimi quondam Principis Francorum, post plu- "rima prelia, magnósque triumphos a Deo sibi concessos, Orientalium Fran- "corum, glorioso Genitori feliciter succedens, suscepit Principatum."

Fuit Pipinus hic ejus nominis secundus; Pipini primi Nepos; Caroli Martelli Pater; et Pipini tertij, qui primus ex ea familiâ Rex Francorum fuit, Avus.

Annales sunt rerum Francicarum, ab anno 683, ad annum 820 aut circiter. (Nam anni, qui in initio notantur, postea omittuntur.) Non longe enim a fine memoratur mors Irmingardis, uxoris Ludovici Pii, Caroli magni filij; quæ incidit in annum 818. [Vide Baron. ad annum 819, Sect. xii. Mezer.]

Ineditos esse hos Annales puto. Mentionem eorum non facit Jacobus le Long in suo Historicorum Gallicorum Catalogo.

Scripti sunt satis eleganter; lineis divisis; literis minoribus, rotundis; ante annos circiter sexcentos.

Sunt folia 27.

2. Libellus de temporibus Dominice Incarnationis.

Sic incipit: "Anno Imperij Octaviani Cesaris xlii. Jesus Christus, Filius Dei, "natus est."

Titulus hic est a manu primâ: a recentiore tribuuntur Reginoni, Abbati Prumiensi.

C. IV. 15. QUARTO. Chronicon est Rerum gestarum a Christo nato ad annum 1005: sed cum Regino mortuus fuerit A. D. 908, quæ eo anno posteriora sunt, ab alio adjecta fuisse necesse est.

Scriptum est eleganter; eâdem fere scripturâ, et eâdem ætate quâ Chronicon superius.

Implet folia 42.

16. ARISTOTELIS LIBRI ALIQUOT LATINE VERSI, cum notis marginalibus.

1. DE SOPHISTICIS ELENCHIS LIBRI 3.

In editis unus tantum est.

Occurrunt infra, Cod. 17. tract. 1: et Cod. 19. tract. 1: et supra in Pluteo I. Cod. 17. tract. 7.

2. TOPICORUM LIBRI 8.

Occurrunt infra, Cod. 17. tract. 2: et Cod. 19. tract. 2: et supra, in Pluteo I. Cod. 17. tract. 8.

3. ANALYTICORUM PRIORUM LIBRI 2.

Occurrunt infra, Cod. 17. tract. 3: et Cod. 19. tract. 3: et supra, in Pluteo I. Cod. 17. tract. 9.

4. ANALYTICORUM POSTERIORUM LIBRI 2.

Occurrunt infra, Cod. 17. tract. 4: et Cod. 19. tract. 4: et supra, in Pluteo I. Cod. 17. tract. 10.

Scripti sunt hi 4 tractatus ab eâdem manu; lineis integris; literis acuminatis; in Textu minoribus, in Notis minimis; ante annos circiter 400.

5. PHYSICORUM LIBRI 8 CUM COMMENTARIO AVERROIS.

Prologus sic incipit: "Intentio mea in hoc sermone glŏr. [glossare] librum Aris-"totelis"—

In fine: "Explicit Prologus Averroyz super librum Phisicoꝝ A R̶."

Scriptus est hic Codex a manu non multum prioribus dissimili; lineis divisis; et eâdem (ut videtur) ætate.

17. ARISTOTELIS LIBRI LOGICI, latinè versi et glossati.

1. DE SOPHISTICIS ELENCHIS LIBRI 2.

Occurrunt infra, Cod. 13. tract. 1: et supra, Cod. 16. tract. 1: et in Pluteo I. Cod. 17. tract. 7.

2. TOPICORUM LIBRI 8.

Occurrunt supra, Cod. 16. tract. 2: et in Pluteo I. Cod. 17. tract. 8: et infra, Cod. 19. tract. 2.

3. ANALYTICORUM PRIORUM LIBRI 2.

Occurrunt supra, Cod. 16. tract. 3: et in Pluteo I. Cod. 17. tract. 9: et infra, Cod. 19. tract. 3.

C. IV. 17. QUARTO. 4. ANALYTICORUM POSTERIORUM LIBRI 2.

Occurrunt supra, Cod. 16. tract. 4: et in Pluteo I. Cod. 17. tract. 10: et infra, Cod. 19. tract. 4.

Scriptus est hic Codex satis eleganter; lineis continuis; literis acuminatis; in Textu mediocribus, in Glossâ minutissimis; circiter, aut etiam ante, annum 1300.

In initio: "Liber Sancti Cuthberti de Dunolmo, ex procuratione fratris Uthredi "Monachi ejusdem."

De Uthredo Monacho Dunelmensi vide supra Classem B. IV. Cod. 34. tract. 3.

In fine: "In die Sancti Barnabe Apostoli, MCCCC. nono: et tdat [tradatur] Robto "de Dyntto[a]." [Num pro Darlingtona ?] Designatur fortasse tempus quo Codicis hujus descriptio absoluta est: & nomen viri cujus sumtibus descriptus est.

18. ARISTOTELIS LIBRI ALIQUOT LATINE VERSI, & GLOSSIS ILLUSTRATI.

1. PHYSICORUM LIBRI 8.

Occurrunt etiam supra, in Pluteo III. Cod. 14. tr. 1. Cod. 17. tract. 2.

Et cum Averroïs Commentario, in Pluteo I. Cod. 17. tract. 1: et IV. Cod. 16. tract. 5.

2. DE CŒLO ET MUNDO LIBRI 4.

Occurrunt etiam supra, in Pluteo III. Cod. 17. tract. 3.

Et cum Averroïs Commentario, in Pluteo I. Cod. 17. tract. 2: et ibid. Cod. 18. tract. 1.

3. DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE LIBRI 2.

Occurrunt supra in Pluteo III. Cod. 14. tract. 2: et ibid. Cod. 17. tract. 4.

Et Averroïs in eos Commentarius, in Pluteo I. Cod. 17. tract. 8: et in Pluteo III. Cod. 16. tract. 2.

4. De METHEORIS [Mete-] libri 4.

Occurrunt etiam supra, in Pluteo III. Cod. 14. tract. 4.: et ibid. Cod. 17. tract. 5.

Et Averroïs Commentarius in librum 4[tum], in Pluteo I. Cod. 17. tract. 9: et ibid. Cod. 18. tract. 3: et in Pluteo III. Cod. 16. tract. 8.

5. DE ANIMA LIBRI 3.

Occurrunt supra, in Pluteo III. Cod. 14. tract. 3: et ibid. Cod. 17. tract. 8.

Et cum Averroïs Commentario, in Pluteo I. Cod. 17. tract. 3: et Plut. III. Cod. 15. tract. 2: et ibidem, Cod. 16. tract. 1.

6. DE MEMORIA ET REMINISCENTIA. Foliis 3.

Occurrit etiam supra, in Pluteo III. Cod. 17. tract. 10.

Et Averroïs Commentarius, in Pluteo I. Cod. 17. tract. 5: et in Pluteo III. Cod. 15. tract. 3: et ibid. Cod. 16. tract. 6.

7. DE DIFFERENTIA SPIRITUS ET ANIMIÆ. foliis 5½.

Cæterum hic tractatus non scriptus est ab Aristotele; sed collectus ex scriptis Platonis, Aristotelis, Theophrasti, et aliorum; ut ipse auctor agnoscit.

C. IV. 18. QUARTO. Sic incipit: "Interrogasti me, Magister, (honoret te Deus) de differentia que in-"ter Spiritum et Animam: et ut tibi scriberetur quid dixerunt in eâ antiqui "Sapientes. Ecce scribo quedam collecta que excerpsi ex libro Platonis—et "ex libris Ar. Phi [Aristotelis Philosophi] & Theophrasti"—

Occurrit supra in Pluteo III. Cod. 17. tract. 12: et in Classe B. Pluteo IV. Cod. 20. tract. 3, ubi tribuitur Constabulo cuidam.

8. De Vegetabilibus libri 2. Foliis 2½.

Præfigitur Interpretis Prologus, in quo ait se "parvulam Philosophiæ particu-"lam, librum scilicet Aristotelis de Vegetabilibus, ex Arabico in Latinum "transtulisse."

Occurrit supra, in Pluteo III. Codice 17. tract. 7.

Et Aluredi tractatus in hunc librum, in Pluteo III. Cod. 15. tract. 7.

9. De Sensu et Sensato. foliis 10.

Occurrit iterum in Pluteo III. Cod. 17. tract. 9.

Et Averroïs Commentarius, in Pluteo I. Cod. 17. tr. 4.: et in Pluteo III. Cod. 15. tract. 5: et ibid. Cod. 16. tract. 6.

10. De Sompno et Vigilia. foliis 9.

Occurrit supra, in Pluteo III. Cod. 17. tract. 6.

Et Averroïs Commentarius, in Pluteo I. Cod. 17. tr. 6: et in Pluteo III. Cod. 15. tract. 6: et ibid. Cod. 16. tract. 7.

Scriptus est hic Codex lineis continuis; literis acuminatis, satis elegantibus; in Textu minoribus, in Glossâ valde minutis; ante annos circiter 400.

19. Aristotelis libri, Latine versi.

1. De Sophisticis Elenchis, duo.

Occurrunt supra, in Codice 16. tract. 1: et Codice 17. tract. 1: et in Pluteo I. Cod. 16. tract. 7.

2. Topicorum libri 8.

Occurrunt supra, Cod. 16. tract. 2: et Cod. 17. tr. 2: et in Pluteo I. Cod. 16. tract. 8.

3. Analyticorum priorum libri 2.

Occurrunt supra, Cod. 16. tract. 3: et Cod. 17. tr. 3: et in Pluteo I. Cod. 16. tract. 9.

4. Analyticorum posteriorum libri 2.

Occurrunt supra, in Codice 16. tract. 4: et Cod. 17. tract. 4: et in Pluteo I. Cod. 16. tract. 10.

Scriptura hujus Codicis superiori similis est, et ejusdem videtur ætatis.

C. IV. 20. QUARTO. JOAN. DE DITNESHALE (ita vocatur in initio libri; in fine vero) DITENSHALE. QUESTIONES XII LIBRORUM METAPHISICE ET IV LIBRORUM ETHICORUM DISPUTATE A MAG'RO JO. DE DITENSHALE ANNO D'NI M.CC. OCTOGESIMO TERTIO.

Incipiunt sic: "Sicut dicit Philosophus in 4$^{to}$ Met. [Metaphysicorum] et versus finem, Omnia"—

Lelandus, Baleus, Pitseus habent Joannem Derlingtonum (i.e. de Derlington) Dominicanum, postea Archiepiscopum Dubliniensem; qui eâ ætate vixit, et scripsit (inter alia) Disceptationes Scholasticas. Argumentum non dissimile est, et temporum ratio non valde repugnat. Quod enim aiunt eum A.D. 1284 obiisse, tantula differentia facile potuit intervenire. Quod Derlington ab iis vocetur, fortasse maluit (præsertim postquam innotescere cæpit) nomen capere a Derlingtonâ oppido vicino (in Episcopatu Dunelmensi) ob mercatum satis noto, quam ab ignobili vico in quo natus est. Multa hujus mutationis exempla afferri possunt.

Ditenshale, hodie Dinsdale, in ripâ fluvij Tees posita est.

Scriptus est hic Codex lineis divisis; literis currentibus, malè formatis; ante annos vix 300.

20. b. TABULÆ IN ARISTOTELEM:

1. Tabula Naturalis Philosophiæ: Scil. Index Alphabeticus Rerum in libris de Naturali Philosophiâ contentarum.

   Huic Indici subjiciuntur Argumenta Capitum in libris Physicorum.

2. Tabula Alphabetica in libros Dialecticos.

   Scriptus est hic Codex lineis dimidiatis; literis minoribus, acuminatis; ante annos 300, aut amplius.

21. TABULÆ DEFINITIONUM.

Titulus iste in dorso hujus Codicis inscribitur a manu recenti: In libro nullus est, nisi quod a manu itidem recenti Dictionarium vocetur.

Capita nonnulla e Theologiâ, Jure Canonico et Civili selecta, alphabetico ordine disposita, explicantur; et scriptorum loca indicantur, ubi de iis pleniùs agitur.

Codex hic crassus est; scriptus lineis dimidiatis; literis cursivis; ante annos vix 300.

Ei subjunguntur Indices duo:

1. In Sextum et Septimum Decretalium.
2. In Scriptorem nescio quem: Nomen enim ejus non adscriptum est; nec erat operæ pretium investigare quis fuerit.

Lineæ integræ sunt.

In folio primo: "De Registro Dñi Prioris."

C. IV. 22. BONETUS. LANNHAM. ALBERTUS.
QUARTO.

1. Nicolai Boneti, Ordinis Fratris Minorum, Metaphysica libris 10.
   Sic incipit: "Omnes homines, imo omnes notura [forte—ræ] intellectuales"—
   Titulus a primâ manu in fine libri subscribitur.
   Liber ipse implet folia 84: Index Capitum habet folia 4.
   Hujus Scriptoris nomen nullibi invenio. Si Anglus fuit, habemus quo Lelandi, Balæi, Pitsei Bibliothecæ suppleri possint.

2. Ricardi Lannham, Ordinis Carmelitarum, Speculum; vel, Philosophia naturalis, vel Phisica, libris 8.
   Titulus nullus libro huic præfigitur: sed tot modis vocatur in librorum clausulis.
   Sic incipit: "Cum omnis scientia causas habens"—
   Hujus Scriptoris (Ricardi Lavenhami) libros plures recensent Lelandus, Baleus, Pitseus. Mortuus est A.D. 1383.
   Lavenham, sive Lainham (unde nomen traxisse videtur) est agri Suffolciensis opidulum.
   Quo tempore Codex hic descriptus fuerit, indicat nota in fine libri 3tii adscripta: "Explicit liber tertius Speculi naturalis, scriptus in Provinciâ Anglie, in Con-"ventu Stamfordie, per manum fratris Rolandi de Heulla [Houllâ in libro 5] "Carmelite, A.D. M. CCCC. XLIX. et mensis Junij die ultimâ." Primus liber absolutus est April 9.
   In Boneto scriptura similis est, et ejusdem ætatis. Lineæ integræ sunt: Literæ parvæ, cursivæ.
   Folia numero 50 sunt.

3. ALBERTI MAGNI LIBER DE NATURA LOCI, ET LONGITUDINE ET LATITUDINE EJUSDEM.
   Liber in initio imperfectus est: sed hic titulus in fine adscribitur.
   Descriptus est per Ricardum Shyrborn, Monachum Dunelmensem.

4. ALBERTI LIBER DE MOTIBUS ANIMALIUM.
   Sic incipit: "Tempus et Ordo expostulant"—

5. ALBERTI DE SPIRITU ET RESPIRATIONE LIBRI 2.
   Sic incipiunt: "Multa sunt animalia"—

6. TRACTATUS NATALISSIUS DE P'O P'NO [PRIMO PRINCIPIO] ET EJUS PROPRIETATIBUS.
   Titulus hic legitur in Indiculo tractatuum. Tractatus ipse nullum habet in initio, et in fine imperfectus est. Cæterum quid sibi velit vox secunda nescio; error videtur esse aliquis scribæ: voluit fortasse dicere notabilissimus.
   Sic incipit: "Primum et som [forte, solum] necesse est esse omnino et omni-"modè."
   Sunt folia 17.

Tres hi tractatus ab eodem Ricardo Shyrborn scripti sunt, et eâdem ætate quâ 1mus et 2dus: sed ita malè ut vix legi possint.

C. IV. 22. QUARTO. In initio: "Iste liber assignatur nono armariolo in Claustro Ecclie Dunelm̃ per Venerabilem Patrem Mag̃rum Johem Auklande Priorem ejusd Ecclie."

Fuit iste Joannes Prior ab anno 1484 ad 1494.

23. BURLEY. GALFRIDUS. ANONYMI TRES.

1. TRACTATUS DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE SECUNDUM MAG'RUM WALTERUM DE BURLEY.

Sic incipit: "De Generatione et Corruptione. In prohemio hujus libri propo-"nit Philosophus intentionem suam."

Commentarius est in Aristotelis libros de eodem argumento.

Gualterus Burlæus, Philosophus suâ ætate celebris, floruit circiter annum 1337. De eo vide Lelandum, Baleum, Pitseum.

Scriptus est hic Codex lineis continuis; literis minutis, cursivis, ante annos circiter 300.

Malè vocatur hic Scriptor in fronte libri Skurley; et multo corruptiùs (in Indice Manuscriptorum Dunelmensium in Sylloge Bernardianâ) Skirlaw, et Waltero Skirlaw Episcopo Dunelmensi liber ipse tribuitur.

2. GALFRIDI ANGLICI NOVA POETRIA.

Sic incipit: "Papa Stupor mundi, si dixero Papa nocenti"—

In fine:

"Explicit Nova Poetria Galfridi Anglici.
"Benedicamus Domino, q, [quoth] William Law:
"Deo gratias yerto [thereto] quoth Fishborn."

Voces "quoth William Law" sunt ab alia manu: Fishborn videtur Scribæ nomen.

Scriptus est hic tractatus; literis mediocribus, acutis, bene formatis. Auctor hujus libri fuit Galfridus de Vino Salvo qui floruit circ. ann. 1200, & inscripsit hunc librum Innocentio Papæ 3. Constat sane ex ipso libro, scriptum fuisse quo tempore Normannia habuit Ducem Ricardum: eum scil. qui primus eo nomine Angliæ Rex fuit: cujusque Expeditionem in Terram Sanctam idem Prosa Oratione descripsit. Eam Historiam Galeus edidit in 1° Historicor. Anglor.

3. Tractatus et initio, et in fine mutilus; adeo ut nec Auctoris nomen, nec Titulus libri appareat. Scriptus etiam est literis adeo minutis et intricatis, ut de ejus Argumento nihil queam conjicere; nisi quod Metaphysicum videtur: vix ullam enim integram sententiam perlegere potui.

Sentientia prima est: "Quoniam ã [autem] sci^di ɀ inte^di [i.e. sciendi et intelli-"gendi] naturale desiderium õi inte^ri [omni intellectui] est innatum, palam "q^d q [quidem quod] non tm̃ cõia [tantum communia] et generalia, ymo "[imo] propria et Specialia magis desideramus"—

Est primi Capitis pars: sequitur enim Caput secundum.

Sunt folia 12.

In chartâ scriptus est hic tractatus: reliqua vero libri pars in membranis.

C. IV. 23. QUARTO. 4. Tractatus alius sine Auctoris aut Libri nomine.

Sic incipit: "Necessarius est ad disciplinam bonus Sermo"—

Agit de Christianæ Religionis Praxi: ad quam promovendam, præter alia argumenta, virorum Sanctorum exempla e Sacrâ Historiâ producit. Maccabæorum cruciatus et patientiam non ineleganter describit; et in eâ historiâ desinit, his verbis: "Soli de Rege superbo, sine bellico conflictu, victoriam reportastis: "Vicerunt in vobis sola arma Pietatis: dedit penas tyrannis, [lege, tyrannus] "et quia vos non potuit vincere; et quia atroci peremtus est morte."

Deesse aliquid videtur in fine.

Habet folia 10.

Scriptus est hic tractatus lineis continuis; literis minoribus, acutis; ante annos circiter trecentos.

5. TRACTATUS alius anonymus, Metaphysicus, DE RERUM PRINCIPIIS ET CAUSIS.

Sic incipit: "Quoniam autem nature pña et cās [principia et causas] et p̄ p°anes "[ ] querimus et in vl̄i et in sp̄ali [et in universali et in "speciali.]"

Agit de Productione, Principiis rerum, Creatione, Generatione, Materiâ, Formâ, Causâ Efficiente—Conservativâ—Totali—Partiali—Univocâ—Æquivocâ, Causarum circulo, Veritate primæ Causæ.

Habet folia 10; sed videtur in fine imperfectus.

Scriptus est lineis continuis; literis minutis, cursivis; ante annos circiter 300.

24. PETRUS DE VINEIS ET ALIJ.

1. PETRUS DE VINEIS DE FORMA DICTANDI.

Titulus hic est a manu secundâ, sed antiquâ.

Sunt Formulæ Epistolarum variæ, de rebus tam publicis, quam privatis; ut ex Indiculo præfixo colligere licet.

Sic incipiunt: "Argumentum. De Amicitiis, Compassionibus, et Vituperationi-"bus amicabilibus, amicus amicum redarguit."

"Archid[iacono] Epolitañ. Quid et qualiter "homini rerum temporalium adipe, "et sublimis apice dignitatis, in alterum mutato virum scribam"—

Scriptus est lineis divisis; literis minoribus, implicatis inter se; ante annos supra 300.

Habet folia 52.

Hujus libri inter Petri de Vineis scripta non meminerunt Scriptores Bibliothecarij: itaque dubitari potest an ejus Scriptoris sit. Ejusdem quidem Dictamina (qui possit videri idem esse liber) in Catalogo Bodleiano inveniuntur. Sed revera Dictamina nihil aliud sunt quam ejusdem auctoris Epistolæ; ut Nota in fine earum subscripta indicat: etsi Caveus aliter sensisse videatur. Vide infra tract. 4.

Petrus de Vineis, Friderici 2^di^ Cancellarius, cujus jura contra Pontificis Romani usurpationes strenuè propugnavit, floruit circa A.D. 1230. v. Cave.

C. IV. 24. QUARTO. 2. FORMULÆ ALIÆ EPISTOLARUM.

Titulus nullus nec in initio, nec fine apponitur.

In hac Sylloge, ut multæ sunt formulæ de rebus privatis, ita nonnullæ saltem (de rebus publicis scriptæ) ex Tabulariis publicis depromtæ videntur; quales sunt quædam de rebus Dunelmensibus &c.

Cæterum sub nullis titulis, neque ullo ordine disponuntur hæc Collectanea: et præter Formulas Epistolarum multa alia immiscentur varij argumenti.

In fine subjicitur Index titulorum alphabeticus.

Sunt folia 65.

Lineæ integræ sunt: Literæ minutæ: Scriptura antiquior est quam tractatûs proximè præcedentis; habere videtur annos circiter 400.

3. BARTHOLOMÆI BRIXIENSIS SUMMULA QUÆSTIONUM E JURE CANONICO.

Titulus hic colligitur ex initio libri, qui sic incipit: "Ad honorem omnipotentis "Dei, et Romane Ecclesie cui presidet Gregorius nonus, et ad utilitatem Bo-"nonie et alibi studentium, Ego Bartholomeus Brixensis inter Scolares bre-"vem Summulam Questionum dubitabilium, et breviorem venerabilium in "Jure Canonico composui."

In fine: "Expliciunt Questiones Barth."

Ostendit hic Codex Bartholomæum floruisse tempore Gregorij Papæ 9ni, qui sedit ab anno 1227 ad 1241. Videtur fuisse Juris Canonici Professor in Academiâ Bononiensi.

Sunt Capita 176: Folia 74.

Scriptæ sunt hæ Quæstiones satis eleganter, lineis divisis; literis paulo majoribus, leniter acuminatis; ante annos circiter 400.

4. EPISTOLÆ MAGISTRI PETRI DE VINEIS, PARTIBUS 6.

Titulus est a manu primâ.

Pars

1ma habet Epistolas 34:

Quarum 1ma est "Querimonia Frederici Imperatoris super depositione suâ, "contra Papam et Dominos Cardinales."

In fine: "Expliciunt Dictamina 1e Partis."

2da habet Epistolas 59:

Quarum 1ma est "de bello et conflictu Mediolanensi."

3tia habet Epistolas 87:

Quarum 1a est "Principibus Almanie, ut "veniant primam celebrare solemp-"nem curiam."

4ta habet Epistolas 16:

Quarum 1a est "Universis Prelatis, et Clericis Regni Sicilie, de morte Regis "Henrici filij sui."

5ta habet Epistolas 137:

Quarum 1ma est "Commissio Vicarie cum gladij potestate."

6ta habet Privilegia et Concessiones 37:

Quorum 1mum est "Privilegium concessum Neapolitanis."

C. IV. 24. QUARTO. In fine: "Expliciunt Dictamina Magistri Petri de Vineis."

Scriptæ sunt lineis integris; literis parvis, cursivis; ante annos amplius 300.

Subjicitur his Epistolis (ab eâdem, ut videtur, manu) Epistola Panormitanorum ad Messanenses sub Pharaone oppressos; quâ hortantur eos armis sumtis servitutis jugum excutere.

Sic incipit: "Nobilibus civibus urbis egregie Messanensis——Consurge, con- "surge, filia Syon, et induere fortitudine tuâ"—

Per Pharaonem videtur intelligere Fridericum 2$^{dum}$ Imperatorem, cujus nomine et causâ præcedentes Epistolæ scriptæ sunt a Petro de Vineis. De eo enim scribit: "Hic est enim Satan solutus a vinculis post 1200 annos"— Eo vero seculo vixit Fridericus 2$^{dus}$.

Et de militibus ait: "Ut Gentes, qui Ebrietati deserviunt, jugum nobis servitu- "tis imponerent"— Ea autem nota Germanis convenire semper credita est.

Eo tempore Fridericus graves exercuit inimicitias cum Papâ, qui hostes in illum undique concitavit: et tum demum Guelforum et Gibellinorum, quibus per multos annos Germania et Italia vexatæ fuere, factiones exortæ sunt.

5. Dictamen de conscribendis Epistolis. Foliis 5.

Sectionis 1$^{mæ}$, quâ Epistolarum utilitas ostenditur, pars prima ab humore corrupta legi non potest.

Secunda sic incipit: "Principales partes dictaminis sunt 4: Salutatio, Narratio, "Petitio, Conclusio."

Lineæ divisæ sunt: literæ mediocres, leviter acuminatæ: ætas annorum circiter quadringentorum.

6. Summa Artis Dictaminis composita a Matheo de Libr. Not'. de Bon. [de Libris Notario de Bononiâ.]

Sic incipit: "Quoniam Ars dictatoria Prelatis, Principibus, et quibuslibet aliis "cujuscunque conditionis optima dinoscitur; Ego Matheus q°dam [an quon- "dam?] Alberti de Libris Not. Bon. civis"—

